





Petrus de crescen

NB liber rarus.

(Ebert 3427.)

NB diese Ausgabe ist vielleicht noch früher als die von 1474.

Liber Con: S. Pancratii Mart. in Hamersleben.

In nomine sancte ⁊ indiuidue tri
nitatis Amen.

Venerabili in cristo
patri ⁊ domino spi
rituali viro summe
religionis ac sapiē
tie/ fratri Aymeri
co de placētia/ sanc
tissimi ordinis fratrum predicato
rum generali magistro dignissimo.
Suus Petrus de crescentiis ciuis
Boñ. seipsum ad omnia semp mādā
ta obsequiosa paratū. Cum presen
tē librū Ruralium cōmodorū ad dei
oīpotentis honorem/ ⁊ serenissimi re
gis karoli delcātionem/ meiqꝫ ac cete
rorū vtilitatē inchoassem ⁊ medias
sem/ multis ⁊ variis occupationib9
impeditus/ diu perficere distuli.
Verū a vestra nobili sanctitate vt
cōplerē rogatus. quod pro domini
co mandato libenter recepi. Iudici
orū ⁊ ciuiliū occupationū strepitu re
licto/ quibus nō poterā sic animū vt
operi expediebat quietum habere/ ad
ruris habitationem septuagenarius
me transtuli ⁊ ne ociis inutilibus ali
quo tēpore inficiar/ iustisqꝫ satisfaci
ā votis/ celestis regis auxilio librū
pficere curaui. Ac etiā ei quod prio
scripserā addidi multa vtilia/ q̄ post
ea vidi/ ⁊ per experientiā approba
ui. Vestre igit̄ dominationi/ eūdem
grandi affectu offero corrigendum
per vestrā prudētiā que summa est/
⁊ vestrorū fratrum. humiliter suppli
cās/ ꝙ ipsi9 elimet̄ rubigo. ⁊ qd̄ est
vtile nō spnat̄. Nā apte cognosco
ꝙ nec p me/ nec forsā p aliū/ possent
itegre sciri oīa/ de quib9 i toto libro
tractat̄/ ꝓpter infinitam agendorū
varietatē/ q̄ semp sub ppetuo motu/
celesti virtute consistit. Sed ab oib9
oīa pterita scribi possunt/ cū auxilio
eius qui sine defectu preterita psen
tia ⁊ futura cognoscit. Non eni op9
quod de fide non tractat reprobari
vel sperni debet paucis maculis/ in
quo plura nitent. Sicut nec eradica
tur rosariū quibusdā spinis. si mul
tas redolentes exhibeat rosas. Nec
abscindit̄ arbor paucis vermiculo
sis pomis/ in qua multa inueniunt̄
iocunda.

Incipit liber ruralium cōmodorum
a Petro de crescentiis ciue Bonoñ.
ad honorē dei omnipotentis/ ⁊ sere
nissimi regis karoli cōpilatus. 1

Liber primus.

Liber quintus.

Liber sextus.

De ortis et de natura et utilitate tam herbarum que serunt' in eis quam ceterarum que in aliis locis sine hominis industria / naturaliter nascuntur. De virtutibus herbarum in communi 96

De

Liber decimus.

De diuersis ingeniis capiendi animalia fera. ꝛ primo ponit̃ ꝓlogus.

Expliciunt Rubrice libri Rurali
um commodorum.

Excellentissimo prin
cipi domino karo
lo secundo dei gra
tia Iherusalē ꝛ Ci
cilie regi illustri. su
us Petrus de crescē
tiis ciuis Bononiensis Id quod est
Cum cōsiderarem etatem ꝛ multipli
ces cogitationes excellentie maiesta
tis vestre. deliberaui librum com
ponere/afferentem consolationem ꝛ
delectationem anime vestre/ꝛ perpe
tuam vtilitatem subiectis vestris.
quem vestre dominationi transmit
to. humiliter supplicans ꝛ deuote.
ꝙ ipsum legere ꝛ examinare digne
mini per vos ꝛ prudētes vestros cle
ricos ꝛ laicos. sicut visus lectus exa
minatus ꝛ approbatus est per sapiē
tissimū viꝝ/fratrē Aymericū mgr̄m
ordinis fratrum predicatorū. ꝛ ꝑ
prudentissimos fratres eius. ac etiā
per peritos in sciencia naturali vni
uersitatis scolarium ciuitatis Bono
niensis. ꝛ si liber dominationi vestre
placuerit me uestrum humilem ꝛ fi
delem seruulum/vbicunq; sim habe
re dignemini paratum semp vestris
ꝛ filiorum vestrorum in omnibus
obedire beneplacitis ꝛ mādatis.

Incipit liber ruraliū commodoꝝ
a Petro de crescentiis ciue Bononi
ensi ad honorem dei omnipotentis/
ꝛ serenissimi regis karoli cōpilatꝰ.

Qm ex virtute pru
dentie que inter bo
num ꝛ malū caute
discernit /humanus
informet᷑ animus.
ad vtilis ꝛ delecta
bil᷑ cognitionem. eorūq; sequelā. ꝛ i
terrenis rebꝰ pacificus ꝛ tranquillꝰ
status valde vtilis dulcis et delecta
bilis reperiat᷑. merito hic totis viri
bꝰ querendus est. ꝛ inuentus /tanq̄
thesaurus inestimabilis/ cum multa
humilitate ꝛ patientia conseruādus
Per eum namq; facile benigna dei
dilectio prouocat᷑/vita hominis il
lesa tute seruat᷑. ꝛ rerum habundās
copia vtiliter ꝑcurat᷑. hunc tamen
impiū viri non querunt. ꝛ inuentū /
superbia seu alio detestabili vicio
cecati/lacerant Quare licet eorū for
tuna prospera sepe videat᷑ ad tēpꝰ
perit tādem/nec dimidiat dies suos
viri autem pacifici ꝛ humiles licet
quandoq; lesi fuerint/tamen viuunt
ꝛ apud deum ꝛ homines gratiā inue
nientes tandem impiorum hereditāt
terram. Ego itaq; Petrus de crescen
tiis ciuis Bononiensis/qui tempus
adolescentie in logica medicina ꝛ sci


entia naturali/totum cōsumpsi. ⁊ demum. nobili legum scientie insudaui pacifici status anxius. post flēdū scisma illius egregie vrbis. que vero ⁊ sibi proprio nomine Bonoīa idē bona per omnia in omnibꝰ mundi climatibꝰ dicebatˀ. Cognoui/ꝙcō mutata vnitate ac statu pacifico in dissensionem. odium/⁊ liuorem. nō erat iustum ipsius peruerse diuisionis immisceri negociis. Ideoqꝫ ānis triginta diuersas ꝓuincias cū eaꝝ rectoribus circuiui. subiectis iusticiam libenter tribuens. rectoribus fidele consilium. ⁊ ciuitates in suo iure ac statu pacifico/ pro posse conseruans. multosqꝫ libros antiquorū ⁊ nouorum prudentum plegi ⁊ diuersas ac varias operationes colentiū rura/ vidi. Demum /ciuitate quodāmō diuina gratia reformata tedio late circuitionis ⁊ lese libertatis affectus. ad propria redii. ac cernens ꝙ omnium rerum ex quibus aliquid acquiritˀ nihil ē agricultura melius/ nihil vberius/ nihil dulcius / nihil homini libero dignius. vt ait Tulliꝰ Et cognoscens ꝙ in cultu ruris /status facile inueniṫ tranquillus/ excitatˀ ociositas/ ⁊ proximorum lesio euitatˀ. Amplius ꝙ cultus ruris exquisita doctrina per quam facilius ⁊ habūdantius vtilitas percipitur/ ⁊ delectatio procuratˀ/que si negligēter ⁊ sine certa industria singula cōsueto more colantˀ. uiris bonis qui de suarum possessionum redditibus sine cuiusqꝫ lesione iuste viuere volunt merito appetenda est. ad cultū ruris mentem animumqꝫ conuerti. Et implorato dei omnipotētis auxilio/actus ⁊ commoda eius ⁊ cuiuslibet generis agrorum ⁊ plantarum atqꝫ animalium doctrinam obscure ac imperfecte ab antiquis traditam ⁊ modernis satis incognitam. de sola cristi liberalitate confisus dilucide tam secundum prudētum naturalis philosophie sententias ⁊ ratiōes apertas ꝙ̄ ex approbatis experientiis tradere in scriptis proposui. Liber iste ruralium commodorū dicitˀ quia de commodis ruris tractat/ q̄ duodecim continet libros. Primus est de locis habitabilibꝰ eligendis. ⁊ de curiis et domibus/et de his que habitationi sunt necessaria faciēdis Secundus de natura plantarū/ et rerum communium cultui cuiuslibꝫ generis agrorum. Tercius de campestribus agris colendis. Quartꝰ de vineis et vino. Quintus de arboribus. Sextus de ortis. Septimus de pratis et nemoribꝰ. Octauus de viridariis et rebꝰ delectabilibus ex arboribꝰ herbis et fructu ipsarum artificiose agendis. Nonus de omnibus animalibus que nutriūtur in villis. Decimus de diuersis ingeniis capiendi animalia fera. Undecimus de regulis operationum ruris. In duodecimo compendiosa fit commemoratio de his omnibꝰ que singulis mensibus sunt in rure agenda.

Incipit liber primus de locis habitabilibus eligendis/et de curiis ⁊ domibus et his que habitationi sunt in rure necessaria. ⁊ prio / De cognitione bonitatis loci habitabilis in communi.



Uoniam cultus ra
ris propter cōtinu
os eius labores pre
cipue fortitudinem
habitantium querit
Idcirco conueniēs
mihi visum est in hoc primo libro
doctrinā tradere de his / que ad cog
nitionem salutis locorum habitabi
lium spectant. ⁊ de quibusdam habi
tationi necessariis. nam corpora ho
minum quibuscunq; commodis pe
cuniariis preferri debent. Dicam ita
q; in primis / de cognitione bōitatis
loci habitabilis in communi. Que
quidem attendit circa quinq; / vide
licet penes aeris puritatē. ventorū
impetuositatem / aque salubritatem
situs qualitatem / ⁊ terre fecundita
tem. quorum quatuor in hoc pri°
libro tractantur / Quintum vero tra
det in libro secundo / que omnia di
ligenter consideranda sunt / anteq; in
emptionem prediorum ⁊ fabricam
domorum pecunia collocata / velox
postmodū cum personarum detrimē
to / aut rei familiaris damnosa peni
tentia non sperata sequat'.

De aere ⁊ cognitione bonitatis vel
malicie ipsius. 2



Er secundum auicennam
est vnum ex elementis ge
neratorum / cuius natura
lis locus est circundans
aquam / ⁊ ab elemento igne circunda
tus. Et ē eius natura calida et humi
da si nulla causa extrinseca eam con
uerterit / cuius quidem esse in genera
tiuis iuuat vt rarificentur / ⁊ sub
ueniant ⁊ ad superiora deueniant. Cir
ca cognitionem bonitatis aeris ani
maduertendum ē / ne sit putrefactus
nec nimis calidus / non valde frigi
dus / non distemperate humidus.
nec etiam nimis siccus. Nam aer pu
trefactus putrefacit humores / ⁊ in
cipit putrefacere humorem qui cor
di circundatus est. quoniam ad ipm
propinquius accedit / ⁊ aer calefac
tus iuncturas laxat / ⁊ humores sol
uit / ⁊ in siti augmentum prestat. ⁊
resoluit spiritum / ⁊ deicit virtutes ⁊
prohibet digestionem. propterea q;
calorem innatum resoluit. qui est in
strumentum naturale / ⁊ colorem ci
trinū efficit propterea q; humores
resoluit sanguineos colorem rubifi
cantes / ⁊ quia facit coleram alios
superare humores. ⁊ cor calefacit
calore extraneo / ⁊ facit humores
fluere / ⁊ ipsos putrefacit / ⁊ defert
eos ad cōcauitates / ⁊ membra debi
lia. Et corporib9 sanis non est bo
nus. confert tamen ydropicis / ⁊ pa
raliticis / ⁊ spasmo humido. Aer ve
ro frigidus calorem innatum ad in
teriora redire facit / ⁊ facit caterrum
⁊ debilitat neruos. ⁊ traceam arteri
am magno ledit impedimento. et di
gestionem efficit fortem. et omnes
occultas operationes efficit fortio
res. et excitat appetitum. Et ad vlti
mum sanis conuenientior est q̃ aer
multe caliditatis. Aer vero humid9
pluribus complexionum est bonus
et colorem efficit bonum / et cutem /
et reddit eam mollem / et poros di
mittit apertos. sed ad putrefactionē
preparat. Et siccus quidem cōsistit
huic contrarius. Predictis itaq;

diligenter cõsideratis / constat aeris temperatam mediocritatem et claritatem quantum possibile est requirendam esse. Aer namq3 si bonus ẽ temperatus ꝛ clarus· neq3 substãtia extranea complexioni spiritus contraria ei admiscet᷑. est salutem efficiens habitantium ꝛ cõseruans· ꝛ plãte vt ait Albertus ab eo proportionabiliter conualescunt ꝛ fructificãt Si vero malus est· et eidem misceantur vapores lacuum ꝛ stagnorum quibus turbatus contrarium operatur ꝛ tristificat animam / ꝛ committet humores ꝛ plantas corrumpit. Et ideo vẽti vrentes / ꝛ pruine mortificantes ledunt ꝛ destruunt plantas Et i summa secundũ Auicennã Omnis aer qui cito infrigidat᷑ cum sol occidit ꝛ cito calefacit cum ipse oriat᷑ / est subtilis· qui vero huic est contrarius existit econtrario· Deinde deterior omnibus est ille aer qui cor constrigit· ꝛ aeris ãgustat attractionem· Preter hec vero dicit Paladius / ꝙ aeris subtilitatem vel salubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera· ꝛ nebularum noctibꝰ absoluta· ꝛ habitatorum considerata corpora. Si enim eis color sanus inest / capitis firma sinceritas / inoffensum lumẽ oculoꝝ / purus auditus. Si fauces liquide vocis commeatum emittant. His signis benignitas aeris cõprobat᷑· contraria vero noxium illius celi spiritum confitent᷑.

De ventis et cognitione bonitatis vel malicie ipsorum. 3

Sermo de ventis secundũ auicennã ꝛ de eo quod vẽtorum causa generat᷑. duobus existit modis sc3 sermo vniuersalis absolutus· ꝛ sermo secundum illum qui vnicuiq3 ciuitati ꝓprius existit. Vniuersalis vero sermo est· ꝙ meridionalis secundũ plurimas ciuitatum ꝛ locorũ calidus ẽ et humidus / sed calid9 ꝓpterea / ꝙ a parte solis venit· et humidus ꝓpterea / ꝙ plurimũ mariũ a nobis est meridionale. quare in eis fortiter operatur sol et euaporat ex eis vapores qui ventis admiscent᷑ et ideo venti meridionales existunt laxantes fortitudinem. et aperiunt poros / et turbant humores· et mouent eos ab interioribus ad exteriora· Et in sensib9 efficiunt grauitatem ꝛ cituras corrumpunt. et recidiuationes egritudinum efficiunt et debilitant. Et mouent epylentiam et afferunt somnum· et faciunt febres putridas / sed non exasperant guttur· Septentrionales vero venti sunt frigidi / eo ꝙ transeunt super montes et terras frigidas multaꝝ niuium· Et sunt sicci ꝓpterea / ꝙ eis nõ multi associant᷑ vapores. quoniã resolutio a parte septẽtrionis fit minus. et transeunt secundum plinium sup aquas congelatas· aut super deserta quare ventus iste corroborat et indurat. et que manifeste fluunt ꝓhibet Et claudit poros. et digestiuã virtutem fortem efficit· et ventrem constringit et indurat. et prouocat vrinam· et aerem putridum et pestilentialem sanat· Cum vero meridionalis septentrionalem precedit et

sequit' eum septẽtrionalis/accidit a meridionali fluxus · et a septentrionali interius expressio· Ideoq mul tiplicat' tunc fluxus materiaꝝ capitis et pectoris egritudines· Et orientales quidem inter caliditatẽ ⁊ frigiditatem sunt temperati/ sed sunt occidentalibus sicciores· Septentrionales quidem orientis minus habẽt maria ꝙ̃ septentrionales occidentis ·

Vẽti oriẽtales si in postremo noctis ⁊ pricipio diei flauerint/ venient ab aere qui iã tẽperatus est propter solem· ⁊ subtiliatus ab eo· ⁊ ei9 humiditas iam fuit diminuta · Ideoq sunt sicciores ⁊ subtiliores. Et si in fine diei ⁊ principio noctis flauerint erit res contraria. Orientales tamen occidentalibus vniuersaliter semper existunt meliores. Occidentales vero parum plus sunt humidi ꝙ̃ orientales/quoniam super maria transeunt · ꝙ si flauerint in fine noctis ⁊ principio diei/ veniẽt ab aere ĩ quo sol operatus nõ fuit. spissiores igit' ⁊ grossiores erunt. Et si in fine diei ⁊ principio noctis flauerint erit res contraria. Predictorũ aũt vẽtorũ iudicia ꝑpter aliasres qñq mutantur · Est enim in quibusdam ciuitatibus ⁊ locis conueniens ut venti meridionales sint frigidiores/cum eis tem fuerint montes niuosi a parte meridiei· ⁊ conuerterint se venti meridionales ad frigiditatem eo ꝙ super eos transeant. Et est cũ septẽtrionales meridionalib9 calidiores existant. ⁊ circa deserta fuerint adusta·

De aqua que hominibus cõpetit ⁊ de cognitione bonitatis uel malicie ipi9 ·4·

Aqua vt ait auicenna est alterum ex elementis generatorum . ⁊ eius quidem locus naturalis est vt sit circundans terram. ⁊ circundata ab aere cum in suis sitibus naturalibus permãserit. que frigida ẽ et humida si nulla causa extrinseca fuerit contraria. Et ipsa quidem in generantis iuuamentum prestat ad figurandas formas· humidum eni licet formas figuratas cito amittat cito tamẽ eas recipit/sicut siccum terrestre licet duriter eas recipiat/duriter tamen eas retinet. Cumq humidum aqueum ⁊ siccum terreum se adinuicẽ temperauerint/adipiscet' siccum ab humido vt cito suscipiat tensionem / ⁊ facile figurari· ⁊ humidum acquiret a sicco/ vt retineat firmiter quod ĩ eo accidit ex rectificatione/ ⁊ equatiõe et figurationib9/ ⁊ ꝑpter humidũ ꝓhibet' siccum a sua separatione· ⁊ ꝓpter siccum prohibet' humidum a sua fluxibilitate. Aquaꝝ consideratio ĩ hac sciencia est duplex. Alia eni aq̃ conuenit incolis/alia vero plantis. Et quidem de ea que hominib9 ẽ salubris sermonem faciam· Aque igit' secundũ Auicennam que sunt aliis meliores sunt aque fontium terre libere in qua nulla dispositionum ⁊ qualitatum extraneaꝝ superat· Aut aque que sunt petrose/quia sunt digniores. ne terrestri putrefactione putrescant. illa tamen. que est terre libere/melior est petrosa· dum sit tamẽ currens/ ⁊ soli ⁊ ventis discooperta Ex his enim nobilitatem acquirit· neq omnis currens discooperta . sꝫ illa que super lutũ liberũ nõ fetidũ

neqȝ lacunosum incedit / Nā hec me
lior est ea que super petras fluit· lu
tum enim mundat aquam· ⁊ aufert
ab ea res extraneas sibi admixtas
⁊ colat ipsam· sed lapides nō faciūt
illud Qꝫ si hec aqua fuerit multa / ⁊
forti cucurrerit motu / que propter
sui multitudinem illud quod ei ad
miscet᷑ in suam conuertat naturam·
⁊ que suo motu ad orientem tendat
erit melior aqua . ⁊ quanto magis
cum a suo multum elongat᷑ princi
pio. ⁊ post hanc que ad septētrionē
vadit· illa namqȝ que ad occidentē
tendit ⁊ meridiem est mala / ⁊ ꝓprie
cum meridionales sufflauerint ven
ti. ⁊ illa quidem que a locis descēdit
altis cum aliis bonitatib⁹ stemelior
⁊ talis est quasi dulcis. ⁊ est in pon
dere leuis . ⁊ cito infrigidat᷑ ⁊ cito
calefit / propterea ꝙ est resoluta fri
gida in hyeme / calida in estate· i qua
nullo modo sapor aliquis superat /
neqȝ ullus odor / ⁊ quod i ea coquit᷑
citocoq̄t᷑ ⁊ cito dissoluit᷑. Debesañt
scire ꝙ pondus ē ex experimentis ad
iuuantibus ad cognoscēdā aque dis
positionem· Aqua enim que est leui
or in plurimis dispositionum ē me
lior. pond⁹ enim per mensuram cog
noscit᷑ · Cognoscit᷑ etiam / si in dua
b⁹ aquis diuersis duo panni vni⁹
ponderis humefiant / ⁊ postea vehe
menter siccent᷑. deinde ponderent᷑· nā
aqua cuius pondus fuerit leuius ē
melior. Sublimatio quidem et distil
latio aq̄s rectificant malas . ⁊ simi
ter decoctio / Aqua enim cocta vt test
tificati sunt sapientes / minoris est
inflationis / et velocioris descensio
nis· nam decoctio substantie acqui
rit subtilitatem· et ideo clarificat᷑·
et grossium terrestre descēdit ad ymū
nam commixtiones terrestres leuiter
a substantia subtili descendunt sed
a viscoso et spisso non facile descen
dunt· Ex aquis quoqȝ laudabilib⁹
sunt aque pluuie / et precipue ille q̄
cum tonitruis in estate perueniunt·
sed tamen aque pluuiali cito adue
nit putrefactio licet sit aqua melior
propterea ꝙ est valde subtilis · et
fit eius putredo causa putrescendi
humores / et impedit pectus et vocē
nam omnis subtilis substantia pl⁹
recipit passionem . ꝙ si aqua ebulie
rit. eius putrefactionis receptio mi
nuet᷑· Acetosa quoqȝ cum comedūt᷑
putrefactioni opponunt᷑. et ab impe
dimento eius securitatem faciunt /
Aque vero puteorum et aqueductu
um / sunt male comparatione aquaꝝ
fontium· sunt enī cōstricte / terrestri
tates longo recipientes tempore .
Ex eis tamē ille deteriores sunt qui
bus ex plūbo vie facte fuerūt · quo
niā et eius virtute aliquid assumūt
vnde frequenter ad dissinteriam du
cunt· Aque autem paludis / deteri
ores sunt aquis putei· quia manatō
aque putei acuit᷑ / proptre illud ꝙ de
ipsa extrahit᷑ vnde perdurat eius
motus / et non multum morat᷑ i cō
strictione· neqȝ manet in locis vnde
manat longo tempore· Aqua vero
paludis propterea ꝙ longo tempo
re morat᷑ in foraminibus terre pu
trefacientis et eius motus in manā
doiet egrediendo est tardus· et non
est nisi in terra corrupta et putrida
mala est· Aque stantes lacuales pre
cipue discoopte / male sunt et graues

quia in hyeme non īfrigidatur nisi propter niues. ideoq; generant fleg ma. ⁊ quia calefiunt in estate prop ter solem . ⁊ propter putrefactionē generant coleram. Et propter spissi tudinem quidem ipsaꝝ / ⁊ commixti onem terrestrium cum eis / ⁊ ꝓpter resolutionem subtilis eaꝝ generant' in eis qui eas bibunt splenes et eoꝝ mirac subtiliat' ⁊ interiora ipsorū ingrossant' . ⁊ eorum extrema marcess cunt. ⁊ humeri ⁊ colla . ⁊ comedendi desiderium in eis superat ⁊ sitis ⁊ cō stringuntur eorum ventres ⁊ diffici le vomere possunt . ⁊ quandoq; per ueniunt ad ydropisim / propterea ꝙ aquositas in eis retinet'. ⁊ quan doq; ad apostema pulmonis et sple nis . ⁊ ad dissinteriam. ⁊ ipsorū epa ta debilitant' / ⁊ ī eis multe alie egri tudines generantur . Et mulieres du riter īpregnantur ⁊ cum difficulta te pariunt ⁊ pariunt pueros aposte mosos . ⁊ frequenter fit in eis mola et impregnatio mendosa . Et eorum pueri sepe patiuntur varices. et cru rium insanabilia vlcera . et quarta nis habundant. et multas alias egri tudines patiuntur et ī senib9 febres fiunt adurentes propter siccitatem naturaꝝ ipsorum et ventrum. Aque preterea quibus admiscetur metalli na substantia aut ei9 simile / et aque sanguisugales / omnes male sunt re gulariter. licet in quibusdam egritu dinibus afferant iuuamentū . Aqua enim in qua superat virtus ferri / iu uamentum prestat ad hoc / vt in inte rioribus fortitudo tribuatur . et vt dissinteria ꝓhibeatur. et ut virtutes desideratiue omnes ꝓcedant. Aque

niuose et glaciales sunt grosse. nix ue ro et aqua glacialis cum mūda fue rit / et non cōmixta alteri rei virtutē habens malam siue soluatur et fiat ex ea aqua / siue ipsa mittat' ī aquā erit bona / nocet tamen dolores habē tib9 neruorum . sed cum coquitur ad bonitatem redit . Et si aqua glacial' ex aqua mala fuerit . aut ex aquis malis / aut fuerit nix virtutem con trahens malam / et extraneam a locis in quibus cecidit / erit mala . Aqua preterea temperate frigida / sanis me lior est aquis omnibus . licet neruos impediat . et apostemata in interio rib9 habentes ledat . ipsa enim appe titum excitat . et stomachum fortem efficit . Aqua vero calida / digestionē corrumpit. et facit natare cibum in stomacho . et est cum ad ydropisim adducit / et ethicam . et consumit cor p9 . Aqua calefacta tepida efficit nauseam et cum fuerit calidior ꝙ̄ hec / et in ieiunio bibita multotiens stomachum lauabit . et ventrem sol uet . eam tamen frequenter bibere est malum . quia stomachi virtutem de bilitat. Illa vero que multum est calida / est cum colicam resoluit / ⁊ splenis ventositates frangit . Aqua vero salsa macrescere facit . et exsic cat et primo facit uentrem . propter vim radendi que ī ea existit. postea stringit eum in fine / propter siccitā tem nature eius et corrumpit sangui nem Ideoq; pruritum et scabiem generat et opilationem . Ideoq; post ipsam res comedenda est pro uocatiua. licet ventrem habenti plu rimum cōferat . ⁊ omnes aque grosse et graues. propterea ꝙ in eius ven

tre tenetur / necq cito descendit. Eis vero tyriace existunt / res ventose et dulces. Aque preterea allumino se mulierum superfluitatem currere nō pmittunt. neqz spuere sanguinez et prohibent illud quod de emoroydibus egredit. sed corpora que febribus sunt apta. fortiter ad eas perducunt. et ferree quidem splenem resolunt. et non coire valentes adiuuāt Eree vero corruptiōi complexionis vtiles existunt. Emēdat autē aqua si vehementer colet. et coquere quidē aquam / eam quandoqz colat. ut dictum est. et inter pure aque substātiā / et id quod ei admiscet separationē facit. et maius hoc toto ē ipsam sublimando distillare / Aquam vero cū vino bibere vtile est / ex eo q eius remouet maliciam. cum ipsius malicia fuerit ex genere pauce penetrationis Aqua etiam cū pauca fuerit et nō inueniet temperata / cum aceto erit bibēda. et proprie in estate / quoniam hoc a multo excusat potu. Aqua preterea salsa cum aceto bibenda est. et syrupo acetoso in quē silique / et mirti grana sunt piciēda et sorbe. et post alluminosā quidem aquam / et ponticam / bibendum est totū id qd naturam soluit. vinum quoqz est ex eo quod post ipsam potatum cōfert Super amaram quoqz / exhibenda sunt dulcia et unctuosa. Ante aquā stantem et paludestrem / i qua existit putrefactio non sunt gustanda nutrientia calida. supra quam stiptica sunt exhibenda ex fructibus frigidis sicut citonia et mala maciana et acetula. Super aquas grossas et turbidas / vtendum alleis. et ex eo etiam quod eas clarificat est allumen iameni. Et ex eis quoqz que diuersarum aquaz remouent maliciam / sunt cepe. quia sunt ut tiriaca eius. et proprie cepe cum aceto. et allea etiam. et ex rebus frigidis sicut lactuce. Solet autem quandoqz vt Paladius ait occultiorem noxam tectorū aqz inferre natura / que prefatis rationibus discerni non potest. Ideoqz ipsam ex incolarum salubritate noscamus. si fauces bibentium pure sint. si saluum caput. si in pulmonibus. aut torace / aut rara aut nulla / est causatio. Si venter / aut viscera vel latera siue renes / nullo dolore aut inflatione vexant si vitia nulla vesice sunt / hec et similia si apud incolas pro maiori parte constare uidebis nec de aere nec de fontibus aliquid suspiceris.

De situ loci habitabilis. et de cognicione bonitatis uel malicie ipsius.

Habitationum seu terraz situs duplex consideratō est vna quidem ratione salutis habitatorum / altera ratione fecunditatis agrorū. Et primo de primi situs natura dicet Sciendum est itaqz ut ait Auicen. q locorum habitabiliū dispositōes in corporibus diuersificant causa altitudinum et profunditatum in ipsis. Et causa dispositionis ipsius terre. si est lutosa. aut humefacta / aut cenosa / aut si est in ea virtus minere et dispositionis multitudinis aquarum / aut paucitatis eaz / et dispositionis eaz que in eis vicinant. sicut arborum / aut mineraz. aut fouearū

aut cadauerum/aut horum similiũ ⁊ ex montium ⁊ marium vicinitate Loca habitabilia calida nigrificant capillos ⁊ incrispant. Et cum in eis maxima fuerit resolutio/⁊ minuetur humiditas/cito adueniet senium/sicut in terra nigrorum. illis nãq3 aduenit senium in annis triginta/ ⁊ eorum corda sunt timida propterea ꝙ spũs multum resoluit᷑. In locis habitabilib⁹ frigidis/sunt corda audacie maioris/ ⁊ melius digerentia/ꝗ si fuerint humida erunt ibi morantes grossi ⁊ carnosi. ⁊ multa habundantes adipe. Quoꝝ vene erunt ꝓfunde ⁊ occulte/⁊ ipsi erunt tenen ⁊ albi. In locis habitabilibus humidis morantes/pulchrarum sunt facierum. quoꝝ cutes sunt tenere. ⁊ cũ excitant᷑ cito aduenit laxitas. ⁊ eorum estas non multum calefit/ neq3 hyems valde infrigidat᷑ ⁊ eis adueniunt febres multe more/⁊ ventris ⁊ sanguinis multus exitus ex menstruis et emoroydib⁹. ⁊ multiplicat᷑ epilentia. In locis habitabilibus siccis/morantium exsiccant᷑ cõplexiones. ⁊ ipsorum offuscant᷑ cutes ⁊ exsiccant᷑. et eorum cerebris cito aduenit siccitas. ⁊ eorum estas est valde calida. ⁊ hyems multum frigida In locis habitabilibus altis morãtes. sunt sani/et fortes/labores multum patientes/et viuunt diu. In locis habitabilib⁹ ꝓfundis morantes/in vaporositate multa existunt et epatis debilitate. et aquis habundant. non frigidis / et proprie si fuerint stãtes /aut aque lacuũ aut stagnorum/et eorum aeres sunt mali. De locis habitabilibus petrosis et discoopertis/horum aeres in estate sunt valde calidi/et in hyeme multũ frigidi/et eorum corpora sunt dura et solida. et multorum capillorum/fortia/et iuncture manifeste. et vicit in eis siccitas. et sunt multum vigilantes. et sunt malorum morum. inobedientes. et est in eis bellorum fortitudo/et solertia ĩ artib⁹. et acuitas In locis montuosis niuosis morantium iudicium est. sicut aliarum terrarum frigidarũ. et eorũ terre sunt ventose. et dum nix morat᷑. generantur in eis boni venti. sed cum resoluit᷑/si montes habent/qui ventos ꝓhibeant/fiunt vaporosa In locis habitabilibus marinis/temperat᷑ caliditas et frigiditas. propter sue humiditatis ad passionem inobedientiam. Habitantium in locis septentrionalib⁹. iudicium est sicut iudiciũ ciuitatum et temporum frigidorum in quibus multiplicant᷑ constringẽdi et exprimendi egritudines. et multiplicant᷑ in eis humores in occulto corporis congregati. et solet inesse eis digestiue bonitas/et vite longitudo. In corporib⁹ preterea eorũ vlcera sanant᷑/propter eorum fortitudinem/et sanguinis eorũ bonitatem et propterea ꝙ exterius non est causa que ea latet/aut que ea detegat. sed propter multam caliditatẽ cordium eorum/sunt in eis mores lupini. Habitantium in locis meridionalibus iudicia sunt sicut iudicia terrarum/et temporum calidorum. plurimum autem aquarum que sunt in eis est salsum et sulfureum. et capita morantium ĩ ipsis sunt plena humidis materiis. quoniam meridies

hoc operat᷑. et eorum ventres sunt
soluti/propter illud quod ab eorum
capitib⁹ ad stomachos descendit·
membra quoq; eorum sunt laxa/ et
debilia/desideria etiam comedendi
⁊ bibendi debilia· et quolibet vino
grauāt᷑/propterea ꝙ eorum capita
⁊ stomachi debilia existunt. Ulcera
quoq; eoꝝ duriter sanant᷑ ⁊ mollifi
cant᷑· Mulieribus quoq; accidit mᷓ
tus sanguinis menstrui exitus· neq;
restringit᷑ nisi cum difficultate. ⁊ fre
quenter abortiunt propter multitu
dinem egritudinum eaꝝ· Uiris quo
q; accidunt a ventre sanguinis exi
tus· et emoroydes / et obtalmia hu
mida·que cito sanat᷑· ¶ Senibus ve
ro in propria senectute/cum transe
unt quinquaginta ānos/ accidit pa
ralisis·propter eorum catharros. ⁊
accidit omnibus eis/ propterea ꝙ
sunt eorum capita plena asma ⁊ tē
sura· ⁊ epilēcia. et accidūt eis febres
in quibus caliditas et frigiditas cō
iungunt᷑/et febres longe hyemales
⁊ nocturne· Acute vero febres/paꝝ
accidunt eis·propterea ꝙ eorū vē
tres multum resoluunt᷑ / et dissolui
tur subtile quod est in ipsorum hu
moribus· ¶ De locis habitabilibus
orientalibus/Ciuitas que ab orien
te est aperta/ et in oppositione posi
ta/est sana et boni aeris / sol enim ī
principio diei super eam eleuat᷑/et
aerem eius clarificat et postea rece
dit ab ea· aere iam clarificato. et ex
sufflant super eam venti subtiles / ·
quos premittit eis sol. deinde ipse
met eos sequit᷑ / et conueniunt eorū
motus ¶ De locis habitabilibus oc
cidentalib⁹. in ciuitate que ab occidē
te est discooperta. et est ab oriente
coopera nō venit ad eā sol / nisi tar
de· et illico cū venit ad ipsam īcipit
elongari ab ea. quia non ei appropī
quando incedit. Non ergo eius sub
tiliat aerem neq; exsiccat · sed dimit
tit ipsum humidum grossum · et si
ventos ei mittit /mittit eos ab occi
dente et in nocte· ¶ Indicia ergo ipo
rum/sunt indicia ciuitatum humida
rum complexionum/caliditatem ha
bentium temperatam grossam. et nisi
esset propter illud quod ex spissitu
dine prouenit aeris/eorum natura
veneris nature similis existeret· Sa
nitas vero in eis minus existit. ꝙ ī
terris orientalibus cum diminutiōe
multa· Quare qui loca eligit habita
bilia/cognoscere debet terram ciuita
tis/vel alterius loci habitandi. ¶ Et
quō eius existit dispositio/secundū
altitudīem et profunditatem· ⁊ dis
coopertutam · aut coopertutam .
Et eius aquam et substantiam aque
ipsi⁹ ¶ Et quomō existit secundum
sui ꝓpalationem et discoopertutā
aut secundum sui occultationem et
ipsius ꝓfunditatem ¶ Et si sint vē
tis exposita aut in terra ꝓfunda .
Et debet cognoscere uentos ibi flan
tes si sint sani·frigidi ¶ Et quid ei
sit vicinum ex maribus et pelagis ⁊
montibus ⁊ mineris . Et debet scire
qualis sit terra secundum sanitatē
⁊ egritudīes Et q̄ egritudīes illic cō
morātib⁹ euenire solēt· Et deb; cog
noscere illic cōmorātiū fortitudīes
⁊ eorū desideria ⁊ digestiuam/et nu
trimentorum eorum bonitatem . et
quomodo eius existat structura Et
si sit ampla spaciosa aut sit introit⁹

angusti. Post hoc oportet ut fenes
tre et porte sint orientales et septen
trionales. Sicq̧ illud unde magis
sollicitari debet ut venti orientales
structuras ingredi valeant. Et ut
sol ad unumquemq̧ locum intrare
queat/qui ibi existit. quoniam ipse
est qui aerem rectificat. Vicinitas
quoq̧ aquaꝝ dulcium / nobiliū cur
rentium/multaꝝ. et mundarum/et q̄
in hyeme infrigident᷑ . ⁊ estate calefi
ant. ⁊ diuerse ab eis que occultant᷑
est res conueniēs et adiutorium pre
bens. De situ ville. id est domus
tam habitatorum q̄ꝫ fructuum scrip
sit egregie varro villam edificandā
potissimum ut intra septa ville ha
beant aquam. si nō. q̄ꝫ proxime que
ibi sit nata vel perennis influat. Si
omnino aqua non sit/ viua / vel cis
terne faciende sunt sub tectis ⁊ lacus
sub diuo. ex altero loco ut homines
ex altero ut pecus uti possit. Dādā
operam ut potissimū sub radice mō
tis siluestris villam ponat. ubi pas
tiones sint laxe. Aut ubi venti salu
berrimi flabunt que posita est ad ex
ortos equinoctiales aptissima ꝙ
estate habet umbram/ et hyeme solē
Si cogaris prope flumen edificare.
curandum ne aduersus eum ponas
hyeme enim fiet vehementer frigida
⁊ estate non salubris. Aduertendū
est si qua erūt loca palustria/et ꝓp
ter easdem causas. et quia cum ares
cunt/ crescunt animalia quedam mi
nuta/ ⁊ que non possunt oculi conse
qui/ ⁊ per aera intus in corpus per
os ⁊ nares perueniunt/ ⁊ efficiūt dif
ficiles morbos. Item stropha vitā
dum inquit. ne in eam partem spec

tet villa/ex qua ventus grauior ef
flare solet. ne de in cōualli caua/sed
potius in sublimi loco edifices. eo ꝙ
cum perflat᷑/si quod est ibi quod ad
uersarium inferat᷑/facilius discutit᷑
Preterea locus qui a sole tota die
illustrat᷑ salubrior est. ꝙ etiam besti
ole si que prope nascunt᷑ ⁊ inferū
tur aut efflant᷑ aut amaritudine ci
to pereunt. Hymbi repentini ac tor
rentes fluuij periculosi sunt illis. qui
in humilib⁹ ⁊ cauis locis edificia ha
bent. ob hoc ⁊ propter predonū ma
nus. superiora loca tutiora. In vil
la facienda stabula/bubulia que hy
eme possunt esse calidiora. Item cel
las/in loco plano ubi vasa vinaria
⁊ olearia esse possint. Item ubi
stent fructus aridi ut grana ⁊ fenū
in tabulatis. Item ubi verset᷑ fami
lia/prouidēdū ut fessi opere/aut fri
gore/aut calore. possint cōmodissi
me se recipere. Villici prope ianuā
cellam esse oportet. eumq̧ scire quid
introeāt aut exeat noctu. quid de fe
rat/presertim si hostiarius est nemo
Catho scribit villam urbanam pro
copia edificato. In bono predio si
edificaueris/libentius et sepi⁹ veni
es. fundus melior erit. ⁊ fruct⁹ pl⁹
capies Si te vicinitas libenter vide
bit facilius tua vendes operas facili
us locabis. operarios facili⁹ condu
ces.

De curtis siue tūbis/ī diuersis locis diuersimode faciendis.

Curie siue tumbe faciende
in rure occasione habitati
onis domi/ et rusticorum
⁊ ad eum fructuum portā
dorum / ⁊ animalium nutriendorū/

multiplex est consideratio ¶ Aut eni locus vbi curiā facere disponis / sit9 est iter alias domos ville / aut est ab eisdem remotus ¶ Iterum autem ē in plano / aut in mōtibus. ⁊ rursus aut est ī loco tuto / aut periculoso posit9 Siquidem inter alias domos ville sit9 ē / curia non eget tanta fortitudi ne ⁊ munitione clausure. quia min9 est furum insidiis expositus locus talis. ⁊ quia proximum habet vici norum auxilium / si fuerit oportunū Si vero ē ab aliis domibus in loco solitario segregatus conuenientibus foueis / ripis ⁊ sepibus / vndiq3 cin gendus est. propter oppositas rati ones. Qz si est in plano siquidem ni mis depresso / per totā curiam terra cumulanda est / aliunde delata. ne in ipsam curiam ingressus pateat aqs fluentibus aliunde. ⁊ pluuie in eā ca dentes / inde possint facile deriuari. Si vero in montib9 fuerit vbi foue is aquosis muniri non potest / eliga tur locus cui nisi per ordinatum in troitum sit asper ascensus. vt q̄ fos saꝝ circuitu muniri non potest / seue ritate rupis ⁊ altitudie muniat᷑. Si autem locus est ab impietate inimi corum tutus / sufficit si talib9 solum modo vallet᷑ munitionibus / q3 a fu rib9 qui etiam plerūq3 pacis insidiā tur tempore / securus existat ¶ Et cū in parte periculosa fuerit / siquidem valde potentib9 inimicis expositus tutius erit locum desertum ad temp9 relinquere. q̄3 incaute se ⁊ sua / morti ciuili aut naturali exponere. nisi for san patremfamilias / ad fabricam in expugnabilis castri uel arcis / diuiti arum moueat multitudo ¶ Si uero

beruarii / aut debiles inimici / partes illas quandoq3 currant ⁊ spoliēt. cu ria muris aut congruo palācbato ci gat᷑. ad que si domini facultas non sufficit / in vno angulo curie fiat ri parum ⁊ fouee munitio fortis. ⁊ su per ea bitifreðū quoddā vel turris in qua cum rebus suis paterfamili as se cum colonis tempore oportūo recipere possit ¶ Premissis itaq3 iā dictis consideratiōib9 / eligendus ē locus curie in magis ydonea parte agrorum / cuius magnitudo talis eē debebit que proportionaliter colen darū terraꝝ mensure respondeat. ⁊ in toto circuitu fossarum latitudie designata / tantum infra tumbam q̄3 tum erit dimidia fouee latitudo vn diq3 notet᷑. ibiq3 circumcirca tempo re congruo videlicet octobris uel no uembris februarii uel martii. salicū vel populorum aut vlmorum plan te quinq3 pedib9 vel minus sibiinui cem eque distantes ponant᷑ ¶ Dein de foueas persequant᷑ fossores ād i terius tumbe terram vniuersam po nentes. ⁊ terram solidam per vnam distantiam pedis iuxta fossatum / vacuam ⁊ discoopertam relinquētes vbi postmodum alique ex dictis tē poribus spinaꝝ plante iacentes po nant᷑. ⁊ superducta iterum dicta ter ra cum vangis ⁊ asironib9 secundū formam riparum dispona᷑t. ⁊ bacu lis ligneis ad hoc factis / fortiter cō primat᷑. ⁊ cum circa vnum pedem sursum excreuerit / iterum spinaꝝ plā tis appositis / super eas terra iterum cumulet᷑. sicq3 agendum est donec ad summitatem ripe fuerit peruentum. Possunt tamen ī dictis ripis acies

multe vel pauce spinarum secundum domini voluntatem apponi. si vero timeatur de ruina riparum/loco spinarum vel inter ipsas plantas graminis viridis ponantur radices. Sit autem spinarum plante tales quales sunt plante spinarum i die iude si haberi possint. Ipse enim sunt mirabiles ad pungendum. uel sint spine albe/aut prune silvestres. aut plante rosarum silvestrium/vel domesticarum albarum. Rubus vero licet satis fortem faciat sepem/tamen oes alias suffocat plantas/cum non magne existunt/et ideo mihi non multum placet. si possint alie ex predictis haberi. Plurimum autem cavendum est/ne inter predictas spinarum acies arborum fructiferarum alique plante ponantur/quia desiderio fructuum homines sepes destruunt et fossata/in tantum quod talis curia numquam poterit clausa teneri.
Plante similiter infructuose arboris ibidem nate/non procuretur augmentum quia eis crescentibus spinarum dilecta custodia ex ipsarum arborum umbris/et radicibus impiis. aut omnino periret/aut magnam lesionem sentiret. Preterea in primo et secundo anno/eedem spinarum plante singulis estatis mensibus ibidem natis mundentur ne ab ipsarum radicibus humore violenter attracto/plantule arescere defectu nutrimenti cogantur. Plante vero salicum populi vel ulmorum quas prius dixi esse plantandas/sine dubio in summitate ripe provenient. que cum circa se terre nove multitudinem habeant. et per earum radices transeant pingues aque curie defluentes/ad foveas mirabiliter convalescent. inter quas fieri possunt sepes sicce/vel quod melius est statim cumulata ripa/iter eas multitudo spisse plantularum dictarum arborum infigatur. Hee autem cum convaluerint et insitione atque plicatura in spissate fuerint/fortem constituent sepem. seu quasi plantatum quoddam quod longissimo tempore perdurabit. Stipites vero dictarum arborum primitus plantatarum/ultra decem pedes in altum elevari non patiaris. quia ultra modum privarent curiam que propter salutem habitantium aerem salubrem requirit solis beneficio et ventorum. Eo excepto quod super quolibet angulo tumbe arborem unam in quantum ascendere potent permittas in altum extolli. quoniam he curiam plurimum decorabunt. nec prefatam propter earum parvum numerum inferre poterunt lesionem. Preterea et due similiter supra portas dimittantur ingeri/ad quarum umbras quiescant homines tempore magni estus. His igitur diligenter observatis/sine magnis expensis/curia fossatis/spinarum sepibus/et arborum forti munitione precincta cum laudabili forma et commodo habitantium tuta manebit.
In cacumine montis circa domos fiant sepes ex plantis malorumgranatorum. Hee enim plante loca aspera non formidant/quia hec arbuscula modico nutrimento contenta est. et sepem constituit spissam et fortem ex multa pullulatione ipsius. et volentibus per eam ingredi/pungentibus spinis eius viriliter se opponit. Et nihilominus fructum utilem et decorum singulis annis possessoribus suis

parat. ¶ Magne autem arbores i ta
libus non conualescunt locis · quia
plurimo indigent nutrimento quod
ibi sufficienter haberi nō potest/ vbi
terra nimium est saxosa· Verūtamē
in locis decliuis montium vbi est le
tum solum possent predicte planta
tiones ⁊ maxime spinarum ⁊ vlmo
rum satis conuenienter fieri sed salix
⁊ populus in talibus locis nisi sint
iuxta riuos et sabulum aut terrā ual
de solutam habeant non cōualescūt
ad votum· Si vero locus tante fri
giditatis existat/ ꝙ in eo punici ar
bor viuere nō possit· ex eis claudat
arbusculis aut spinis /que in regio
ne illa similiter experiētia iudice me
lius defendant ¶ De clausura et mu
nitione curiaꝝ que supra terrā sunt
vtiliter dixisse sufficiat·

¶ De nobilib⁹ autem ⁊ mirabilibus
munitionibus ⁊ turribus/circa curi
as et arborib⁹ artificiose agendis
aut faciendis/ ad librum reseruam⁹
octauum ·

De intrinseca dispositione curie

Curia predicta intrinsec⁹
disponat hoc modo/ i me
dio faciei interioris vie
fiat ingressus in eam/lati
tudine decem pedum ad min⁹/ ⁊ eius
dem latitudinis in opposita parte fi
at egressus/per quem ad aream vine
am vel agros posteriores eat ¶ Nā
latitudo prefata sufficit ad currus
introitum feno vel paleis pondera
ti. In locis eisdem/porte fiant nobi
les vel ignobiles secundum benepla
citum domini dum tamen ferreis uec
tib⁹ ⁊ clauib⁹ possint i nocte firmari
Supra eas vero fiat coopertura uel
domus/ vt mundior ⁊ siccior seruet
introitus. ⁊ ne porte pluuiis ⁊ rore tē
pore breui putrescant ¶ Pars dimi
dia curie que est ab vna parte por
taꝝ pro domino disponat hoc mō
videlicet ꝙ iuxta viam que curiam
diuidit/dominica fiat domus· q̄ lon
gam faciem iuxta uiam teneat ⁊ ad
posterius parum tendat· ⁊ ꝙ domus
non claudit suppleat sepis alta spi
nosa vel mur⁹ ¶ Sit autem domus
magna vel parua. murata ⁊ non te
gulis cooperta / vel cannis secundū
domini voluntatem ⁊ facultatem .
In ea parte iuxta ripas tumbe / per
gularum/ ⁊ vuarum genera nobilio
ra plantent ¶ que tandem octo vel
decem pedibus eleuate in altum ·
poterunt decorem facere pergularū
supra ripas adherentes arborib⁹ ā
te dictis · Deinde quinqꝫ vel sex pe
dibus īfra curiam/circunquaqꝫ hu
miles plantent arbuscule / veluti fi
cus ⁊ malagranata/si aeris illius q̄
litas patit/ ⁊ mēcole gecule/ ⁊ cyco
morum plante · Per medium vero
huius loci plantent alique plante
pirorum ⁊ malorum. xx. pedib⁹ ad
minus distantes· que ꝓcedente tem
pore diuersis pirorum ⁊ malorum
generibus singulis estatis ⁊ autum
ni mensib⁹ maturandorum cum dili
genti industria inserant. harum enī
initium ac arborum fructus domino
specialiter reseruandi / propter for
tes clausuras erunt a rusticorū vo
raci improbitate securi . In eo etiā
loco amenum formabit viridarium
⁊ dominicus ortulus/ ⁊ apum dilec
ta societas illesa seruabitur· ⁊ turtu
res ricii ⁊ lepusculi secundū modos

quos in suis locis dicam. ¶ In alia
vero parte dimidia fiant domus ꝛ
tuguria/iuxta ripas circunquaqꝫ /
vel duas partes/aut vnam tantum
occupantia. secundum exigentiā fa
milie colonorū. ꝛ animalium nutriē
dorum. curia remanente in medio ex
pedita. Domus meliores in vna p
te deputent᷑ habitationi colōi. ꝛ alie
animalibꝫ nutriēdis. Iuxta domos
rusticorum clibanus /et puteꝫ si fōs
desit in parte conuenientiori fiat / se
cundum modos ꝛ formas consueto
modo seruatas. dum tamen puteus
a fossatis curie/ꝛ a palude letamis
q̄ntum poterit elonget᷑ ne fossaꝝ aut
letaminis humor putridus / per oc
cultos ingrediat᷑ terre meatus ¶ In
alie vero curie capite/iuxta tuguria
bestiarum/ palus formet᷑ letaminis
maturandi/a dominica q̄ntum pote
rit domo remota. Qꝫ si tanta sit do
minorum nobilitas ꝛ potentia/ꝗ de
dignent᷑ in eadem curia cum suis ha
bitare colonis/poterunt sane in dic
to loco sic disposito facere morari
custodem. qui Castaldio nominatur
ꝛ seorsum in alia parte. suum facere
locum. palaciis/ꝛ turribꝫ/ ac virida
riis decoratum. secundum ꝗ eorum
nobilitati ꝛ potentie crediderint cō
uenire. Doctrinam autem aree /ꝛ cel
le vinarie/ac colūbaris pullarii sta
bulorum ꝛ tuguriorum feni seruan
di/suis locis tradēdam reseruo.

De puteis ꝛ fōtibꝫ. faciendis ꝛ q̄li
ter aqua inueniat᷑ et ꝓbetur.

Licet puteus optime mo
ret᷑ in curia vt predictū
est/tamen quandoqꝫ ꝓp
ter communē plurium uti
litatem/ꝛ aliquando propter cōmo
ditatem colonorum/et quia plerūqꝫ
aqua non inuenit᷑ in curia vel ī par
tibus et locis propinquis. aut
inuenitur/ sed letaminis curie liquo
re inficitur. In campis extra curias
fieri optat᷑. quod cum acciderit pro
uidendum est hoc modo. vbi aqua ī
superficie/ aut non multum profun
da existit. Itaqꝫ de mēse augusti/sep
tembris/ aut octobris fodiendus ē
puteus. quia vbi aqua his non de
rit mensibus. nullum defectum alio
tempore habebit. Agit᷑ secundū Pa
ladium / ante solis ortum his locis
quibus aqua querenda est / equali
ter pronus mēto ad solum depresso
spectabis orientem. et in quo loco /
subtili nebula crispum aerem surge
re videris/et velut rorem spergere.
scias in locis siccis ibi aquam latere
Sed terrarum genus considerabis.
vt possis de tenuitate vel habundā
tia iudicare. Creta nāqꝫ tenues nec
optimi saporis venas creabit. Sa
bulo solutus exiles insuaues limo
sas / et spacio altiore submersas. ni
gra terra humores / et stillicidia
non magna ex hybernis ymbribus
et liquore collecta. sed saporis egre
gii. Glaree mediocres/ et venas icer
tas sed suauitate p̄cipuas. sabulo
masculus Arene et carbunculus / cer
tas et vbertate copiosas ¶ In saxo
rubro bone et habundantes sunt. sꝫ
ꝓuidendum est ne inter rimas inuē
te refugiāt. Sub radicibus montiū

et in silicibus vberes / frigide et salu
bres. Locis campestribus / salse / gra
ues / tepide / insuaues plerūq3 / quaꝝ
sapor si optimus fuerit / noueris eā
sub terris exordium de monte sump
sisse. Sed in mediis campis monta
norum fontium suauitatem sequet᷑
si vmbrantib9 tegant᷑ arbustis.
Sunt ⁊ hec signa inuestigande aque
quibus tunc credimus si neq3 lacu
na est / neq3 aliquis ibi ex consueta
dine humor incidit. Iūcus tenuis /
salix siluatica / aln9 / arundo / edera /
ceteraq3 / que humore multum aquo
so gignunt᷑. Locis ergo vbi predic
ta reperis signa / pedibus tribus lati
tudine altitudine pedum / quinq3 fo
diat᷑. ⁊ proxime solis occasum vas
purum ereum vel plumbeum vel in
terius vnctum / ponat᷑ ibi inuersum
in solo fossionis ipsius. tunc supra
fossam crates facta de virgis ⁊ fron
dibus addita terra / spacium omne
operiat. Sequenti die aperto loco /
si in eodem vase sudores inueniant᷑
aut stille aquam ibi esse nō dubites
Item si vas figuli siccum neq3 coc
tum eadem ratione ponat᷑ / ac simili
ter operiat᷑ altero die si aquarū ve
na proxima fuerit vas humore con
cepto soluet᷑. Item si vellus lane eō
positum / et coopertum / si tantū col
ligit humoris vt alia die fundat ex
pressum copias inesse testabit᷑. Itē
lucerna oleo plena ⁊ incensa / si ibi si
militer tecta ponatur. ⁊ secundo die
reperiat᷑ extincta / superantibus ali
mentis / aquas locus idem habebit.
Item si in eo loco focum feceris ⁊
terra vaporata humidum fumū ne
bulosumq3 ructauerit aquas ibi fo
re agnoscas. His ergo repertis cer
ta signorum firmante noticia / pute
um fodies et caput aque requires.
vel si plura sunt in vnum colliges.
Tamen sub radicib9 montium ī sep
tentrionali parte querēde sunt aque
quia in his locis magis habundant
valioresq3 nascunt᷑. Sed in fodien
dis puteis est cauendum fossorū pe
riculum. quoniā terra plerūq3 alu
men sulphur bitumē educit / que spi
ritum pestis exalāt. ⁊ occupatis sta
tim narib9 animas torquēt. nisi q̄s
sibi fuge velocitate succurrat. Pri9
ergo q̄3 descendat᷑ ad intima / in eis
locis lucernam pones accēsam. que
si extincta non fuerit periculum non
timebis. Si vero extinguetur locus
mortifer erit cauendus. Fodiendus ē
autem puteus latitudine pedum oc
to / vel septem / quaq3 versum vt bi
nos pedes structura concludat. Fieri
etiam potest latior seu strictior secū
dum ꝙ plures aut pauciores ex eo
aquam haurire intendunt. ⁊ secūdū
magnitudinem ⁊ paruitatem vena
rum. Si aqua limosa sit salis ad
mixtione corrigitur. Sed dum fodi
tur puteus si terra non stabit vicio
generis dissoluti aut humore laxabi
tur. tabulas obicies vndiq3 circās
⁊ eas transuersis vectib9 sustinebis
ne fodientes ruina concludat. Po
test etiam in talib9 locis melius sine
fossorum periculo fieri. videlicet ꝙ
fiat ex assidib9 rota duplex ⁊ for
tis ad putei latitudinem / supra quā
fiat murus altitudine unius puncti
anteq̄3 puteus fodiatur. Deinde ipsi
us fossor cum instrumentis ferreis ī
medio existens sub muro fodiat. et

ipsum vsq ad terre equalitatem descendere faciat. et iterum tantūdē muret et fodiat/ et terrā et tandem aquā extrahat donec puteus sit perfectus Sed qui in alto sunt putei/ perforatis vsq ad infimam partem terris/ ad loca inferiora possunt vice fōtis exire. si vallis subiecte natura pmittat. Aquam vero nouam putei sic pbabis. in ereo vase nitido sperges et si maculam non fecerit pbabilis iudicat᷑. Item decocta eneo vasculo si arenam vel limum non relinquit in fundo/ vtilis erit. Item si legumina cito valebit excoquere. vel si colore perlucido claret/et musco et omni labe pollutionis aliena.

De aqueductu.

Cum vero ducēda ē aqua ait Paladius. Qꝫ ducat᷑ aut forma structili aut plumbeis fistulis/aut cānalibus ligneis/aut fictilibus tubis si per formam structilem ducet᷑/solidandus est cannalis. ne per rimas aqua possit elabi cuius magnitudo p aque mensura facienda est. Si p planum veniet intra centenos vel sexagenos pedes. sensim declinet᷑ structura sex pedibus vt vim possit habere currendi. Si quis mons interiectus occurrerit. aut p latera ei9 aquā ducemus obliquam/aut ad aque caput speluncas librabimus/per quas structura perueniat. Sed si se vallis interserat erectas pilas vel arc9 vsq ad aque iusta vestigia cōstruem9 aut plumbeis fistulis clausam deici patiemur et explicata valde consurgere. Sed quod est salubrius et vtilius/fictilibus tubis conducitur. vt duob9 digitis grossi ex parte vna reddant᷑ acuti/ vt palmi vnius spacio in alterum possit intrare / quas iuncturas viua calce oleo subacta debemus illinire. Sed anteq̄ his aq̄ cursus admittatur/fauilla mixta exiguo liquore decurrat / vt glutinare possit si qua sunt vicia tubulorum. Ultima ratio est/plumbeis fistulis ducere que noxias reddunt aquas Nam cerusa plumbo creat᷑ /que plurimum nocet corporib9 humaīs. Diligentis preterea est aquarum receptacula fabricari / vt copiam inops vena procuret.

De cisternis et cisternulis.

Qui aqua deest. Cisterna secundum Paladium fiat / magnitudine qua delectat᷑ et cui sufficit. cui ōnium conduci possit aqua tectorum Testacei pauimenti superfusione leniget᷑. hoc pauimentum omni cura tenēdum est ad nitorem/ et lardo pingui cocto /assidue perfricandum. ne deducto humore rimis in aliqua parte fundat᷑. et ita post diuturnam et solidam siccitatem aque prebeatur hospitium. In eius medio formet᷑ puteus. deinde circa eum omnis concauitas repleatur in fundo. de grossis lapidib9 fluminum. In medio de minutis. et de sabulo in supremo vbi autem desunt fluminū lapides loco eorum fornacis petre ponātur In quibusdam tamen locis fit pauimentum de quadam creta. que cū mediocriter est infusa / taliter comprimitur et calcatur vbiq/ q aquā i se positā vl' pluentem in se recipit et cō

ſeruat. Anguillas ſane piſceſqꝫ fluui
ales in has mitti. paſciqꝫ conueniet.
vt horum natatu aqua ſtans agili
tatem currentis imitet᷑. Riuos ⁊ la
cunas ciſternarum piſcinas vel pu
teos ſartiemus hoc modo. ¶ Picis li
quide q̄ꝫtum volueris ⁊ tantundem
ſumas anxungie vel ſepi. tunc in ol
la vtrūqꝫ miſcebis / ⁊ coques donec
ſpumet. deinde remouebis ab igne.
cum autem fuerit refrigerata com
mixtio / calcem ſuperadiicies minu
tatim / ⁊ ad vnum corpus illa mixta
reuocabis. cūqꝫ velut ſtigmentum fe
ceris / inſeres locis corruptis ac ma
nantibꝰ / ⁊ preſſum ſumma denſitate
calcabis. In locis preterea fluminū
in quibus aquis fluminū vtimur /
fiant ciſternule / cum quibꝰ clarificē
tur ⁊ limpide fiant hoc modo. habe
atur vrceus terre magnus ī loco fri
gido / ſub ſabulo obrutꝰ / ſupra quē
fit vas ligneum vel terreum coctum
latitudinem quandam habens. qđ ⁊
foramen paruum cum cannula ī me
dio fundi habeat / per vnum digitū
in fundo eleuata / ſupra quam tya
thum ponat᷑ inuerſum. Deinde vſqꝫ
ad medium / ſabulo impleat᷑. in quo
poſtea quotiens volueris fluminis
aqua ponat᷑ que in ſabulo diſtilla
ta per cannulam guttatim deſcēdat
inferius in vrceum in quo vtenda
ſeruat᷑. Et ſi maiorem ceſternulā ha
bere volueris poteris tam inferius
q̄ꝫ ſuperius receptaculum de marmo
ribꝰ vel lapidibus ⁊ cemēto aut teſ
taceo pauimento facere. ſecundū for
mam ⁊ magnitudinem tibi gratam.

De materiis domorum.

Quoniam ſupra de domibꝰ et
edificiis mentionem fece
rim fabricandis / que ex
materia murorū ⁊ ligno
rū fiunt. Dicam que ligna cōpetunt
edificiis / ⁊ que bona cementa / ⁊ que
ꝯſideratio in fundamentis habenda
eſt. ¶ Fundamenta igit᷑ vt Paladiꝰ
ait ſtabilia ⁊ diu durabilia latiora
ſint ex vtraqꝫ pte ſemipedis ſpacio
q̄ꝫ parietis corpus increſcet. Si ſo
lida ⁊ conſtricta reperit᷑ argilla / quī
ta vel ſexta pars altitudinis eiꝰ que
ſupra terram futura eſt fundamētis
deputetur. Et ſi terra laxior fuerit
maioris altitudinis obruant᷑ donec
munda ſine ruderū ſuſpitione occur
rat argilla / que ſi omnio deſit q̄rtā
merſiſſe ſufficiat. ¶ Arena que appre
hēſa manu edit ſtridores erit vtilis
fabricanti. Item ſi panno vel linteo
candide veſtis inſperſa ⁊ excuſſa ni
hil macule reliquit aut ſordis / egre
gia eſt. Sed ſi foſſilis arena non fu
erit de fluminibus aut glarea aut li
tore colligatur. ¶ Marina arena tar
dius ſiccat᷑ / ⁊ ideo non continue ſed
intermiſſis temporibus conſtruēda
eſt ne opus onerata corrumpat. ca
merarum quoqꝫ tectoria ſalſo humo
re diſſoluit. Nam foſſiles tectoriis
⁊ cameris ⁊ celeri ſiccitati vtiles /
ſunt meliores ſi ſtatim cū effoſſe fue
rint miſceant᷑. ¶ Sed ſi vti neceſſe ſit
maris arena erit commodū priꝰ la
cuna humoris dulcis immergi. vt
vicium ſalis aquis dulcibus ⁊ ſua
uibus eluta deponat. Calcem quoqꝫ
albo ſaxo duro vel tyburno aut co
lumbino fluuiali coquemus. In du
abꝰ arene partibus / calcis vna miſ

cenda est. ¶ In fluuiali quoqꝫ arena si terciam partem teste crete addideris/operum soliditas mira prestabitur. Item si calx ⁊ arena equali mēsura miscent̄/erit fortissimum cemētum exinde cōmixtum. Nō est preterea murus faciendus tempore magni algoris/ quia congelat⁹ dissolueret̄ postmodum adueniente calore/ Tempore mensis nouembris aut decembris fabricarum materia ē cedenda cum luna decrescit/quia tūc maxime humor corruptibilis ⁊ lignū corrumpens/consumpt⁹ ē. per precedētē autumnum ⁊ lune etatem. ⁊ ꝓpter presens frigus aeris fugit cū calore naturali arboris ad radices ad calidum uentrem terre. ¶ Sed arbores que cedent̄ vsqꝫ ad medullam securib⁹ / recisas stare aliqͣ diu patiaris/ vt per eas partes humor si quis in venis continet̄ excurrat. Vtiles autem he sunt maxime abies videlicet Est enim leuis rigida ⁊ in operib⁹ siccis pfecte durabilis. ¶ Salix vel lares secundum Paladiū vtilima. ex qua si tabulas suffigas ī frōte atqꝫ extremitate tectorum / presidia contra incendia contulisti/neqꝫ enim flammas recipiunt/ aut carbones creant vt idem ait Quercus durabilis/si terrenis operibus obruat̄ Rouer optīa. tam sub terris q̄ etiā supra terras. Castanea mira soliditate durat in agris et tectis ⁊ operibus interius. Fagus in sicco vtilis sed in humore corrumpit̄/ Popul⁹ Albarus/ Vtraqꝫ Salix ⁊ Tilia in sculpturis necessarie. Alnus fabricis inutilis. sed necessaria si humidus locus fondamentis paland⁹ est ¶ Ulmus et fraxinus si siccent̄ rigescunt ante curuabiles. Cipressus egregia Pinus vel pirus nisi in siccitate nō durat/ Cedrus durabilis nisi tāgat̄ humore. Quecunqꝫ autem ex parte meridiana cedunt̄ vtiliores sunt. q̄ vero ex septētrione proceriores/ sꝫ facile viciāt̄.

De officio villici.

Villicus disciplina bona vtat̄ secundū varronē ferie seruent̄ / alieno manū abstineat. sua diligentissime seruet / litibus familia supersedeat. Si quis deliquerit/ bono modo vindicet. Familia male ne sit/ne algeat/ne esuriat/opere bene exerceat/ facilius a malo ꝓhibedit. pro beneficio gratiam referat/ vt aliis recte facere libeat. Villicus non sit ambulator. Sobrius sit semper. ad cenā ne coeat/ Familiam exerceat. Procuret vt que dominus imperauit fiant/ne plus censeat sapere se q̄ dominum. Amicos domini habeat sibi amicos In iussu domini nemini credat ¶ Qd dominus crediderit exigat. Mutuū nemini det. Ne quid nesciente domio emat. ¶ Ne quid dominum celauisse velit ¶ Opus rusticum omne ut sciat facere curet. ⁊ id faciat sepe dum ne lassus sit Si fecerit/ scribit in mēte familie quid sit / ⁊ illi animo equiore facient. Si hec faciet min⁹ libebit ambulare. ⁊ valebit rectius ⁊ dormiet libentius. primus cubitum surgat/ postremus cubatū eat. Prius villā videat ut clausa sit. ⁊ vt quisqꝫ suo loco cubet. ⁊ vt iumenta pabulū habeant. ¶ Boues maxima diligentia

curatos habeat. bubulcis obsequio sus partim sit/ quo libentius boues curent et aratra vomeresqz faciat/ vt bonos habeat pecori et bobus dilige ter substernat. vngule curent. Sca biem pecori et iumentis caueat/ Jd ex fame et si ipluit fieri solet. Ope ra omnia mature conficiat. nam res rustica sic est/si rem vnam sero fece ris/oia opera sero facies. Stramēta si desint/frondem ligneam legat. eā substernat ouibus bobusqz. Sterqli nium magnum habere studeat. et per autumnū euehat. et circū oleas obla queet ac fimum addat. Frōdē popul neam vlmeam querceam per temp9 cedat. eam condat: nō per aridam pro pabulo ouium. Itē fenum aridū de prato recondat. post ymbrem autū nalem rapinā. pabulum lupinūqz serat.

De officio patrisfamilias qualiter debet agrum emere. et villici opera ac rationem inquirere.

Catho scribit prediū cū comparare cogitabis/ sic in animo habeto. vt ne cupide emas/ne de opera tua perdas. Nec satis habeas semel circūire. quotiens ibis totiēs magis placebit quod bonum erit. vici quo pacto niteant/id aduertito. et vti eo introeas. et circūspicias vti inde exi re possis. Vti bonum celum habeat ne calamitosū. Si et solo bono virtu te sua valeat. si poteris sub radice montis. Si et in meridiem spectet i lo co frigido. Loco salubri operariorū copia. Si et bonum aquarium/ oppi dum validū prope sit/ In his agris qui non dominos sepe mutant/ Qui in his agris predia vendiderunt. Quos pigeat vendidisse/ Vti bene edificatum sit. Caueto ne alienā dis ciplinam temere contemnas. a domi no bono colono bonoqz edificatore melius emet. Ad villam cum veni es videto vasa torcularia et dolia si multa sint. vbi nō erunt/ scito pro ra tione fructuum esse. Instrumenta mul ta vel pauca sint videto. Sump tuo susqz ager ne sit. Pr̄familias cū ad villam venit/fundū ea die si potest circueat vel die sequenti. vt agnos cat quomodo fund9 cultus sit. ope raqz facta infectaqz sint/ Postea vil licum vocet ac interroget. quid ope ris factum sit/ et quid restat. satis ne tempori opera sint confecta / possit qz que reliqua sint cōficere. Et quid factum vini frumenti aliorūqz ōniū Vbi ea cognouit/ rationē inire opor tet operarum dierum. Sici opus nō apparet. dicit villicus se dolo caruis se. se nō valuisse. Tempestates ma las fuisse. seruos affugisse/ Vbi eas alias de causas multas dixit/ ad ra tionem operum operarumqz/ villicū reuoca. Cum tēpestates et pluuie fue rint / que opera per hyemem fieri et per ymbrem potuerunt. dolia laua ri. piari/ villam purgari/ frumentū transferri/ sterc9 foras efferri/ sterq̄ linium fieri semen purgari / funes sarciri. nouos fieri/ Centones Cucu liones familiam potuisse sibi sartire Per ferias potuisse fossas veteres tergi. viā publicā muniri. vepres re cidi. ortum fodi/pratum purgari/ virgas vinari/spinas runcari. Cum serui egrotauerint cibaria tanta da ri nō oportuisse/ Que opera reliqua

sint /curare vt perficiant. si quid de sit in annum vt paret. que supersint vt veneant / que opus sit locari vt locent. 7 que opera fieri/ 7 que locari vt imperet. 7 ea scripta relinquat. Pecus omne cōsideret/ oleum vinū frumentum. 7 quicquid supersit vē dat. boues vetulos/ armenta oues la nam pelles plaustrum vetus/ seruū senem 7 morbosum vendat Patrem enim familias vendacem/ nō emacē oportet esse/ Item que pertinent ad sationem suo quoqȝ tempore ꝓmen da id est manifestanda sunt. que vē denda videndum. Ea enim que ser uari nō possunt /anteqȝ se cōmutent celeriter promat/ 7 vēdat. que serua ri possunt. tunc vendat cum caritas est. Sepe enim diutius seruata non mō vsuram adiiciunt. sed etiā fructū duplicant. si expecto congruo tēpo re promat.

Incipit liber secund9 de natura plā tarum de rebus communibus cultui cuiuslibet generis agrorum.

Qm in superiori li bro de his que neces saria sunt saluti ha bitantium rura/ que dā vtilia scripseri Consequenter de ip sorum operationib9 in villis agen dis dicendum est. Verū quia ruris excercitia variant secundum varie tatem plantarum locorum 7 tempo rum/ quorum diuersitas sine notici a nature plantarū partium ipsarū 7 eorum que plantis necessaria sunt perfecte cognosci non potest. De his i hoc secundo libro agendum est. Et quia quedam sunt communia cultui cuiuslibet generis agrorum. De his etiam in eodem libro dicet. Dicam itaqȝ i primis de his que omni plā te conueniunt secundum generatōis principia.

De his que omni plante conueniūt secundum generatiōis principia.

In plantarum generatio ne sunt scdm frem Alber tum septem/ sine quibus omnino nulla nascit plā ta. Calor videlicet celestis circuli/ q est primum 7 viuificum pricipium plantarum. Secundum autem ē cō ueniens calor loci. quia si in loco sit virtus frigoris mortificatiua / non suscipiet virtutem caloris celestis cir culi. Similiter autem si locus vehe menter sit adustus / erit heremus arenarum/ 7 eius quod vocat mor tuum sabulum/ eo ꝙ non est talis lo cus susceptiu9 celestis virtutis plā tas viuificantis. Tercium autem est calor/ qui materie seminali quecūqȝ illa sit inheret. quia sine illo/ aut nō esset receptiā caloris viuifici/ aut re cepti caloris viuifici non esset retē tiua. 7 nuqȝ formaret ex ipso plā tarum aliqua. sed euanesceret p eua porationem/ probant autem hec ope ra rustificationis. quoniā in quibus dam plantis cum primum formant 7 sunt tenelle. vmbracula oportet fi eri. vt calore solis non euanescant sicut quando ex seminibus pullulāt cipressi vel ficus. Tria autē sunt mi nistrātia substantialē materiā. quo

rum primum est humor naturalis i herens ei quod format in plāte spe ciē. q primum spirādo pullulat sur sum. ⁊ erumpit ad terre superficiem. qui cum pullulat euacuat ab inferi ori materiam humoris totam. sub stantia humoris formans istrumē ta plantule ⁊ inferius in radicē. Des tituta autem virtus caloris subiec to attrahit humorem loci. ⁊ iste ē se cundus humor ministrās concepte plante nutrimentum. sicut ministrat matrix sanguinem menstruum in cō ceptione et formatione animalium Tercius est humor pluuiarū ⁊ roris et niuiū desuper veniētium. qui se ha bent ad plantas sicut humidum nu trimentale ex cibis sumptū i anima libus. ⁊ ideo humidum hoc desidera tur a plantis iā formatis/ ⁊ ad spe ciem deductis/sicut cibus desiderat ab anima natis animalib9. ¶ Septi mum autem quod exigit ē aer cōueni ens circūdans extrinsecus. ille ei cōser uat si bonus est. aut corrūpit si ma lus est plantas. Et ideo venti vren tes/⁊ pruine mortificantes ledūt ⁊ destruunt plantas. ab aere autem tē perato ꝓportionabiliter conuales cunt ⁊ fructificant. ¶ Amplius autem arbor in genere suo est calida ⁊ hu mida. ⁊ calor quidem aperit meatū ⁊ impellit humidum/humidum autē habundans sufficiēter ministrat ma teriam/ ⁊ ideo statim exurget in sti pitem/⁊ auget illū ⁊ roborat. ⁊ emit tit in eo ramos multos. ⁊ in ramis plurimas virgas.

De diuersitate generatiōis plātaꝝ

Consideranum ē autem principaliter de diuersita te generationis Ex diuer sitate ei generatiōis plā taꝝ ferescieṭ tota natura rarū. Et de hac quidem diuersitate ab antiquis fere amplius nihil iue nit. q̄ quod dixit aristoteles ꝙ ar borum scilicet ⁊ plantarum/ que dam generant plantate q̄dā ex se mine. Et quedam per seipsas ex ip sorum elementorum commixtione ⁊ virtute celesti/que tali commixtioni vitam influit vegetabilem. ¶ Varro autem refert ꝙ est quedā generatio plantarum occulta/que fit ex semine in aere existēte vt Anaxagoras scrip sit. vel ex semine in agrum inducto ab aqua fluente/ vt Theofrastus af firmat. sufficere tamen puto id qđ dicit Albertus. nam vtrunq dictū satis comprehendit. ⁊ precipue dic tum Theofrasti. Et ea que plātatur aut a radice nata euellit/ aut a sti pite/aut a ramis/aut a semine nata transfertur de loco ad locum. sed hoc proprie non plantatio/ sed trāsplā tatio dicit. Et iste que sic transplā tant/quedam totaliter integre trās plantant. ⁊ quedam ꝓpter duriciē sue substantie ⁊ corticis aliquātulū contundunt et scindunt/ infigunt terre vt facilius et citius trahant nu trimentum. ¶ Adhuc autē eaꝝ que se cundum partem aliquam plantant quedam plantant in terra sicut fit de vite salice et buxo frequentius. quedam plantantur i aliam arborē et hec plantatio vocatur insitio. Qđ autem in generatione plante valde nobis occurrit ē/ꝙ plantarū quedā

ex semine habent generationem que non producunt semē simile illi semini ex quo habent generationem. ¶ Quedam faciunt semen melius et quedā peius. Aliquando enim quibusdam malis seminibus bone arbores perueniunt. ut ab amigdalis amaris ⁊ acidis/aliquādo fiunt dulcia. Et similiter a malisgranatis siue punicis acidis. aliquādo fiunt dulcia ⁊ aliquando econuerso. ¶ Quarundā aūt plantarum semen cum debile fuerit aut ex loco. aut ex aere temporis inconuenientis deficit. ⁊ illarū generatio in tali loco non est ex semine/ sed ex aliqua alia plantatione / siue ramoꝝ/siue radicis. ⁊ hoc precipue ē in pinetis ⁊ in palmis ⁊ ficub9 ⁊ malisgranatis. Et similiter i omni abietum natura. nulla enim illarum semen facit tante efficacie ꝙ pullulare faciat/nisi raro. ¶ Nam ex semine palma quandoqꝫ pullulat ⁊ cipress9 ⁊ maxime palma si plura semina simul coniungant᷑. Ex vno enim simplici semine pullulat raro. ¶ Sed cypressus ⁊ ficus pullulāt ex vno grano seminato ad modū herbe primū ⁊ conualescunt paulatim. Non autē de facili fit / ꝙ ex semine malo ꝓueniat bona planta. nec econuerso. licet hoc aliquando fiat. ¶ Sed in animali hoc contingit multotiens. ꝓpter diuersitatem enim habitationū aeris ⁊ ventorū et nutrimenti/cū aīmal sit facilis alterationis/ frequenter fit ꝙ semen male cōplexionati aīmalis alteratur/et fit melius. et bene complexionati alterat᷑ et fit peius. et animal generatū fit ꝯm seminis ex quo generat᷑ dispositionem / vel peius vel melius / Cuius signum ē/ ꝙ omnia domestica animalia videm9 valde differentia in ꝙtitate et colore quod nō accidit eis nisi propter sui nutrimenti multam diuersitatem et diuersa fomenta stabulorū et aliorum locorum in quib9 conuersant᷑. Propter quod etiam carnes eorum in sapore diuersificant᷑ a carnibus animalium siluestrium. talis eni diuersitas in plantis nō est. aut quia radicibus terre affixe sunt. et neqꝫ loca mutant neqꝫ nutrimenta.

De substantia et origine et generatione plantarum.

Locus in quo orit᷑ plāta est sicut matrix in animalib9. et succus siue humor in tali loco preparat9 et attractus est sicut sanguis menstruus in matricibus animalium. ¶ Vis autem celestis in eis/est sicut virtus indistincta et nō determinata ad speciem/ que quātum ad plante naturā sufficienter determinat᷑ et distinguitur per qualitates elementorū et modum commixtionis eorū i materia seminis plante. Opera autem plāte secundum ꝙ planta est sunt tria. scꝫ vti alimento/et augere/et generare. Vtunt᷑ alimento siue trahunt ipsū tantum purum conueniēs et simile sibi/et hoc totum conuertibile est in substantiam membroꝝ. ideo nō habent ventres et venas/sed tantū poros. et terra est eis pro ventre / in q̄ dimittunt vtrāqꝫ impuritatem / siccam videlicet et humidam. Et hec ē causa ꝙ infigunt radices ori suo similes in terram/ex qua sicut ex sto

macbo sugunt nutrimentum. et diri gunt radices deorsum maiores plan te omnes ad locum calidum terre. v bi calor meli9 commiscet ⁊ digerit nutrimentum. Et si alique plante magne i superficie spargunt radices ⁊ non in ꝓfundū dirigunt/cito aresc cūt q2 nutrimētū qd ē i supficie terre euanescit ab eis i fumū per calorem solis /⁊ non cogit᷑ spirare in radici bus earum per loci continentiam.
Augere autem ipsarum plantarum dicunt quidam esse in infinitum / as serentes plātam augeri ꝙ̄ diu radi cib9 terre adheret. quibus non ē con sentiendum. quia certum est/omniū natura constantium esse quantitatē determinatā inter duos terminos / maximi in suo genere/⁊ minimi. ha bent enim sicut egregie dicit Aristo. omnia rationem/⁊ augmenti/⁊ mag nitudinis. Licet enim ex nutrimenta li forment᷑ ⁊ augeant᷑ humido plan te/tamē pars cui faciēda est additio in tantum indurat᷑ processu tempo ris/vt extendi non possit. ⁊ tunc cō stat augmentum in longum/⁊ tandē ex eadem causa stabit etiam ad alios duos diametros qui sunt in latum ⁊ ꝓfundum. ¶ De operatione autem generationis plantarum hic solum dicit᷑ ꝙ sugendo per poros habent nutrimentum. ⁊ de eo ꝙ extrinsecus in gemmis a spiritu egrediente eleua tur formant omne quod gignunt.

¶ De diuisione plante per suas par tes integrales.

Consequenter autem de p tibus vegetabilibus plā tarum determinandū est. ⁊ de his que accidunt eis ex natura/⁊ non ex cultu. De fructi b9 enī ⁊ cultu dicet᷑ posteri9. ¶ Opor tet igit᷑ scire ꝙ sicut in animalib9 ita in plantis. quoddam est quod ē po tētia quelibet pars plante/⁊ vocat᷑ succus. ⁊ quoddam est quod ē pars plāte actu/sicut radix. stipes ⁊ ram9 ⁊ huiusmodi. Est autem succus hu mor per poros radicis attractus ad nutriendam totam plantam. qui per partes plante a virtute nutritia dis tribuit᷑/ necesse est igit᷑ ꝙ ad plāte similitudinē calore digestiuo sit ter minatus. non enim nutrit nisi simile quod ex contraiacentib9 passionib9 per digestionem ad similitudinē ei9 membri uel partis que nutrit᷑ altera tum est. Ex his autem necessario re linquit᷑ ꝙ humor cibalis plante ma gis sit insipidus in radice/⁊ secūdū ꝙ magis ⁊ magis a radice procedit sic plus ⁊ plus accipit saporem plā te conuenientem. Sicut autē accipit saporem/ita etiam accipit inspissati onem ⁊ subtiliationem ⁊ acumen.
Ex actione enim caloris in ipsum / necesse est omnia hec inuenire circa ipsum/ nisi per accidēs impediatur vt infra docebit᷑. ⁊ in quibusdam q̄ dem plantis calore exalante / pluri mum humidum remanet terrestre uis cosum lucidum ꝓpter multam dya phani naturām in ipso ⁊ est odori ferum propter actionem caloris in ipso. ⁊ quidē ꝙ conuenienter diges tum aromaticum quod autem cor ruptum est fetidum est. ⁊ hoc hūidū

quando calore aperiente parum stil lat: frigiditate aeris exsiccat̃ / ⁊ vocat̃ gummi. Aliquando etiam distil lat per vulnus factum ferro in plā ta / ⁊ tunc etiam gūmi vocat̃ / sed nō est tante virtutis vt predictū. Partes autem que actu sunt partes plā te / diuidunt̃ in duo genera / quedam enim sunt sicut membra officialia ī animalibus. quedam autē sicut simi lia. Nodi enim et iuncture ⁊ vie p modum venarum extense ⁊ radices / sunt sicut mēbra officialia / ⁊ nutri menti officio deseruientia. ¶ Sed lig num in habētib⁹ lignum / ⁊ caro her balis in non habentibus lignum / est sicut membrum simile in animalib⁹. Cortex autem sicut pellis in anima lib⁹. ¶ Et ad hunc modum est de ce teris partibus plante. ¶ Sed nod⁹ il le qui vocat̃ maleolus est factus a natura. vt in ipso stet succus. ⁊ am pliorem accipiat digestionem. cuius signū est. q̄ si in ramo siluestris arbo ris fiat insitio ultra medium. ita q̄ medulla sit abscisa ⁊ postea ligata consolidet̃ / temperabit̃ malicia fruc tuum / ⁊ meliorabit̃ sapor eorū. Cau sa autem est q̄ ibidem retortum po rum inueniens nutrimentū ascendēs per truncum stat ⁊ diutius digestū in meliores digerit̃ ⁊ transformat̃ fruct⁹. huiusmodi autem nodos ha bent precipue in plantis ea que ra re sunt substantie ⁊ habent magnas medullas aut in toto sunt concaua / et cum hoc sunt valde longa. sicut est vitis et viticella et cucurbita et arū do. et genera frugum vt triticum et siligo et ordeum et auena et alia hu iusmodi. Radices tamen planta ha

bet ori similes / quantum ad tractum nutrimenti. habent tamen quantum ad alium modū similitudinē et effec tum cordis radices plantaꝝ / quo niā nutrimento attracto primum in fundit calorem viuificum / per quem ad membra moueri incipit. et hoc fa cit radix in plantis. quoniam ex ra dice dat̃ eis calor et forma vite po tentialis / per quam ad omnes par tes plante naturali motu mouetur. Sunt plante voraces dicte et absti nentes / propter radicum suarū dis positiones contrarias. Raras enim et porosas et calidas habentes radi ces / multum trahunt de nutrimento plus autem q̄ conuerti possit et ter minari a natura arboris. ¶ Et tunc arbor generabit fructus vermiculo sos et putrescentes. si non exsudet. vel aliter emittat superfluum humi dum. In iuuentute autem plantarū hoc maxime accidit / propter calidi tatem iuuentutis earum / Aliquando autem curantur / ex hoc q̄ perforan tur iuxta radicem. Ibi enim exit su perfluum humidum sicut per fleubo tomiā. Si autē plante calide et rare radicis sint in terra sicca ī qua plu it raro / et in qua cadit cum impetu multa pluuia: sicut in terra climatis secundi et tercii et forte quarti pro aliqua sui parte / trahit radix plan te multis vicibus iterpolatis ex ha bundantia pluuie multū nutrimētū quod anteq̄ alia pluuia superueniat trahitur ad partes superiores / et cō pleta digestione pficitur. et ideo ta les in talibus locis sepius forte flo rent et fruct⁹ emittunt. et hec est cau sa quare ī terra maurorum sepe flo

rent arbores in vno anno/ Fit autē
⁊ hoc in nostris climatibus licet nō
ꝓducant plante nostre nisi paucos
flores/quando post estatē humidā
sequitur autumn⁹ valde calidus et
siccus. Sunt autem quedam plan
te humide aquatice molles. ⁊ ille quo
cūq; mō infigantur terre / de facili ra
dices emittunt ⁊ conualescunt. hoc
autem faciunt etiam quedā dure ꝓp
ter similitudinē ligni radicis et cor
poris plante. sicut buxus cuius ra
mus in terram infixus de facili con
ualescit. In quibus autem hoc non
fit. causa est ꝙ destituitur lignū nutri
mento / anteq̃ȝ ex se formare possit
radices. eo ꝙ aut porosum non est
aut non habet calorem sufficienter
trahentē / ⁊ ideo arescit anteq̃ȝ ex se
emittere possit radices. ⁊ ideo que
cunq; calide sunt/ramis infixis ī ter
ram conualescunt sicut bux⁹ ⁊ sau
na ⁊ multe alie. Et iterum quecunq;
molles sunt tactu. ab humore terre
nutriuntur ⁊ implentur ⁊ conualescunt
sicut salix ⁊ tilia. Quecunq; autem
neutram habent dispositionū harū
frequenter arescunt / quando rami
earum terre infiguntur. Vena autem ī
planta proprie loquendo non ē/ sȝ
neq; secundum multum manifestam
similitudinē habent. sed vie nutrimē
ti dicuntur vene eius/que aliquando
sunt directe ascendentes. ⁊ tunc cres
cit planta quasi per quasdam tuni
cas herbales vel ligneas/quarū una
supponitur alteri. que aliquādo sunt
tortuose/ ⁊ tunc efficitur planta nodo
sa. aliquando autem diffunduntur
reticulatim in plātam/ Et per vias
directas nutrimentum trahitur/ ⁊ per
transuersales retinetur/ ⁊ reprimitur
in partes plante ipsum nutrimentū
Veniunt etiam vie iste aliquando a
radice ascendentes. Aliquādo autē
ex medulla ad exteriora plante/sicut
linee multe ꝓducte ab eodem centro
Talis igitur est dispositio uenarum ī
planta. Medulle autem plantarum
videntur esse sicut nucha in animali
b⁹. ⁊ per medullam in arborib⁹ de
currit ⁊ pulsat pl⁹ de spiritu plante
q̃ȝ per aliquā aliaꝝ viaꝝ / ⁊ in ea ē
vigor spiritalis plante. quia aliter
partes distantes a radice non bene
viuificarentur ad formā speciei plā
te. Et ideo plante habent ortū ⁊ prī
cipium ramorum qui oriūtur a cor
poribus plantarum a medulla qua
si a vicario radicis/ Et quando lig
na scinduntur/per ariditatem ꝓfū
datur frequenter scissura cōtinue vs
q; ad medullam/et vltra non inuenī
tur profundari scissura nisi raro.
Plante autem que nutriūtur ex me
dulla per poros transuersales. habēt
medullas maiores. Et que nutriun
tur per poros directe ascendentes /
habent medullas minores. Et quan
doq; non videntur medullas habere
quando magne efficiuntur/propter
hoc ꝙ lignee tunice artate per alias
circunuestientes comprimunt/ ⁊ q̃si
insensibilem faciunt viam medulla
rum. Et ꝓbabile est ꝙ hec sit vna
causa corruptionis magnarum plā
tarum interius/ suffocatio videlicet
spiritus vitalis in medulla inclusi/
per hoc ꝙ constrigitur per circūstās
induratum et constrictum lignū. Ip
sa autem substantia medulle videtur
esse sicut purgamentū quoddā colericū

quod ꝓpicitur de auribꝰ animalium. ⁊ hoc fit propter calorem spiritus ⁊ motum qui pulsat in medulla. Cuiꝰ signū est ꝙ fere omnes medulle plātarum perfectarum inueniunt᷑ a principio iuuentutis plante eorum albe/ et humide / ⁊ in processu etatis declinant ad citrinitatem ⁊ siccitatem. Sunt autem plante quedam/fere totam substātiam habentes medullosam. sicut sambucus ebulus ⁊ huiusmodi. ⁊ omnes ille nodos habēt multos ⁊ nutriunt᷑ ex medulla/ ⁊ ideo ē multa in eis. ⁊ in hoc genere ē vitis sed minus est medullosa ꝙ̃ sambucꝰ ⁊ ebulꝰ. Alias autem experimur plātas in toto concauas/sicut fistulas quasdam ⁊ calamos. ⁊ hoc fit ideo / quia ille multo indigent spiritu fumoso libero qui eleuat᷑ in concauo plantarum illarum ex nutrimento qui ascēdit per directos poros laterum plante. sicut arundo ⁊ calamorum genus ⁊ huiusmodi. hec igit᷑ est dispositio medullarum. Cortices in plantis sunt sicut coria in animalibus. Et sicut in animalibus pars corii excorticata et abscisa non recrescit sine magna animalis cicatrice. sꝫ scissa per longum ⁊ latum pellis cito consolidat᷑/ita est ī corticibꝰ plātarum. propter quod exsiccant᷑ plāte frequēter/ qn̄ ī stipitibꝰ ī circuitu cortex ab eis abradicatur vsqꝫ ad carnem plante ligneam vel herbalē Non est autem cortex ex contextiōe venaꝝ sicut corium animalis/sꝫ substantia corticis generat᷑ ex terrestri plante expulso ad superficiem ipsiꝰ Est autem cortex duorum modorū interior scilicet ⁊ exterior/ Interior mollior ⁊ exterior durior ⁊ asperior

De diuersitate materialium ⁊ simplicium partium plante. ⁊ de causa augmenti eius.

Sicut autem in animalibꝰ inter reticulationes venarum et neruorū sunt supplementa partium simplicium que sunt carnes/ul᷑ ea que sunt loco carnium in non habentibus carnes. Ita sunt in plantis lignee partes vel herbales que simplices sunt et materiales. quibꝰ auctis auget᷑ planta. et quibꝰ desiccatis ⁊ diminutis planta videtur exsiccari et diminui. et talia dicuntur proprie partes simplices in plantis/et materiales/eo ꝙ ille influūt per nutrimētum et effluunt per exsiccationē plātarum/sicut materialia supplementa in animalibꝰ. Hoc autem quadā cōmuni et vsitata anathomia cognoscatur in urtica maiore et canapo et lino/et in multis aliis que vias venales habent multum fortes et viscosas et directas. et quando in aqua computruit in eis caro materialis/ et postea exsiccatur et comminuitur et confricatur et recedit/ et remanēt vene illarum plantarum ad modum lane/longe candide et molles propter viscosum substantiale quod est in eis/et fiunt ex eis panni. et hic est modus quem habebāt antiqui phisiologi in corporibꝰ hominum et aliorum animalium/quos ligabant contra ictum aque. vehementis / et tunc abluta carne materiali et molliori / remanet reticulatum ex neruis et uenis. et demonstrabitur modus diui

sionis earum in corporibus animalium. Sicut autem est in urtica canapo et lino. ita etiam sine dubio est in aliis plantis licet materiale non possit ita ab officialibus partibus separari in eis. Pars autem nō simplex in planta dicitur esse / que ex pluribus simplicibus sit composita / sicut radix et ramus et huiusmodi. Planta dicitur a Platone esse figure hominis iuersi. Radices enim habet subtus ori similes. sed dilatantur undique ut nutrimentum accipiant. et ideo dilatatur planta inferius. superius vero dilatatur propter ramorum infusionem qui multiplicantur ex duabus causis / quarum una est materialis / scilicet nutrimenti habundantia. Altera autem efficiens / que est calor solis undique exterius taugens arborem et ebulire faciens succum et euocans ad exterius. et ideo erumpit in ramorū multitudinem in superioribus ubi magis constringitur et per digestionē amplius subtiliatur. Et huius signum ē quod plante que circunsepte sunt multis aliis plantis sicut arbores in nemoribus spissis et umbrosis crescunt in altum / et non multiplicantur in eis rami. nec multū ingrossantur earum stipites. et carentia quidem ramorum est ex eo quod per calorē solis nō potest in eis euocari et ebulire succus ad superficiem. sed potius frigus umbre concludit calorem interius / qui intus multiplicatus ex fuga contrarii / eleuat totum nutrimētū in altum et cum motus frigoris sit ad centrum quotiens motus caloris a cētro expellit nutrimentum ad circūferentiā ut impinguetur et dilatetur stipes. totiens reflectitur a frigore loci umbrosi in se nutrimentum / et impedit stipitis fieri ingrossationem.

De generatione et natura foliorum floris et fructus.

Dico itaque quod folii in omnibus plantis materia / est humor aquosus / non bñ digestus a terrestri sicco / nō bene a fece terreitatis purgatus aliquantulum passus et commixtus. Finalis autem intentio foliorum ē ad fructuum cooperimentum. eo quod natura purgatione indigeat a superfluitate humidi aquosi. et cum sit sagax et ingeniosa / eodem purgamento utitur ad fructuū defensionē. Materia autem tam foliorum quam fructuum est / quoniam duo sunt vapores in genere tam in ventre plante quam in aliis uaporantibus omnibus. vapor scilicet humidus et aquosus. et vapor siccus et ventosus. Vapor humidus est materia folii. vapor autem siccus ventosus est materia fructus propter quod etiam fructus secūdū genus suum ventosi esse uidentur et iudicantur. Licet autem folium per umbram temperatam restringat solis arsuram. tamen quia fructus multa indiget vi solis / producitur folium aliquantulum distans ut nō obstet digestioni que fit per solem. Florū autem substantia generaliter est facta ex humido subtiliori / quod calore primo ebulit. et propter habundantiam que est in ipso dilatatur ad modum folii. Ideo tamen quia humidum habet magis digestum /

flos fere vniuersaliter est odoris boni. quod nullo modo esset nisi humidum optime digestum ꝛ subtile haberet. sicut et terrestre quod in ipso ē subtilissimū ē et valde cōmixtū cū hūido. Cū enī ex vapore terrestri vētoso creatio fit fructuū / est in ipso vapore subtilius aliqd ꝛ humidius ꝛ minoris terrestritatis quod nō de facili constat ꝛ inspissat᷑ calido digestiuo. ꝛ hoc tamen fit magis vaporabile q̄ residuum eiusdem quod est in substantia plante in loco gemme in quo erumpit fructus. prio calore statim erumpit et format᷑ in florem propter quod adheret flori ros qui mel ꝓducit et ceram. ꝛ hoc inuenimus in interioribꝰ florum in ꝓfundo. quia tamē natura format subtile humidum quod passum est a subtili ꝛ bene commixto sicco / fluit ex ipso subtile ꝛ bene decoctū qđ dā humidum aqueum per modum dulcis flegmatis in animalibꝰ. Constat ergo ꝙ florum substantia fit ex subtili aqueo commixto cum subtili terreo / quod subtilitate sua potius formabile est in figuram florum q̄ in grossiciem fructuum. ¶ Et ideo primo calore veris flores prorumpūt propter subtilitatem substantie sue materialis / ꝛ facilius ledunt᷑ a frigore q̄ folia uł fructus propter eandē causam. Et sunt multum redolentes propter subtile humidum quod a sicco conuenienter passum ē. qđ quasi spūaliter ita resoluit᷑ in ipsorum substantia. Et humidum foliorum magis grosse aque indigeste est. Et humidum fructuum in pricipio sui magis est stipticum ꝛ terrestre / indigens multa digestiōe. propter quod vltimo complet᷑ post folia ꝛ flores. Amplius cum fructus cadunt ꝛ germinant / non trahunt augmentū vel nutrimentum a carne illa. sed a terra. Cuius signum est ꝙ cum aufera t᷑ tota aqua circumposita / melius germinant semina q̄ quando eis remanet. Preterea nutrimentū fructuū putrescit facile / eo ꝙ natura nō excogitauit illud / nisi ut putrescat completo semine ꝛ cadens in loco semis fimet / ꝛ infundat lutum / in quo semine facilius conualescat. Cuius signū est opus rusticorum. cū enim vites feraces volunt facere / fimant eas ex pāpinis ꝛ acinis que colligunt ex ipsa eadem vinea cuius vites feraces esse intendunt. hec etiā considerant in operibus nature. si enim caro fructus ad fecunditatem seminis nō cōfert / cum natura nunq̄ deficiat necessariis / ꝓculdubio separaret semina per scissuram ꝛ aperturam a carne fructuum cadentium. ꝛ huius cōtrarium videmus in nature opere / oportet enim ꝙ fimatio terre que fit per putridam carnem fructus ad fecunditatem seminis eiusdem operet᷑. Contingit autem frequentius deperire fructum q̄ florem ex aliqua triū causarū. Aliquando enī magne sunt plante / ꝛ humidum ponunt ad nutrimentū ex quo formandus erat fructus sed subtile quod transit in florē non est ita incorporabile plante. et tunc perit fructus ꝛ nō flos. Aliquādo autem non ita cito potest moueri grossum et vinci sicut subtile hūidū et tunc secundo tercio forte uel quarto anno fructificant / licet omni āno

floreant. Aliquando autem non potest tantum attrahere propter duriciem suarum radicum / et tunc forte non attrahunt sufficiens nutrimētū fructib9 nisi per duos ānos vel tres Et quando congregatum fuerit in planta sufficiens nutrimentum. tūc fructificant. et non in aliis annis. In oleis igit̄ pinguib9 tale est indicium sicut diximus. sed olea sepe priuantur fructu / eo q̄ ad fructum ei9 multus humor pinguis exigit̄ / ꝛ ml̄tus calor digerens. ꝛ ideo ex dictis causis frequenter impedit̄.

De vnitione ꝛ diuisione plantarum

Est autem vnus mod9 vnitionis qui fit per insitionem / in qua planta vnitur plante sicut radici. ꝛ sicut ramus stipiti. ꝛ continuat̄ cū ipsa. ita q̄ per omnia efficiunt̄ eiusdem ligni ꝛ eiūsdem nutrimenti. cū tamē nō sint eiusdem speciei aut forte eiusdem generis quando fit īsitio Et planta que inserit̄ / ī tantum trahit nutrimētum ab ea cui inserta est q̄ inferius cui fit insitio natura sua nihil ꝓducit nisi radices. Superi9 autem neq̄ ramos emittit neq̄ surculos nisi raro / Digerit̄ tamen succus ad naturam ꝛ modum insite. ꝛ non eius cui inserit̄. Et ex hoc scim9 in arbore duas esse digestiones / licet adinuicē sint satis similes. Quarum vna est in radice / ꝛ altera in stipite ꝛ in ramis. quare ꝓbabile est esse meliorem insitionem inferiorem q̄ superiorem. Et quanto magis fiat inferius / tanto magis fructum et saporem eius imutari ꝛ domesticari quanto vero fiat altius / tanto min9 quia maior est immutationis virtus in toto q̄ in parte. ꝛ maior ī maiori arboris parte q̄ in minori / Et quod his mirabilius est. caro fruct9 est secundum naturam ꝛ virtutē digestionis stipitis / ꝛ sapor nuclei ꝛ vigor est secundum naturam radicis. Cui9 causa est. q̄ pulpa carnis fructuum est de proximo fluens / substantia autem nuclei non potest de proximo fluere / sed de ea parte que est loco cordis plante / ex cuius virtute tota arbor īformatur ꝛ hec ē radix. Similiter autem est in seminib9 animalium que ex maxima parte abscindunt̄ de cerebris animalium. ꝛ attrahunt̄ / vt distillantia per totū corpus virtutem corporis toti9 accipiant. sic enim ꝛ nuclei trahuntur a primo membro arboris vt accipiant uirtutem toti9 / et maxime radicis / que est uirtutem tribuēs toti corpori plantaꝝ. Dubitat̄ autem quare in animalib9 diuisa non conualescunt. diuisorum autem vtrūq̄ ī plātis conualescit. Solutio q̄ videlicet planta propter similitudinem suaꝝ partium vndiq̄ sicut per os quodam sugit nutrimentū. ꝛ in se quasi in ventre ꝛ venis digerit / et ideo cōualescere potest. Sȝ in animalib9 q̄uis habeant in multis similia corpora / et ideo diuisa in vtraq̄ parte sensum et motum. tamen quedam organa diuisa a reliquo corpore habent formam sicut os / et ideo quecunq̄ ꝑtes illis destituunt̄ conualescere nō possunt / eo q̄ nutrimentum nō pn̄t sugere nec ad congruitatem sui corporis digerere sine illis. In diuisi

one autem ista magis lacerata com ualescunt/nisi sint valde rare substã tie sicut vitis ꝛ salix. hoc autem ideo fit/quia cum laceratꝰ ad inferius ra musculus retinet meatus apertos/et vias integras versus nutrimentum ꝛ ideo statim vt vie ille ad nutrimẽ tum attingunt sugere incipiunt ꝛ cõ ualescit planta. Cum autem incidit vel secatꝰ tunc pori dirigunt ad nu trimentum vt vnum punctum ꝛ nõ per longitudinem aliam nutrimento infiguntꝰ. ꝛ in ipsa sectione totũ cor pus plante concutitꝰ/ꝛ ipsi pori ar tantꝰ per collisionem ꝛ cõpressionẽ ĩ petus secantis. ꝛ ideo frequenter a rescunt incisi ꝑter vitem ꝛ salicẽ que sunt rare substantie. sed tamen cõua lescit magis ex conuerso aliquantu lum longo vulnere abscisus ramꝰ/ꝙ directe abscisus ꝛ circulariter. ¶ Et hoc contingit vt dixi. quia poros plures tunc apertos habebit versus nutrimentum quãdo ex transuerso secatꝰ/ꝙ quando directo. Cuiꝰ sig num est ꝙ quando diuiduntꝰ radi ces antiquarum arborũ secundũ lõ gitudinem melius fructificant/eo ꝙ per totam longitudinis diuisionem per poros fit attractus nutrimenti. Si autem ex directo secetur in ꝓfũ dum nihil omnino cõfert. ꝛ forte no cebit tantũ ꝙ arescent arbores ille. Adhuc ꝛ huius alia ratio est. quia longitudo diuisa non impedit cursũ nutrimenti/sed latitudo diuisa cursũ nutrimẽti et viã intercipit. Et iõ scis sura in arboribꝰ per longitudinem facta/nihil omnino ĩ figura ꝛ sapo re variat fructus quando fuerit sa nata Si autem diuidantur vltra me dullam que in medio est ramusculo rum ꝛ consolidentur/ stati variabũ tur fructus ꝛ sapor eorum propter diuisionem/quod cõtingit propter impedimentũ nutrimenti quod fit in nodositate que nascitur secundũ lati tudinem diuisa planta. Et ideo di uisio secũdũ latitudinem est quidã modus insitionis ꝛ non diuisio ĩ lõ gum. sicut ostendemꝰ in sequentibus Preterea plãtis ꝑ abscisionẽ ꝛ resti tutionem partium redit continue iu uentus/Contingit autem aliquã par tem amittere radicẽ ꝛ pullulabit ex stipite alia radix. ꝛ nutriet ramos ꝛ pullulabit ex radicibus stipes et ra mi. Et similiter contingit amittere et recuperare ramos/aut omnes aut a liquos.

De transmutatione et mutatiõe vni us plante in aliam.

Unus modus transmutati onis est/ꝙ raro potest ꝑ scidi silua quercina vel fagina completorum lig norum et magnorum ꝙ ĩcrescat ĩ ea dem specie. nam rescisis arboribus predictis recrescunt arbores que tre mule dicuntur/et arbores que vocã tur murice in partibus almanie que sunt maioris ignobilitatis ꝙ prime fuerunt. Causa autem huius est ꝙ ra dices vetustaꝝ arborũ solide et du re sunt et clausorũ pororum/ nec va lent vltra pullulare postquam sti pites arborum stantium supra eas prescisi fuerint. putrescunt igitur/et calor exalans ex ipsis et secũ trahẽs humidum/efficitur formatiuus plã te alterius speciei. et quia destitutꝰ

est a vigore arboris anterioris pul lulabit in arborem ignobilem. et ali quādo non pullulabit omnino / ali quando non generat͛ inde nisi fung⁹ vel gramen uel aliqua alia herba. Est et alius mod⁹ valde multiplex sicut certissime ꝓbare poterit qui experitur in talib⁹. fere enī quotiens cūq; vna ⁊ eadem arbor fructifera in stipite abscidit͛ / ⁊ relinquit͛ infe rior pars in terra sicut fit in insitio ne / ⁊ ipsius eiusdem arboris fragrū in eodem trunco inserit͛ / fiunt inde plante quarum fructus nec ī figura nec in sapore cum precedentib⁹ con ueniunt / Cum autem inserunt͛ fra gra prunorum ⁊ cinorū vel aliorū fructuum ossa habentium in truncū salicis. efficiunt͛ fructus sine ossibus Similiter autem si inserit͛ vitis ī ce rasum vel pirum vel malum / inueni unt͛ vue mature / quādo cerasa sunt matura vel pira ul͛ mala. ⁊ tales mu tationes valde mirabiles ostendunt se his qui diuersas faciunt īsitioēs Item expertum est ꝙ cum inserunt͛ fragra persici in pruni vel cini trun cum siue stipitem / ꝙ mutant͛ amba rum arborum nature. et fiunt escula maiora et meliora q̄ꝫ sint alia escula ⁊ vidét͛ hoc fieri sicut in animalib⁹ ex permixtione vicinorū seminū ī cō plexione. sicut asini et eque ex qui b⁹ generant͛ muli vel burdones / nō enim longe est persicus a pruno vel cino / ⁊ ideo cum vtraq; arbor rare substantie sit / vtraq; virtutem suam communicat alteri. Et sic ex permix tis virtutibus in loco insitionis fit succus permixtarum virtutū et ideo tunc illud quod super locum insitio nis extollit͛ / permutatur in speciem aliam plantatim que est esculus ar bor quia per figuram foliorū agnos citur ꝙ illa aliquid vicinitatis hab; ad cinum et prunum / et ossa q̄ sunt in esculis etiam hanc indicant vici nitatē. et predicta scribit frater Al bertus Est autem preter dictas mu tationes illa qua de siluestri fit do mestica / ⁊ de domestica siluestris / cu ius modū ⁊ causam oportet cognos cere. ¶ Est enim de expertis ꝙ omnis plāta domestica subtracto cultu sil uescit. ⁊ omnis siluestris domestica tur quando cultus adhibetur ¶ Sil uestres autem habent plures fruct⁹ q̄ꝫ domestice sed habent eos minores ⁊ acriores. sed domestice habēt pau ciores / sed dulciores ⁊ minus acres vel maiores fructus q̄ꝫ siluestres. modus autem quo domestica fit sil uestris est per subtractionem cultus ⁊ loci indurationem ⁊ arefactionē ⁊ precipue. si ad sabulositatem ⁊ a renositatem conuertatur. tunc enim duricies non permittit ad plātas dis tillare vel euaporare nutrimentū suf ficiens. Arefactio autē priuabit nu trimentum / ⁊ sabulositas siue areno sitas vndiq; facit euaporare. ⁊ non constabit vapor circa radices plā tarum. et tūc macre et spinose et plu rimorum fructuum efficiuntur. Mul titudo autem fructus earum ex sicci tate prouenit / quia siccitas est causa diuisionis in multa et parua. vndi q; enim intercipitur nutrimētale hu midum sicco / ⁊ ideo in multa parua diuiditur. Efficiuntur autem fruc tus acerbi vel amari / propter hoc ꝙ tale nutrimentum non obedit di

gestioni complete/ sicut facit hũiõ
domesticationis. Modus autē quo
siluestres conuertunt̃ i domesticas
valde est multiplex. ⁊ versat̃ circa
tria in genere/hoc est circa naturam
fundi/ ⁊ circa naturā plantarū ⁊ cir
ca vmbras et soles ipsarum. quoni
am oportet fundum ipsum conuer
tere ⁊ impinguare ⁊ solidum ⁊ cōti
nuū facere/ ⁊ tamen nō denset̃ ita ꝙ
superius stillantes bonitates recipe
re non possit/ ⁊ inferius ex terra va
porantes circa radices plantarū cō
tinere. Et oportet cōgerere eū ex ta
li terra que cum stillicidiis in se flu
entibꝰ infundatur ⁊ cum euaporati
one moueatur/ aperte ⁊ congrue con
temperetur ad complexionem plan
tarum. Circa plantas autem est con
sideratio putando eas per abscisio
nem spinosorum ⁊ superfluorū. ⁊ p
insitionem/ ⁊ aliquādo per vnguen
ta ⁊ emollitionem eius/ ⁊ per diuisio
nem corticis eius ut ingrossari pos
sit planta. Et quando fit isitio si de
beat siluestris domesticari / oportet
ꝙ aut fragrum eiusdem inserat stipi
ti suo / aut fragrū alterius que etiam
est siluestris. aut in fragra eiusdē in
stipite suo manentia vltra medullā
ex transuerso incidant̃ ⁊ religentur
quia talis nodus insitione generatꝰ
ex soliditate sua/magis retinet calo
rem naturalem / sicut lapis calefac
tus maiorem ⁊ magis diuturnū ha
bet calorem ꝙ̃ lignum. humor enim
diutius stat in tali nodo/ tum prop
ter tortuositatem/ tum etiam ꝓpter
soliditatem ipsius. et ideo ibi meliꝰ
digerit̃. ⁊ fructus tunc fiunt dulcio
res ⁊ conuenientiores. et iste est pre
cipuus modus domesticationis/ Cō
sideratione autem diligentissimam
oportet habere in vmbris ⁊ solibus
talium locorum quoniā quedam nō
bene conualescunt nisi in vmbra vt
cucurbita. et quedam non nisi in so
le calido vehemēter sicut vitis. et ita
est in aliis multis. et ideo ista sunt
multum attendenda. ꝙ autem maio
res et pauciores sunt fructus domes
ticarum ꝙ̃ siluestrium plantarum
causa ē humidi habundātia nutrimē
ti. quod non ē tot diuisionum/ eo ꝙ
non tantum habet de siccis et acutis
partibꝰ sicut nutrimentum siluestriū
Et ideo cum sit habundans non fa
cile diuisibile / in pauciora diuidit̃
sed in ea in que diuiditur habundā
tius fluit. et ideo magis crescunt et
ingrossantur earū fructus.

De alterationis diuersitate que fit
in plantis.

Secundum autem genera
tionis diuersitatem. notā
da etiam occurrit alterati
onis diuersitas in plātis
eo ꝙ frequenter causat generatiōis
diuersitatem. Et de hoc traditum est
ab antiquis/ꝙ arbor loci frigidita
te et antiquitate nimis indurat̃ / et
compactum habet corticem qui con
cludit poros radicis per quos nutri
mentum trahere debet/ Et si scinda
tur radix eius precipue i ramis ma
ioribꝰ ipsius radicis. et scissure illi
lapis immittatur ne iterato clauda
tur et consolidet̃ /incipit trahere nu
trimentum per poros partium scissu
re et iterato vegetari et fructificare
et de sterili arbore fit aliquando fer

tilis ¶ Amplius quedam arbores di cuntur masculine/et quedam feminine. Et discernuntur in hoc ꝙ prius pullulat mascula propter calidum fortius mouens/ꝛ ꝙ folia strictiora et minora sunt propter siccitatē masculi. ꝛ hec habent in plantis pluribus locum/ sed maxime in palmis in quibus ramus vel puluis masculi positus super ramos femine confert ad generationem ꝛ maturatōnē femine fructuum. Idem est si plantet͛ masculus iuxta feminam vt odor masculi bñficio venti deferat͛ ad feminam. Similiter si arbores malorum punicorum plantentur iuxta oliuas vt vapor balaustium ad oliuas ferat͛ cōferunt. Et per oppositum quedā plātarum connotate alius/impediūt generationem et fructificationem eaꝝ sicut corillus vitem impedit. ꝛ nux impedit fere omnes alias plantas propter pernecabilem amaritudinē quam habet. Ex alteratione etiā aliquando contingit ꝙ tantum aliquādo ex frigiditate vel alia causa alterat͛ planta/ ꝙ mutat͛ omnino in aliam speciem. aut secundum totū aut secundum partem. et hoc modo dicitur calamentum mutari in mentam aliquando. Similiter autem triticū in siliginem mutat͛ aliquādo. ꝛ ecōuerso siligo in triticum. vt ait Albertus. Causa autem maxime alterationum istaꝝ ē per cultum / nutrimētū ꝛ locum/ Amigdala enim et malagranata/ꝛ quedam alie plāte a sua malicia mutāt͛ per culturam. malagranata etiam stercore porcino fimata et dulci aqua frigida irrigata meliorant͛/ Amigdale autem precipue qñ humidum superhabundat si clauus infigatur/ vel etiam perforent͛ in aliquot locis ut distillet superfluū humidum cum gummi quod multū ipse emittunt/post confixionem et perforationem/ emendationē recipiunt Sic etiam plante que vermiculosos faciūt fructus curant͛. sed rustici nō faciunt nisi unum foramē per quod distillat superhabundans humidū quod cum emittit͛ aliud melius digerit͛ a calore complexiōali. hoc etiā artificio/plante siluestres in ortenses conuertunt͛. educitur enim ex ipsis humidum incultum. et per cultū alterantur corpora eaꝝ sicut per medicinam. et tunc ad aliā cōplexionē conuertuntur/ sicut medicus ducit humorem malum et postea prebet nutrimentum bonum et alterantibus studet ad generationē sanguinis bōi Locus tamen et labor industrius multum conferunt maxime ad tales attractiones in cultu ꝛ precipue tēpore anni in quo fiunt huiusmodi plantationes et alterationes/quedā enim plantarum non emendantur nisi transplantentur. Tempus autem in quo plantentur precipue cum tota adhuc virtus est in planta. tunc enim transplantata conualescit qꝛ iam i se attraxit humorem ꝛ calorē ex quibus pullulat ꝛ adhuc frigore iuuatur ne humidū ꝛ calidū eius euanescat per euaporationē ¶ Plante autem plantantur in hyeme. quia melius conualuit que iam facta est plantatio in hyeme ꝙ̄ ea q̄ facta ē i i vere. In hyeme eni calidū naturale clausū est in seminibus plant͛. Et calidū quod est in visceribus terre

conclusum/ Facit euaporare subtile humidũ ad radicem que in locũ calidum terre infigitur ⁊ ex hoc plãta conualescit. nã viscera terre magis calida sunt in hyeme q̃ in aliquo alio tempore anni. Cum autem viscera plante sic humido vaporãte iplẽtur ⁊ impinguant̃/ sole appropiquãte emittunt ⁊ conualescunt. Et hec ẽ causa ꝙ plantatio que fit ꝓfunde ĩ viscere terre optime conualescit ĩ hyeme. In autumno autem paucissime plantãt̃. quia tunc humor euanuit ⁊ calor/ ⁊ terra redacta est in cinerẽ frigidum per calorem estatis. ⁊ sic nec ex parte terre nec ex parte plante conualescere potest. In estate autem generaliter mala est plãtatio ꝓpter calidum ⁊ siccum quod euanescere facit vigores plantarum. precipue tamen in cancro ⁊ leone postq̃ orit̃ stella que dicit̃ canicula. quia tũc temp⁹ calidissimum ẽ/ et sunt corpora plantarum eo arida / ⁊ virtutes earũ debiles/ ⁊ terra priuata humido nutrimentali/ In paucis tamẽ locis que tanto feruore temperant̃ fit plantatio in tempore dicto/ sicut est locus qui vocat̃ codonia frigidus valde ⁊ humidus. aut ex montibus aut quia multum est iuxta polum aquilonarem.

De diuersitate plantarum sumpta iuxta diuersam fructuum ꝓductionem.

Quedam arbores uno anno fructificant ⁊ ĩ alio reficiunt̃. ⁊ tales sunt m̄ł̄te precipue magne arbores sicut oliue piri ficulnee ⁊ huiusmodi. que licet ramos ꝓducant quib⁹ cooperiunt̃ ⁊ dilatantur/ tamen ĩ ramis illis non est habundans fruct⁹ nisi alternis annis/ eo ꝙ multitudo ramorum trahit succum ad suum nutrimentum/ ⁊ non permittit pullulare fructum nisi in alterno anno/ cum redundat humor in arborem. sicut etiam magna animalia min⁹ ponũt in semine q̃ parua. Amplius quedã in iuuentute steriliores sunt q̃ in ꝑuecta etate. quod ideo contingit ꝙ succus totus transit in incrementum eorum. Cum autem steterit incremẽtum. tunc melius fructificãt/ sicut vitis que vetula est meliores ⁊ uberiores ꝓducit vuas q̃ iuuenis/ dum modo ad extremã et decrepitã senectutem nõ peruenerit. Illa enĩ in õib⁹ fit sterilis propter frigidum ⁊ siccũ quod habundat in ea. Quedam autem econtrario melius fructificant in iuuentute q̃ ĩ senectute sicut amigdali piri. harum autẽ plantarũ natura perfecte est calida ⁊ humida in iuuentute/ ex quibus qualitatib⁹ p⁹ iuuentutem mutatur in frigidũ et siccum. ⁊ ideo primũ tunc steriles efficiuntur deinde ĩ totũ aride et hoc pl⁹ patiuntur amigdali q̃ piri.

De his quibus indiget oĩs planta.

Omnis planta tota in omnib⁹ partibus quatuor ĩdiget precipue/ sicut ⁊ ãimal seminali scilicet hũido terminato/ loco conuenienti/ ⁊ aq̃ siue humore tẽperato nutriente ⁊ aere sibi cõsimili ⁊ proportionali/ Cũ hec quatuor perfecta ⁊ conueniẽtia fuerint/ optime nascetur plãta ⁊ cres

cit. Si autē hec aut aliquid eorū dis cesserit ab ea/ debilitatur generatio ⁊ incrementum plante proportiona liter discessioni eorum.

De his que faciūt ad plante genera tionem et augmentum.

Herbe autem/ et quicquid vegetatur et crescit radi citus infixum terre indi get vno vel pluribus de quinq; reb9. he autem sunt semē/ pu tredo/ humor/ aqua/ plantatio que est plantā nasci super plantam aliā horum autem quinq; primum quidē in se virtutem habet formatiuā plā te/ et est in ipso materia et efficiens simul. Secundum autem virtutē for matiuam accipit a virtute stellarum humor autem qui est mixtus ex ele mentis cibus est ⁊ materia. tam ge nerationis q̄ generate iam plante. hunc enim planta prima digestione depuratū trahit de terra. ¶ Aqua au tem sicut in omnibus nutrimētis nō deseruit nisi in hoc ꝙ ipsa est alimē ti vehiculum. nec fluxum haberet ad partes cibus/ nisi per motum aque. Interminabilis enim existens i seip sa / bene terminabilē facit cibum ad membra ⁊ ad partes illas que nutri unt̄. ¶ Plantatio autem super plātā aliam est que fit per insitionem ⁊ o ualescit propterea ꝙ planta interi9 habens humorem putridum virtu te solis exalat illum. et sic in planta alia infixa plante in figura differēs ab ipsa. ¶ Sunt igit̄ tria istorum ge nerationi plante deseruientia. duo autem conferunt ad nutrimentum. Ad generationem enim conferunt se men/ ⁊ putredo/ et plantatio in plā ta alia. quod enim generationi con fert/ oportet ꝙ habeat in se formās aliquid/ et ad speciem plāte deducēs Hoc autem formatiuum a virtute in feriori sicut semen. a virtute vniuer sali superiori sicut putredo. ⁊ hec q̄ dem duo simpliciter cōferunt ad ge nerationem ¶ Tercium autem quod est plantatio plante in planta/ con fert similiter ad generationē et trans mutationem ipsius in figura. Simili ter autem que conferunt ad cibū plā te diuersitatem habent duplicē/ quo niam humor est cibi substantia. Aq̄ autem confert proprium cibo motū ad partes nutricas. Sunt autem que dam adhuc que vident̄ conferre plā taꝝ generationi et icremento/ de qui bus etiam supra facta est mentio. si cut locus conueniens / ⁊ aer cōnatu ralis. sed hec nō faciunt aliquid ad esse plante. sed ad benesse. ⁊ non cō ferūt nisi ratione seminis aut putre dinis aut humoris/ que sunt tempe rata ex loco et aere plante connatu ralibus ⁊ conuenientib9. ¶ Idem au tem aeris quod venit in plante cōsti tutionem inuiscat̄ humori seminis ⁊ putredinis ⁊ cibi plante/ sicut fit etiam in animalibus. Amplius plā te vegetant̄ in calido tēpore in vm bra noctis. et liquescunt ad solis fer uorem/ eo ꝙ calore et humore p eua porationem destituunt̄. ¶ In hyeme etiam quando constringunt̄ plante exterius. inueniunt̄ itus succose ual de magis q̄ in estate. Accidens autē quod multum variat ⁊ iuuat natu ram plantaꝝ est cultus hominis. et hoc ideo/ quia plāte i genere aīatorū

iuxta elementa sunt/et elementorum vires et materie multum habentes. et ideo quod mutat qualitatem terre & humoris in qua sita est plāta multum mutat naturam plante.

De putredine siue letamine et stercoratione et cibo plantarum.

Licet natura sola sit principiū rerū naturaliū: tñ ī omnibus his quorū substantie sunt transmutabiles/ multum iuuat arte & cultu/ vt ī melius vel peius transmutet. hac igitur cōsideratione loqmur de agris/ & eorum cultu et ortis & pomeriis/ et ceteris per que fit cultus plantarum et remouent a siluestritate per domesticationem. Sunt autem maxime quatuor que circa hoc consideranda sunt. Cibꝰ videlicet & aratio siue fossio/seminatio & insitio/ circa hec student ōnes agricultores precipue Cibus autē non est aliquod simpelx elementum. oportet igit cibum plantarum commixtū esse. si enim simplici planta nutriret/ex alio nutriret/ & ex alio constaret/quod omnino irrationabile est. ¶ Adhuc autem cibꝰ nō ē aliquis qui ad membra plante per se deduci possit/propter quod ī diget planta rigato cibo vt hoc conferat ei rigatione quod animalibꝰ confertur per potum qui vehiculum est cibi decurrentis ad membra. ¶ Cibꝰ autem proprius plantaꝝ est aliquid commixtum humidum. ¶ Res autem commixta humida integritate & salute consistens/non est in via mutationis ad aliud sed saluat ī se ipsa. propter quod nihil nutritur a nutrimēto in sua specie & suo esse saluato/sed potiꝰ ab eo qđ iam āte corruptum est & destitit ab esse proprio aut est in via ad illud. propter qđ animalibus creatus est venter ī quo cibus corrumpat/et extrahat ab eo illud quod nutrit animal humidū nutrimentale. Ipsa enim extractio humidi ipsius quod attrahit in cibū/ corruptio ē eius quod nutrit. quod in ventrem ingestum est per manducationem. Omnis enim corruptio q̄ est secundum naturam sic fit quod extrahit humidum et remanet siccū decidens in cineres. sicut cito incineratur omne stercus animalium. ¶ Cū igitur non ventrem habeant plante sed terra ꝓ ventre utantur. oportet ī terra circa plantas esse putrescētē cibum plante / et tunc attrahi a radicibus eius humidum et illo cibari. hoc autem ꝓbant opera rusticorum qui stercore quod letamen vocant prope omnium plantarum fimāt genera/quod non ad radicem distillat nisi irrigatione pluuie aut aque desuper fuse. Hoc autem letamen in genere duos habet humores vnū quidē superenatantē et aereum. qui nō facile est incorporabilis plante / sed potius attrahitur & inciditur a sole. Alterum autem habet adunatū & immixtum subtili sicco quod est in ipso/ & hic est vere cibus plantarum. Plantarum generaliter corpus siccius & durius est q̄ corpus animalium/et tali indiget cibo qui terrestreitate indurabilis et siccabilis sit. Vlterius enim cibus nutriens similis ē nutrito. ¶ Iudicatur autem & hoc accidente plātarum que nimis pingui & humido nutriuntur letamine. con

trahunt enim fructus earum saporē ex letamine. ¶ Et substantie earum hac de causa contrahunt nascentias et putredines. ¶ Ex letamine autem qd coadunatum cum suo terrestri habet humiditatem ꝛ bonam ꝑmixtionem conualescunt ꝛ roborantur ꝛ fructus ꝓferunt congruos ꝛ utiles. ¶ Adhuc autem si nimis humidū ꝛ pingue sit letamen/ aquosam planta attrahit humiditatem plurimā/ ꝛ luxuriabit in foliis ꝛ mollib9 ramusculis infecundis. ꝛ nō sufficiētē ꝓferet fructum. ꝛ ille quem ꝓfert erit aquosus ꝛ inconueniens. hoc ostendunt omnes siluestres plante/ q̄ nutrimentum habent siccum ꝛ terrestre. Fructus enim oīum illarum calidiores ꝛ sicciores sunt ꝛ fortioris odoris q̄ȝ ortensium que cibāt᷑ letamine aqueo ¶ Adhuc autem ī prehabitis dictum est fructus causari ex humido unctuoso. hoc autem non est nisi ꝙ terrestreitati fortissime cōmixtum est. hoc igit᷑ est maxime quod cibat. ꝛ mutat sapores ꝛ mōs fructuum. propter quod stercus auium et non aquaticarum ꝛ ꝑcipue colūbarum precipit Palladius permisceri cum letamine. stercus hoc feruens ē valde ꝛ suo calore in letamine supfluā consumit humiditatem. ꝛ tunc magis conuenit plantarum cibo. Ideo etiam asininū ꝛ equinum vel ouium ꝛ caprarum stercus a rusticis assumit᷑. hec eni animalia siccas habent egestiones/ ꝛ per iductas rationes magis congruūt letamini plātarum. hac de causa precipit᷑ caueri a stercore porcino quodtam ex specie q̄ȝ ex accidente quia siccum non est/ plantis affert magnum nocumentū Sic igit᷑ in communi disposito letamine. oportet ꝙ ipsum letamen sit ī via corruptionis potius q̄ȝ sit iam incineratum ꝛ ad terrestreitatē cineream deductū/ et calore naturali destitutū. nam optime congruit ꝙ iam per putrefactionem resudat ad superficiem suum naturale humidum. Cū enim hoc humidū nutriat q̄ȝdiu ad hoc radices plantarum resudat/ tādiu debitum plātis prebet nutrimētum. Quapropter neq̧ recēs letamē omnino querit᷑/ neq̧ quod iā vetustate incineratum existit/ sed quod est annuum vel tres partes anni habēs optimum esse pronunciat᷑ a cultoribus plantarum. ¶ Recens eni adhuc in se claudit humorem. vetustū autem in toto amisit in administrādo humorem suum in nutrimentū. ꝓpter quod etiam peritiores medicorū consumptorum habitacula precipiunt sub tali letamine fieri. ¶ Fomētū enim huius letaminis a fumigatiōe sua aliquid carnibus eorum per poros prebet humectationis. hoc etiā ostendunt industrie alchimorū/ qui optimas quasq̧ maturationes ī clibano letaminis precipiunt fieri. vocantes clibanū letaminis calorem. qui cum tali ex quo dictum ē humido expirat ad fimi superficiem. ¶ Adhuc autem sicco letamīe posito et nō bene corrupto/ videmus arescere mltas plantarum. nisi multo prohibeantur humido aqueo per continuationem irrigationis. quia siccus calor qui ex tali fimo generat᷑ circa radices/ incendit vitales radices plante et exsiccat/ et in ariditatem conuertit

totam plantam / propter quod et omnib⁹ his colligitur letamen quod mutat plante habitudinem esse debere in dispositionib⁹ inductis ¶ Sic igit̃ administratum letamen mutat plante naturam / plus q̃ cibus mutet animal quod cibat̃ ex illo ¶ Animal enim magis diuersum est et longius a se alterat cibum q̃ planta. ⁊ ideo cum letamen hoc sit cib⁹ plante ⁊ vicinior plante ⁊ similior sit cib⁹ q̃ animal / citius mutabit̃ ex cibo q̃ aliquod animalium ¶ Adhuc autem iam sepius habitum est / q̄ plāta terram habet ꝓ ventre / ⁊ in terra primam cibus plante recipit assimilationē / propter quod trahit ad se plātarum mutationem ¶ Virtutes enim terre precipue sunt virtutes plantarum. ⁊ secundum terre mutationem erit ⁊ plantarum mutatio. nec ē aliq̄s mod⁹ ita conueniēs ad mutādū plāte naturam / sicut̃ per letamen ⁊ letaminis contemperationē. iam enī ostendimus. q̄ in planta nō sunt tot numero digestiones sicut in animali. Scimus autem q̄ similiū ī corpore facilior est mutatio q̃ etherogeniorum. ⁊ ideo videmus quasdā plātarum ex cibo non solum mutari ad alterum modum saporis fructuum suorum / sed etiam frequenter transeunt in alias species ex continuitate cibi ⁊ letaminis. sicut superius de tritico ac siligine dictum est / Hoc aūt ostendit artis industria. quoniam si quis in arbore perforatis ramis q̄ sunt iuxta ramusculos a quib⁹ dependent fructus impleat̃ puluerib⁹ optime contritis foramina / ita q̄ pulueres ipsi sint ex speciebus multum aromaticis / ⁊ obstruat̃ ab vtraq; ꝑte optime cum cera forti ⁊ spissa / fruct⁹ erūt ī sapore aromatici saporē pulueris obtinentes / qui tamē ad fructuum substantiam non perueniūt nisi per euaporationem ¶ Oportet igit̃ q̄ multum maius letamen cui⁹ humor ingredit̃ per substantiā corpus plante ⁊ fructuum mutet naturalem habitudinem ipsius ¶ Oportet autem diligenter considerare / cauendo ne letamen congestum super terram fumet ad flores ⁊ fruct⁹ / aut etiam ad gemmas plantaꝝ ¶ Fum⁹ enim ille siccus ⁊ incensus est et fetidus / et per poros ad interiora plantarum ingredit̃ / et plus erumpit q̃ mal⁹ cib⁹. sicut et animalium corpora corrumpunt huiusmodi fumi et odores. ¶ Hoc autem iam experti sumus in vitib⁹ sub quibus farmēta et palee et ouorū teste fumabant ad gemmas flores et fructus / et multe ex his perierunt omnino / quarundam autē gēme inutiles facte sunt et quarundā flores. Si que autem aliquid vuarum protulerunt / omnino postea aruit et exsiccatum est ¶ Talis enim fumus maxime nocet his q̄ rare substantie sunt plantis / sicut vitis. sic etiā plus nocet viris q̃ feminis propter raritatem corporis virilis. Fumus enī hic indigest⁹ et nō alteratus pertingit intra corpus. et ideo corrumpit naturas tā plātarū q̃ animalium. propter quod id q̄d ex herbis et locis plantaꝝ eradicatum est longius proici ab ipsis debet / ne corruptionis fetore plātis afferat nocumentū. ¶ Oportet etiā nos non latere / ex eadem causa paludes

ab agricultoribus fieri debere. sicca enim palea sarmenta et stercora non apte maturantur/ sed potius corrumpuntur et corumpunt per fumum suum quem emittunt. humefacta autem laxius resoluuntur in superficiebus/ et efficiuntur molliora per quorum spongiositatem exsudet ad superficiem naturale humidum et maturetur in plantarum conueniens nutrimentum. huius autem indicium est quod plante etiam sicut animalia attrahunt humidum et cibi sui vehiculum. Et cum non potent sicut animalia/ paludalis potius earum permiscetur letamini/ qui facit ipsum in plantis vndique fluere/ et ipsarum partes infundendo nutrire et mutare/ Nec obstat quod videmus quosdam rusticorum preparare loca cultuum suorum per incensos cespites et ligna/ et tunc terra melius fructificat in plantis. hoc enim non fit propter plantas / sed ad temperandam duplicem terre maliciam friget enim terra / et ex frigiditate sterilis hoc modo aliquid coloris accipit quo semina in ea iactata melius conualescant. Similiter autem et humida nimis/ ex hoc fecunda incensione et immixto cinere in cuius poris aqua non tenetur contrahit siccitatem temperatam/ per quam magis habilis efficitur ad fructificandum ¶ Ex omnibus igitur predictis constat/ letamen esse vnum eorum que precipue plantam mutant a siluestritate in domesticationem. Siluestritas enim plante nihil aliud est nisi neglectus cultus eius et sapor fructus eius qui usibus humanis non competit. Et domestica dicitur quando per cultum eius sapor ad delectationem et vtilitatem hominum redigitur. Hoc autem fieri per letamen probant ea que in animalibus videmus accidere. queecumque enim animalium sunt domestica / plurium sunt carnium/ propter nutrimenti habundantiam. et multarum sunt qualitatum. et diuersorum colorum propter nutrimenti diuersitatem. et sapor carnium eorum est alius quam siluestrium. Oportet igitur proportionaliter hoc etiam in plantis accidere ex nutrimenti administratione vt ait frater Albertus. ¶ Paladius autem refert/ quod stercorum congestio locum suum tenere debebit/ qui habundet humore et propter oloris horrenda a pretorii conuertatur aspectu. ¶ Humor habundans hoc prestabit stercori / vt si qua insunt spinarum semina putrefiant Stercus asinorum primum est precipue ortis. deinde ouium et caprarum et iumentorum. porcinum vero pessimum. Cineres optimi. Sed columbinum feruidissimum. ceterarum quam auium satis vtile excepto palustrium. Cassius uero scribit ut refert varro Columbinum esse precipuum. post ipsum/ stercus hominis ¶ Tercio caprinum ouinum et asininum. ¶ Equinum non bonum nisi pratis/ stercus quod anno requieuit satis est vtile nec herbas creat. si vetustius est minus proderit Pratis vero recentia stercora proderunt ad vbertatem herbarum et maris purgamenta si aquis dulcibus eluantur mixta reliquis vicem stercoris exhibebunt. Varro scribit quod prope villam duo debent esse sterquilinia/ vel vnum bifariam diuisum. et quod in uno nouum est debet dimitti donec

maturescat / alterū vetus in agrum tolli nec non illud sterquiliniū melius cuius latera ꝛ summū virgis ac frondibus est a sole defensum / non enim succum quem querit terra solē exsugere oportet / Itaqꝫ periti procurant ꝙ aqua in eūm fluat q̄ maxime retinet' succus. Stercorādi sunt agri spissius in colle / i campo rarꝰ cum luna minuit. que res herbis si seruet' officiet vt ait Paladiꝰ Vni iugero asserit Columella vigintiq̄tuor stercorum carpenta sufficere. In plano vero decem ꝛ octo. rustici autem nostri duplum ponūt et vltra Sed tusci non tantum / Itē cūuli tot dissipandi sunt quot ea die poterūt exarari / ne stercora exsiccata nil ꝓsint. Eiciunt' quidem letamina qualibet parte hyemis. Sed si tempore suo eici non possint. anteqꝫ feras more seminis per agros puluerem stercoris sparge vel caprinum manu ꝓice ꝛ sarculis misce nec prodest nimium stercorare vno tempore / sed frequenter ꝛ modice. Ager aquosus plꝰ stercoris querit. siccus minus. Sed si letaminis copia desit / hoc pro stercore optime cedit. ut sabulosis locis cretam id ē argillam spargas. cretosis ꝛ nimium spissis sabulum. hoc etiam ꝛ segetibus proficit. ꝛ vineas pulcherrimas reddit. nam letamen in vineis / uini consueuit viciare saporem. vel seminentur lupini in agris cultis ꝛ vineis de mense augusti ꝛ de mense aprilis vel may / ꝛ cū ad debitum quasi augmentum peruenerint euertant'. Sic enim loco letaminis vineam ꝛ terram impinguant. sꝫ duobus annis ad plus ipsorum durat in eis pinguedo. In partibus autē tuscie cultores experti lupios serunt tempore quo seminant' rape i terris cultis uł stipulis bis aratis videlicet circa tres corbes in iugero ꝛ expesse semina operiunt. Deinde tēpore octobris ligonibus incidunt et in sulcis ponunt / ꝛ ibidem seminātes frumentum aratro semen operiunt / ꝛ inde bonum frumentum colligunt estate sequenti. Mediolanenses vero seminant rauicias spissas. ꝛ cum creuerint eas euertunt. Alii autem serunt gralegam. et euertunt cū ad substantie venerit complementum. Alii vero terras que sua macredine paꝝ aut nihil fructificant / ad multam fertilitatem cum irrigatione hoc modo reducunt. scilicet ꝙ extracta de campis segete / inducunt in agros aquā per sulcos vel riuulos ordinatos. Est autem meliꝰ si aqua ē turbida / de torrente qui super faciē agri terram nouam inducat / et replendo sulcos. agrum equet. precipue si fuerit ager cretosus. nam si solutus fuerit sufficit aqua clara. prodest autem maxime talis irrigatio in estate / cū aqua in agris steterit sub radiis solis feruētis. hoc enim modo talis ager multum impinguat' vt plurimū Item dicunt Mediolanenses ꝛ oēs communiter hoc obseruant ꝙ ubi linum seri debet / lupinos quos ibi seminauerāt euertūt. nō solū si iā magni sūt sꝫ etiā si tūc nati sūt. et valde terrā fecūdāt. Et plꝰ dicūt ꝙ si aliqbꝰ diebus mollificent' in aq̄ / ita ꝙ bonum germen emittant. et manu serant et terram arent. eam etiam valde fecundant / Idē dicunt de cineribꝰ

et ideo fimum comburūt et manu seminant et euertunt cum lini vel alterius cuiusuis semine· Ponendum ē autem letamen in campis vineis ortis ⁊ arboribus precipue a kalēdis septembris per omnes menses sequētes vsqꝫ ad mensem may subsequentis · ⁊ in tempore fortis gelu super iam natis segetibus potest congrue spargi. Poterit etiam sequentib⁹ mēsibus in terris spargi si eadē die terra operat᷑ ⁊ vineis ⁊ arboribus . si letamen fuerit valde maturum Et est sciendum ꝙ ex uno curru paleaꝝ quinqꝫ ⁊ sex currus letaminis fiunt ⁊ ꝙ sex annis optime vna stercoris sparsio terram fecundat · Itē notandum est ꝙ letamen absqꝫ animalib⁹ fit hoc modo. videlicet ꝙ in hyeme palee vel alia stramenta ꝓiciunt᷑ in viis lutosis curiis vel fossatis ⁊ quibuscunqꝫ foueis · ⁊ cū ibi per quindecim dies vel idcirca steterint/⁊ fuerint conculcate sepeqꝫ pluuiis madefacte coaceruāt᷑ · ⁊ ad magnum letaminis montem desuper latū ⁊ concauum vt pluuiarum aquas recipiant post dies aliquot deferuntur/⁊ cum sic per totam estatem steterint spargunt᷑ in agris·

De aqua que cōuēit maturitati letaminis . ⁊ nutrimento plantarum.

Aqua paludalis conueniēter letamen quod ē nutrimentum plantarum maturat· ⁊ plantis irrigat· Aqua enim fluente nō bene maturatur nec irrigat᷑ planta· quoniā illa quidem frigiditate sua constringit poros letaminis/ne expiret in eo calidum aut humidum naturale ad superficiem· Similiter autē eadem frigiditate constringit poros radicum ⁊ non sinit eas aperiri in tractū nutrimenti . ⁊ quod est circa radicē lauat ⁊ deducit· Et ideo in fortiter fluentib⁹ aquis paucas aut nullas videmus nasci plantas. terrestritas eī fundi lauat᷑ ⁊ educit᷑ / nec remanet nisi lapis durus et frigidus ī quo planta nasci vel nutriri non potest Aqua autem stans fixum in se recipit solis radium ⁊ calefit et illo calore coadiuuat ad letaminis maturationem et radicum apertionem / et ad pullulationem seminū /et maxime aqua que descendit ī pluuiis ⁊ roribus ex nubibus super terrā hec enim est calida et vaporabilis ⁊ ideo palus conuenientissime fit iuxta letamen/quia calore vt dixim⁹ maturat/et vaporabilitate commiscet subtili commixtione. et confert ei leuitatem et motum / quibus eleuari possit in venas et poros organicos plantaꝝ· Si autem aqua lacualis vel fontium adhibet᷑ ī loco paludū oportet ꝙ stet sub radio solis prius ꝙ̄ letamen iniciat᷑ et commisceat᷑ cū ea fortiter/et moueat᷑ ita ꝙ ex motu spumam faciat et vaporabilis fiat propter dictam causam/ Aqua autem grandinum et niuium nisi diu stet anteqꝫ fluat ad plantas / plurimum sui frigiditate plātis nocumētum affert· est enim in ea frigiditas radices mortificans/et humidū letaminis congelans. et hoc nocumentū non de facili aufertur. Cuius signū est/ꝙ terre niuose parum proferunt graminis· et quod proferunt est im


maturum. Et licet calefiat aliquando aqua per solem. tamen nocumentũ quod itulit prima frigiditate nõ aufert'. quia hoc fuit mortificatiuũ hoc enĩ videmus in terris grandiatis ⁊ agris / quoniam infra tres annos vix postea reducunt' ad cultum Sed aqua pluuie licet sit frigida tamen excellentiam non habet/ ⁊ habet caliditatem ex nube ex qua descẽdit ⁊ vaporabilitatem. Ros autem ẽ calidus et humidus ⁊ dulcis / qui de facili mouet' ad membra plantarũ. Palus enim de qua dictum est non erit sita iuxta plantas prope. quoniam nimis fusa planta ĩpedit' a fructu conuenienti. sed mediocriter infusa conualescit. propter quod letamẽ in curri conuenienter ĩ altiori parte orti vel agri tenet'. ut ipsi9 nutrimẽtum ⁊ virtus cum pluuia descendente ad plantaꝝ deducat' radices. ubi calore terre fumat ĩ radices arboꝝ ⁊ aliarum plantarum. et fugit' humor eius calore naturali radicum. Et hec est causa ꝙ aque pure macillente et impetu fluentes / steriles efficiunt terras quas influunt. Aque autem lacunose ⁊ paludose faciunt eas pingues. ⁊ precipue quando ex pluuiis calidis accipiunt incrementũ ꝑ quod exeunt ab alueo ĩ agros sicut nilus qui crescit a pluuiis sub equinoctiali descendentib9 que sunt calide ⁊ humide. ⁊ ideo optime irrigat sata egiptiorum. Alia autẽ aqua grauis/ potius est descendens a partib9 letaminis ⁊ a radicibus plantaꝝ ꝙ̃ vaporet in ipsas. ⁊ ideo non ẽ adeo conueniens. In lacunis in quibus stetit aq̃ medicamen accipit ex continuo radio solis. ⁊ ideo putrescentes in eius fundo herbe/ quasi in naturam conuertunt' letaminis. propter quod etiam lutum de fundo taliũ lacunarum paludalium acceptum pinguem agrum ⁊ fecundũ facit/ habẽs effectum letaminis in ipso. omnino autem conuenientissimum plãtarũ nutrimentum est letamen in palude temperata humiditate putrefacta / ⁊ ex conuenienti stercore commixtũ ꝓpter causas inductas. Sed aqua salsa pre omnibus cauẽda est ne ad misceat' letamini aut plantis. quoniam illa exsiccatiua est et adustiua/ et omnino cõtraria plantaꝝ pullulationi. licet enim acredo salis fracta sit in humido aqueo/ cum torrore tamen solis conuertit' in acredinem et amaritudinem et tale nutrimentum omnino plante refugiunt. Et aliã habet in se similiter siccitatem potentialem ex cõbusta salis terrestritate/ et ex hoc contrahit poros plãtarum et obturat/ et exsiccat letamen. ita ꝙ suum humidum non valet exsudare in plãtarum cibatione. Adhuc autẽ aque metallorum que per mineras decurrunt aut fistulas metallinas diu aut longe fluxerunt/ sunt inconuenientes. quoniam ex natura metalli corrodunt potius ꝙ̃ infundant interiora letaminis et plantarum. Aqua igitur maturans letamen ẽ aqua paludalis ex pluuiis et roribus cõgregata. Si illa non habetur sit aqua lacunalis / sub sole diu calefacta et fortiter mota. Si autem nec illa parata ẽ/ sit aqua de fontib9 aut fluminibus aut puteis hausta fortiter cõmixta et sub sole calefacta.

De vtilitatib9 arationum et fossio
num .

ORationes autem et fossio
nes in genere quatuor cō
ferunt vtilitates . quarū
vna est apertio terre. Se
cunda est adequatio eiusdem. Tercia
est agri commixtio. Quarta eiusdem
cōminutio . Terram autem aperiri
necesse est/quia aliter nec semina in
se iacta recipit/nec ea que in se habet
sufficienter expirans emittit . ꝛ ideo
aperiri oportet in ōni mutatōe plā
tarum quando de siluestritate in do
mesticitatem mutantur. Soliditas
quippe superficiei per pondus ipsuz
terre/ ꝛ conculcationem hominum ꝛ
bestiarū/adhuc autē per imbriū ict9
ꝛ fluxum facta / impedit ne aliquid
in se ab exteriori recipiat/aut etiam
aliquid ab interioribus suis emittat
vnde planta in ea fixa aut germinz
aut mutetur a dispositione vna in
aliam/ ꝓpter quod terram proscīdi
oportet aut aratro aut fossorio . Si
militer autem nisi fuerit adeq̄ta nō
bene mutabit plātā/sed potius ꝯtra
rie in ea dispositiones forte corrum
pēt . Cū enim cōtinue id qđ est in sup
ficie terre suo pondere ꝛ fluxu humo
ris tendat inferius in terre viscera /ē
terra iterius ad duos uel tres pedes
magis pinguis ꝙ in supficie/ ꝛ ideo ī
feriorem superi9 eleuari/ꝛ superiorē
deprimi p arationē ac fossionē opor
tet/ vt adeq̄ta uirt9 sua in vna vir
tute vnita moueat plātarū radices
ꝛ fecūdet. Adhuc autē beneficiū radi
orū solis tangit primit9 supficiem/sz
cū nō sit retinens aliquid euanescit
ꝛ propter redundantiam conseruatᷣ
in īferiori pte terre ꝛ hoc adequatur
quādo inferi9 superi9 ponitur ꝛ ecō
uerso. Et multe alie adequatōes vir
tutū terre fiūt p fossionē terre ꝛ ara
tōem . Cōmixtio etiam necessaria est
quoniā nisi partes ǭlibet sibi pmix
te sint/nō erit ipsa ꝓpri9 locus gene
rationis plātarū. Plāte enī que com
mixtarum sunt virtutū locum sue ge
nerationis querūt esse mixtū. nec po
test fieri ꝙ ager sit equaliter humid9
ꝛ equaliter sicc9 ꝛ equaliter calidus
ꝛ equaliter frigid9/nisi fiat hoc bene
ficio fossure. ꝛ arationū. Cōminutio
etiam est necessaria ꝓpter subtilitatē
ipsi9/nisi enī cōminuatur /nō subti
liabitur. ꝛ nisi subtilietur/ nō erit cō
ueniens cibus ꝛ materia plantaruz
ꝓpter qđ precipit agricultor Pa
ladius ꝙ non aretur tēpore quo lu
tosa est terra qꝫ tunc in puluerē nō
reducitur. nec est tempus congruum
arationi tempus eximie siccitatis qꝫ
tūc glebe magne nō diuidūtur/sz po
tius tempore quo parum mollita est
terra/nec tātū habet humoris ꝙ con
tineant se partes ipsi9 . cum enī pro
prie cōminuitᷣ /ꝛ subtiliatur/aptatᷣ
seminib9 ꝛ plātis/ ꝓpter causas in
ductas. Hac de causa periti i agricul
tura ter uel quater crudum agrū ara
ri precipiunt/dicētes qualibet de tri
bus vel quatuor aratōnibus addere
fructibus ꝓporcionabiliter sui nuē
ri quantitatem/uel ꝙ secunda aratio
addat alteram fructuū partem/ꝛ ter
cia terciam ꝛ quarta quartā ꝛ vltra
non progreditur/quia sufficit ꝙ per
quatuor arationes est terra subtili
ata ꝛ ad cibum ꝑparata/hac de cau
sa ꝑcipiūt in rusticatōe glebas mag

nas malleis magnis diminui quia ali
ter ut diximus non conuenit gene
ratōni plantarū. Quod autem dixi
mus de quatuor vel tribus arationi
bus/ variatur secundum qualitatē
agri qui colitur. Fortis enim ⁊ gluti
nosus ⁊ adulterinis herbis repletꝰ
non excolitur ad emendationē ⁊ sub
tiliationē nisi quatuor arationibꝰ
Poroso autem ⁊ subtilem ⁊ mundā
terram habenti forte sufficit una ara
tio vel due. aut ut multū tres adplꝰ
propter quod etiam precipit Pala
dius terram considerari. quoniā si
labor fructus excellat utilitatem re
linquenda est. si autem fructus exce
dat laboris meritum/ insistēdū dicit
esse cultui. Sunt autem agri qui nō
arando sed fodiendo temperantur. ⁊
hi sunt quorum multum est pingue
dinis in ꝓfundo / quod vomer ara
tri pertingere non potest. Ad hoc enī
oportet adhiberi fossorium quod ꝓ
fundius terrā sulcat q̄ vomer ara
tri. Compertū est autem operatōne
rusticorum/ usq̄ ad decē pedes plu
uie humorē pinguedinem superficiei
terre secum deferre cum in ꝓfundū
distillat. Amplius autem sicut vide
mus animalia aquatica que sub ter
ra ꝓfunde generantur in lacubꝰ sub
terraneis venenosa esse / eo q̄ lucis
expertia sunt. ⁊ uaporibꝰ spissis nu
trita. Ita etiam id pingue quod in
ꝓfundo terre latet/ incongruū est ⁊
grossum ⁊ frigidū. nisi ad superfici
em aliquando tollatur / ⁊ luce solis
lustrarū subtilietͬ ⁊ dissoluatur ⁊ spi
ritale fiat / quo uaporabili spiritu
ad radices ⁊ semina pertingere ⁊ pe
netrare possit/ ⁊ usibus laborantiū
adaptari. Non autē omnis ager
colitur uel aratur. Cum enim anti
qui egiptii primo agrum mensuris
geometricis distinxerunt / quatuor
agrorum genera esse dixerūt in qbꝰ
plante domesticātͬ per cultū. satiuū
videlicet/ cōsitū/ compascuū/ ⁊ noua
lem. Ex his autē duos tantum arā
do et fodiendo coluerunt. satiuum ui
delicet et noualem. uocantes satiuū
qui seritur continue singulis ānis uel
in eodem anno pluries noualem autē
qui alternis annis aut tercio itermis
so aut quarto uel quinto aut sexto /
aut forte septimo āno quiescit. ⁊ hos
fodere ⁊ arare preceperunt / propter
causas quas diximus. Cōpascuū au
tem ⁊ consitum non fodiendos eē p̄
ceperunt. Cōpascuū autē uocabant
eum qui prata ferebat in pastū ani
malium. Consitum autem eum qui
arboribus erat consitus. que porta
bant fructus salubres usui hominū
Et compascuum nullo modo. Consi
tum vero non fodiebāt/ nisi forte pa
rum circa radices ⁊ nō ubiq̄/ cuius
cultꝰ nos inferiꝰ rationem dicemus
Sȝ hic dicere sufficit q̄ satiuꝰ ⁊ no
ualis ager fodiendi ⁊ arandi sunt/
qꝛ aliter semia in eis non bene cōua
lescunt ꝓpter causas quas diximus

De cultu agri satiui.




Iuersificātur autē in arā
do satiuus ⁊ noualis ager
quoniam satiuꝰ. virtutē
habet magnam ⁊ feracem
fructificandi / in tantum q̄ si conti
nue non maceretur in partu q̄ pin
guedine nimia luxuriabit ī spuria di
uersarū plantarum/ qđ postea sine

magno labore emēdari non poterit aut forte in humore / ita q ipse humor nimis habundans submergꝫ seminum virtuteꝫ. Et si quidem adeo ferax est q timetur luxuria adulterinarum plantarum / continue seritur omni anno. aut forte in anno pluries / eo q calidus ꝛ humidꝰ est talis ager / ꝛ soli calido expositus qui etiaꝫ sol ab eqnoctiali descendēs calorem terre ad pullulationeꝫ seminum sufficienter immittit. nam calor solis cōmiscet īferiora superioribus ad generationem eorum que in terra nascuntur Et ideo quādo solis calor īferiorē terre hūorē eleuat ī supficiē agri siccā / efficit ager cōtinue calidꝰ ꝛ humidꝰ. Et est ille ager semp porose terre / ꝛ bone cōmixtionis / ꝛ facilis cultus / ꝛ paruo labore multam profert fructuū ubertatem. ꝛ ille ꝓprie vocatur satiuus. Quādo autem uincente calore solis eleuato de ꝓfundo humiduꝫ / non commiscet agrum ꝛ mollificat eū / sed cōsumitur / ꝛ plꝰ cōsumit sol de humiditate vel humore q̄ꝫ eleuet. efficitur ager puluerilentus ꝛ sabulosꝰ ꝛ salsus ꝛ pessimus q̄ non recipit bonitatem p cultum / sed potius siccitate redigitur in heremi solitudinē / in qua nulla plantarū recipere potest ad bonum usum mutationem. Adhuc autem si tanta sit solis debilitas ut nihil de ꝓfundo terre eleuari possit ad superficiē / sꝫ potius comprimitur continue ager loci frigiditate mortificante. quantum cūq̄ꝫ ille colatur / non reddit fructuꝫ plantarum / nisi forte siluaruꝫ / eo q siluarum arbores in valde magnaꝫ ꝓfunditatem dirigunt radices. ubi ē calor fumās ex superiori terre constrictione. Ad tantam autem profunditatem nec fossio pertingere potest nec aratio nec seminatio ꝛ ideo tales agri nec arabiles nec satiui dicuntur Omnia hec que in superficie terre nascuntur ex vaporibus desubtꝰ ad superficiem pertingentibꝰ oriunt᷑. Satiuus igit᷑ ager optimus est qui vapore pertingente ꝛ non cōsumpto superius est calidus ꝛ humidus / mollē habens supficiem ꝛ porosam. qui ꝛ cultu facilis est / ꝛ ferax seminibꝰ in eum iactis. Est autem hoc ymaginari p similitudinem caloris balneorū In his enim si quis calore moderato mouente quidem humidum sed nō consumente usus fuerit / diffundet᷑ humidum naturale immixtuꝫ cibali humido per corpus suum / ꝛ extēdet carnes suas ꝛ impinguabit eas. Si enim calore immoderato ꝛ diu utat᷑ expirabit humiduꝫ eius / ꝛ destruet᷑ ꝛ macerabitur corpus eius. ꝓpter quod dixit Paladius maxime eligendum esse pinguem ꝛ rarum agrū qui calore rarificatus non dissolutꝰ sit / ꝛ humido multum spirituali ad superficiem reflexo impinguatus sit Secundi autem meriti dicit esse pinguem ꝛ densum. hic enim et si densꝰ sit aratione est subtiliabilis. ꝛ tunc efficitur conueniens pingui ꝛ denso. hic enim labore quidem colit᷑ / tamē cultoribus non negligentibus ad uota respondebit. Cum autem iste due dispositiones magis inueniantur in culto agro / piguis ꝛ rarꝰ magis vineis ꝯgruit / eo q uites rari ligni sūt ꝛ ex denso non ita surgere possunt Adhuc autem plurimo indigent ca

lore ⁊ humore uinee. ꝓpter quod nõ ouenit ad uites terra dẽsa / que ⁊ calorem impedit ad radices pertingere ⁊ humorem. Pinguis autem ⁊ densꝰ frugibus magis cõgruit / que solidū exigunt fundum ⁊ cibum propter grani siccitatem ⁊ soliditatem / sola autem nimis macra ⁊ melancolica quadam ariditate / nec frugibus cõpetunt nec uineis. hec enim repressã in uicinam sui ꝓfunditatem habẽt humiditatem. ⁊ hec humiditas paꝝ spirat / nisi forte ad arborum ex profundo generationes. ⁊ harum fructꝰ aut nulli sunt ꝓpter frigus / aut immaturi ⁊ incõuenientes. ⁊ ideo plante in tali terra non domesticantur. Ea autem que nimio calore siccitatẽ patitur pre omnibus peior est. illa enim ⁊ in profundo ⁊ in superficie destituta est humido. ⁊ ideo hec heremus uocatur / eo ꝙ redacta sit in solitudinem. nec aliquid profert propter adustionem ⁊ salsedinem sabuli nisi forsan herbas ualde minutas ⁊ siccas ex aliquo modico uapore alicuiꝰ temperati temporis generatas. Propter quod optimus agricultor Paladius dicit / illud deterrimuꝫ terre genus esse / quod est siccum simul ⁊ spissum macrum ⁊ frigidum calidi exspiratione.

De medicamine agri ut fiat satiuꝰ.



Vnt autem quedam agri in se quidem frigiditate steriles aut humore / qui culti primo accipiunt medicinam ⁊ postea in eis optime plãte precipue fruges proueniunt. In talibus enim terris argilla fossa terre frigide ministratur. ex argilla quidem terra frigida accipit fecunditatem / eo ꝙ argilla calida ẽ ⁊ sicca ꝓprietatem habens masculi. Terra autem frigida est ⁊ humida eo ꝙ frigꝰ inducit humidum. ⁊ cum calidū sic cum permiscetur frigido humido fit temperamentum ⁊ tunc terra illa ferax ita diu efficitur donec p alluuionem ymbrium non distillauit ab ea argilla. ⁊ tunc plante in talibus terris ad meritum ueniunt mutãtes siluestrium qualitates ac ꝓprietates in domesticarum qualitates / tam in quantitate fructuum ꝙ̃ in qualitate. Si enim terra sicca ⁊ amara est nūꝙ̃ recipit medicinam. quicquid eniꝫ ingeri potest tali terre / totum in adustionem ⁊ salsedinem ⁊ siccitatem cõuertitur propter quod etiaꝫ terram adustionem clamasse in fabulis poetaruꝫ legitur conquestã de incendio phetontis / ⁊ non ꝯquestam de gelicidio saturni / sciens ꝙ malicia que ex frigore est potest temperari / non autem adustio que ex siccitate salsuginis. ¶ Similiter autem si terra humore infecunda est / aliquod recipit temperamentum. foditur enim fossatis per transuersum / ad que primo descẽdat humor superfluus / ⁊ postea defluat ab agro. ⁊ tunc recipit temperamentum. propter ꝙ omnes fossas agrorum ad unam maiorem ⁊ decliuiorem deriuari facias per transuersales arationes ⁊ fossas / ut per decliuiorem agri a superfluo mundetur humore. eomodo quo etiam mutationes ⁊ euacuationes corpora curant animalium / ex humore ⁊ non qualitate tantum infirmata. Sicut enim

hec est duplex causa egritudinis in
animalis corpore/ ꝙ videlicet aut q̄
litate aut humore infirmantur. Ita
etiam in agro. Et ideo cum terra fri
giditate sola vincibili est sterilis stu
deat agricultor infundere alterantē
argillam. Si autem ex humore solo
eius infecunditas est/ studeat evacu
antibus eam reducere ad cultum / p
modum fossarum qui dictus est. Sȝ
terra que iaȝ sit destituta combusta
est ⁊ desperata est/sicut animal cor
pus mortuum ⁊ incineratum. His
igitur modis ager sativus iuvatur
ad domesticationem plantarum pre
cipue in frugū cultu. quoniam de vi
neis sermo erit posterius cū de agro
consito tractabimus. In calidis enī
nō optīs agris/ q̄ medicina plurima
⁊ cōtinua indigēt diligēter obseruāda
sūt tpa cult⁹ ⁊ sationis. In terris au
tem frigidis autumpnalem tempesti
ue oportet fieri sationem/ ut planta
aliquid roboris āte hyemis aduētū
accipiat. nam si debilis nimis ad hi
emis puenerit frigiditatem / ip sa ge
lante glacie mortificabitur ⁊ a fruc
tu optato destituetur/hoc autē max
ime est in eo agro qui cū frigiditate
etiam est siccus. nisi tunc tempestiue
preueniatur satio/nō habebit robur
contra hyemē macra ⁊ tenella plā
tatio. In agro autem calido ⁊ pīgui
deferenda est satio quantū cōmode
potest. Nā si pueniatur in tali agro
satio luxuriabit in herba. ⁊ cū totū
in herba posuerit humidum substā
tiale/non habebit verno tēpore vn
de producat semina utilia. nam eius
satio non accipit ab hyemis frigore
aliquod nocumentum eo ꝙ locatum
sit semen in agro calido ⁊ pingui. ⁊
sic a frigore hyemis ledi non potest
sed plantula potius impinguatur/ ⁊
retinetur a frigore hyemis ne luxuri
et. ⁊ tunc verno superueniente calore
multiplicia ex se formabit semina. ⁊
fructus in maxima ubertate pducē
Similiter autem considerandum est
in agris multū frigidis ⁊ humidis
qui circumpositi sunt maribus ⁊ pa
ludibus multis. hos enim non cōue
nit seminari autumpno. nimium enī
pfundūtur humore frigido. ⁊ semi
num farina abluitur ⁊ perit / ita ꝙ
euanescunt in uere ⁊ a fructu destitu
untur. Sed verno tēpore sata habēt
multiplex humidum affluens ⁊ va
porosum tam ex agri fundo q̄ȝ ex lo
cis adiacentib⁹. ⁊ cum calor solis cō
ualuerit cito cresc̄ūt ⁊ fructificāt. Et
huius signum est/ꝙ videmus tales ī
siccitate temp͂is que alios agros im
pedit/optime fructificare. temporis
enim siccitas nimio agri humori cō
iuncta facit temperamentū/ ⁊ fructu
um reddit ubertatem. ppter quod
etiam dicimus tales agros per sati
onem fabe uel lini si aliquando infe
cundi sint redire ad ubertatem/eo ꝙ
talia radicit⁹ euulsa superfluam ip
sius temperant humiditatem. pro
pter quod culture studium sit circa
agros ut per congestos aggeres af
fluentem redundantiam impediant
aquarum/ne agri operiant superfici
em. ⁊ per fossata ī extremitate agro
rum aperta eam que iaȝ influxit aut
per pluuiam uenit/educant aque hu
miditatem. Nullo autem ingenio ut
dictum est curari valet terra ex adu
stione lōga ⁊ siccitate sterilis effecta

Raritas enim sua humorez inductū non retinet. Siccitas enim letamen absumit appositum ꝛ amaritudo in natura impedit seminum aut plantarum nutrimentuz. Frequenter tamē super huiusmodi salsugine supficiem quandam terre leuis ꝛ pinguis que alluuione maris adducta est inueni mus. aut forte longa putredine herbarum ibi est generata. Flumina enī in mare intrantia plurimam secum trahunt terram/quam radunt de terris optimis que dum ad mare peruenerit refluxu ꝓicitur sup salsuginē litoris /ꝛ dum hoc fit continue tempore longo/superficies talis terre fe racissima est in frugibus que non in ꝓfundū figunt radices eas vero que in ꝓfunduz figunt radices/nutrire non potest. Et ideo talis terra frugum quidem fer copiaz. sed arbores aut nulle aut paruule valde nascuntur in ea. Huius autem signuz ē ꝙ videmus maria que his in die naturali īfluūt ꝛ refluūt iuxta litora sua tales habere agros. Maria aūt stantia/omnino iuxta litora sua sūt sterilia.

De cultu agri montuosi ꝛ valliculosi.

Agri autem in conuexitatibus montium siti frequēter patiuntur siccitatem ꝛ macredinem. quoniam pingue quod est in ipsis defluit ad valles. Et ideo valles quidē piguissime. cōuexa autem montiū sunt arida. ꝓpter quod plante in eis nō bene domesticantur per cultum/ꝓpter quod etiam talia loca precipiuntur ab agricolis per transuersum sulcari vt in sulcis stet retenta pinguedo. q̄ decurret in preceps si ex directo sulcus descēdet. ꝓpter quod etiaz fiūt retiacula per materias ex transuerso ante agrum/ne humus defluat post ꝙ̄ fuerit exarata. Quidam autē subtiliori ingenio humum hanc serunt/non exaratam sed duram. ꝛ postꝙ̄ seminata est humus euertūt eaz sup semina/aut aratro aut ligone aut aliofossorio. ꝛ non arant eā nisi semel nec cōminuūt in eas magnas glebas quoniam si arata sepius cōminuerētur/cum pluuia que impetu descēdit ex conuexo montis tota portaretur ad vallem. ꝛ periret quod seminatuz est. Semen igitur in tali agro tenue ꝛ non bonum debet esse. tuz ꝓpter cultus defectum/tum ꝓpter impossibilitatem retinendi pinguedinē ꝛ hūorem ex quibus semina conualescunt. Et ideo etiam fimus letaminis sub terra i mōtib9 nō ponit̄ ſ3 poti9 ī superficie ne terra in intimis mota per humorem et impetum descendat in vallem. nec letamen equaliter spargitur in montibus per totum sed alti9 plus letaminis ponitur. ꝛsecūduz ꝙ declinat conuexitas de letamine pōitur min9 et min9. Inferiora enim p se descensu humorum pinguescunt. Superiora autem pinguedine per alluuionem destituuntur. dum autem plus letaminis ponitur ubi plus de humore abluitur ꝛ minus in loco ad quem plus letaminis per alluuionē ymbrium apportatur/ fit quedaz tēperamenti equalitas. Fructus autez conuenientiores sunt mōtiuz ꝙ̄ uallium quoniam reuerberatio solis ad

mōtem maior est ꝛ humor modera tus citius obedit digestioni. ꝛ loca ipsa montiū sunt uaporosa / q̄ ua por maturantē adiuuat calorē. Ex his ergo aduertendum est ꝙ quecū ꝗ plante aromaticos ꝛ calidos ꝛ sic cos habent fructus / has autem con gruit in montibus plantari ꝛ semina ri / ꝓpter loci calorē ꝛ siccitatē. Que cunꝗ autem solidos ꝛ humidos ha bent fructus / his magis conuenit in uallibus seminari ꝗ̄ in montibus. Propter quod uina et aromatica meliora sunt in montib⁹ / ꝛ in genere frugum auena melius ꝗ̄ triticū uel siligo in montib⁹ prouenit. frumētū autem ordeum ꝛ siligo meli⁹ in ual libus proueniunt propter suorum granorum soliditatē. In uallicu lo so autē agro necesse est fieri fossatū in medio uallis magnum / ꝛ multa parua ad ipsum descendentia / per q̄ humoris impetus defluat. ne ueniē tes de monte torrentes submergant semina q̄ iacta sunt in valle. Sic au tem agro culto domesticum semin ib⁹ ꝛ radicibus plante ingerit nutrimē tū. ꝛ ideo plātatūe domestica efficit' cum ager satiuus ut dictum est tēpe ratur. Cum enim venter ꝛ mater sit vegetabilium / oportet ut ipsa ad cul tum redacta / semina secundum agrū suas mutent dipositiones. Digerit enim cibum ꝛ facit eum colericū aut fleugmaticum aut sanguineū. ꝛ pos tea p dispositiones cibi alterat' cor pus ꝛ substantia plantarum. nam sicut arte medici dispositiones lau dabiles acq̄rit vēter / ꝛ tūc adlauda biles dispositiōes cibi mutat ꝛ cor pus Sic sapiens agricola ad lauda biles dispositiones mutat agrum p cultum. quo laudabiliter disposito etiā plāte laudabiles acquirūt dispō nes. Eadē autē operatio est inter p tum ꝛ matricem ꝛ agrum ꝛ plantaꝫ quoniā licet opator sit sparma mas culi q̄ sicut artifex mouet ꝛ format partum. tamen quia sanguis mēstru us trahitur in nutrimentuꝫ partus i multis sequitur matris ꝛ matricis dispositionem. In agris autē ꝛ plā tis hoc est pl⁹ ꝗ̄ in matrice ꝛ partu quia sicut in ante habitis est osten sum / non est proprie masculus ꝛ fe mina / sed permixte sunt hee virtutes in eodem / propter quod terre dispo sitio est que alterat plantam ad do mestice vel siluestris dispositionem.

De cultu agri nouals.

Ager autē qui nouals ab āntiq̄s sapientibus vocat' duplex est. unus quidē qui primum ad cultum re dactus est. Alter autem ad quem in terpositis q̄busdā q̄etib⁹ / neceē ē suā redire nouitatem. sicut est ager qui duob⁹ annis semīat' / in tercio q̄escit aut in q̄rto aut in quīto aut ī sexto aut in septimo. vsꝗ ad hunc enim tantum inuenimus diuersificari qui etes agrorum. noualis autem q̄ uno anno seminatus pluribus annis q̄ escere vult ꝓ certo mal⁹ est ꝛ cultui ꝛ cultori ad vota non respondens laboris. Studium autē quod habe tur in agro noualiū qui nunc primo ad cultum sunt redacti / est exstirpa tio stirpium siluestrium / quaruꝫ ra dices nisi exstirpentur omnem sugūt agri humorē / ꝛ non pmittunt semia

nutriri/ ⁊ ad debitu₃ vegetari. propter quod etiam precipitur agrum nō seri diuersis seminib⁹/ ne vnu₃ adurat aut exsiccet aliud attrahendo ad se nutrimentū. Exstirpatis autem illis seritur ager. Et primo quidem ꝓpter nō exhaustā virtutē terre/ qua₃ contraxit longa in ipso putrefactione herbaru₃ ⁊ stirpiū diuersorū diu ferax est· aut sine aut cu₃ paruo letamine· Deinde oportet adbiberi letamē si ferax debeat permanere. ⁊ nisi sit pinguissim⁹ ager /oportet aliquā interponi quietem presertim quādo cum substantia herbali ⁊ paleari plāte seīnate aut metūt' aut radicit⁹ expelluntur ⁊ euellūt'· Extracta eni₃ agri pinguedine ⁊ virtute/ necesse ē vt nud⁹ ager soli exponatur tercio vel alio āno / cuius calore ⁊ lumine virtutem accipiat generādi sicut habet in prima germinatione· Spirit⁹ enim viuificus plāte dū per semina ⁊ plātas attrahitur/ humore ⁊ spiritu viuificis terra destituitur/ ⁊ determinato tempore quiescens ad agru₃ iteru₃ reuocatur· sicut reuocatur ad vterum virtus concipiendi per quietem inter partum et partum. ¶ Ad vnu₃ eni agrū redit citius/ ⁊ ad alterum tardius. ¶ Sed ꝙ ager magis ⁊ minus fecundus ⁊ calidus et humid⁹ ⁊ porosus ⁊ pinguis ⁊ subtilis inuenitur/ hoc autem ostendit ⁊ ipsum nomen/ quoniam nouale est quod redit ad virtute₃ pristinā per quietem innouatum· Omniū eni operum phisicorum testātur hec opera· Que enim cum labore ⁊ expensa virtute perficiuntur/ nisi quiete interposita restauru₃ accipiāt dissoluuntur ⁊ corrumpunt'. Quicunqꝫ igit' agri continuatis sationib⁹ fructificant ꝯtinue/ ex celo ⁊ hūore suoꝝ pricipiorū accipiūt innouationē. quibus instaurati semper possunt accipere pullulationem. ⁊ ideo continue seminantur· Quicunqꝫ autem ager continuo humore non modo infusus / sed etiā coopertus illo in maiori parte anni/ hoc est in hyeme ⁊ in vere quādo debent pullulare semina/ ⁊ in autumpnoqꝫ serēdū ē aut coopt⁹ nimio hūore frigido ⁊ grosso īfus⁹· hic ab egiptis qui primit⁹ agros distinxerunt vocatur ager subcene⁹ aut cenulent⁹ ille neqꝫ noualis est neqꝫ fatuus/ qꝛ in estate quādo in supeficie siccatur/ scinditur magnis scissuris lutu₃ qđ est in supficie ipsius ex aqua frigida grossa que cooperuerat eum in superiori parte luti eius· ⁊ hic impedit pullulationem bonarū plantaꝝ. Si que eni₃ nascuntur plāte ī tali agro siluestres remanent / quia acide vel amare sunt ī sapore ꝓpter grossiciē ⁊ frigiditatem ⁊ cruditate₃ hūoris ⁊ ī seīne ⁊ in fructu ꝯstituūt' ꝓpter ꝯfectū subtilis hūidi ex quo causāt' seīna ⁊ fruct⁹. Adhuc aūt qꝛ tēp⁹ estatis nō ē ad pullulationē fructuū sed ad maturitatem ⁊ exsiccatione₃. ⁊ ideo ꝓnūciāt de hoc agricultores ꝙ deserendus est· quia nulla vtilis planta in eo mutari potest ex siluestri ad conuenientes domesticis plātis ꝓprietates· Alium autem agru₃ vliginosum esse dixerunt āntiqui cultores· de quo ratiocinati dixerūt ipsum ad cultum redigi non posse hec autē ē vligo sicca siccitatē continue obtinens· hec est siccitas pulueriste


ta. ⁊ hic est qui heremi habet naturã cũ enim partes in supficie non habe at solidas ⁊ continuas non radica bit in eo/ ⁊ florebit aut fructificabit aliqua perfecta plãtarum. nã plãta querit locum solide continuitatis/ in quo radicetur ⁊ floreat et fructum ferat. In uliginoso enim tota supfi cies est poro/ ⁊ quod est subtilis hu moris in fundo totũ euaporat. nec retinetur aliquid in superficie /quod reflexuz contineatur/ ⁊ constet/ ⁊ plã ta pfecte formetur ex ipso. ⁊ ideo qz talis ager plantã non suscipit/ non potest etiam per arationes aut fos sas ad hoc redigi/ ut i ea fiat aliqua domesticatio plantaruz. ⁊ ideo relin quendus esse censetur/ ⁊ in piscinas ⁊ lacũas redigendus. Que predicta sunt de terra uliginosa/ sunt uerba ⁊ sententia Alberti. Alii tamen dicunt ꝙ terra uliginosa est in qua semper inseparabilis manet humiditas dicẽ tes ꝙ uligo est naturalis hũor terre ab ea nunꝗ descendens nec recedens ut inseparabile accidens. ⁊ i hac opi nione uidetur esse Paladius qui ait ꝙ omne triticum solo uliginoso/ pꝰ terciam sationem in genꝰ siliginis cõ mutatur. nam talis transmutatio ex supflua humiditate/ potiꝰ ꝗ ex sup flua siccitate pcedit/ ⁊ in multis ali is locis. Idem Paladius sentit. Et cum eo ꝯcordat Varro/ ⁊ alii multi qui de hac materia tractauerunt.

De tempore ⁊ modo arandi ⁊ dis sipandi herbas malas.

plātarū differētiam sepe necessaria.
maxime tamē ⁊ absolute eligendus ē
pinguis ⁊ resolutus ager vbicunqȝ
situs. quia hic minimū petit laborē
⁊ fructum maximū reddit. Secundi
meriti est spissus ⁊ pinguis. quia li
cet laborē maximū petat/ tamē ad
vota respondet. ¶ Illud vero deterri
mū genus est/ quod erit siccum simul
⁊ spissum macrum ⁊ frigidum. qui
ager more pestiferi fugiend⁹ est. Ve
rum cum agri sint uariis vtilitatib⁹
deputati. Varro recitat catonē in
nouem genera diuisisse. ac gradū
vtilitatem scripsisse/ ait enī meliorē
agrum eē illū vbi uineta possint eē
bono vino ac multo. Secūdo vbi or
tus irriguus. tercio vbi salicta. quar
to vbi oliueta. quinto vbi pratum
sexto vbi camp⁹ frumētarius. septi
mo ubi cedrie silue. octauo ubi arbu
sta. nono ubi glādaria silua. Sed ali
qui dant primatum bonis pratis /
q² modicas aut nullas requirunt ex
pensas. contra in uineis eo ꝙ fructū
sepe sumptu deuorant.

¶ De situ qui ꝯuenit agris ratione fecunditatis eorum·

Situs terrarum secundū Paladium non sit adeo planus vt stagnet·nec ꝓ ruptus vt defluat ·nec obrutus ut in ymū deiecta ualle sub sideat. nec arduus ut tempestates im modice sentiant ⁊ calores. ¶ Sed ex his omnib⁹ utilis semper ⁊ adequa ta mediocritas requiratur/ videlicet ut campus aptior sit/ ⁊ hūorē plu rimum cliuo fallente subducens. uel collis molliter per latera īclinata de ductus· uel uallis cum quadam mo deratione ⁊ aeris laxitate submissa. uel mōs alterius cacuminis defens⁹ obiectu/ ⁊ a molestiorib⁹ ventis ali quo liber auxilio. uel sublimis asper sed nemorosus ⁊ herbidus ·Preterea positio agri qui eligendus est/ea sit in frigidis prouinciis·orienti uł me ridiano lateri ager debet esse opposi tus/ne alicuius magni montis obiec tu his duabus partib⁹ exclusus/ al gore rigeat. In calidis uero prouin ciis/ pars potius septētrionalis op tāda est que utilitati voluptati ⁊ sa luti equa bonitate rñdeat. ¶ Item ait Varro ꝙ quatuor extra fundum ꝯ sideranda sunt / quib⁹ fund⁹ utilior uel minus vtilis redditur· Primum ē si regio proxima est infesta/quam uis fertilis sit fundus/inutilis tamē est propter latrocinia· Secundum si in regione propinqua sunt homines qui emant que in fundo sunt uenalia uel non care uēdant que fundo sunt oportuna· fructuosior enim fund⁹ ē Tercium si nimis longinqua est vt ex ea difficile necessaria portentur ad fundum/ minus fructuosior cen setur. Quartū eundem fundū fruc tuosiorem faciunt uecture/si uie sunt quibus plaustra uel naues portare ac exportare necessaria possint. ¶ Re fert etiam ad fundi fructus quemad modum vicinus in ꝯfinio cōsituū a grum habeat· si enim ad limina quer cetum habeat non possis recte secun dum eam siluam serere oleam· quod vsqꝫeo est contrarium natura/ vt ar bores non solū minus ferant · sed e tiam fugiant ut introrsū in fundū se reclinent· ⁊ in ꝯfinio uitē ⁊ fundū faciant sterilem·

¶ De munitionib⁹ vinearum orto rum ⁊ agrorum·

Vinearū ortorū ⁊ agroꝝ munitiōes multis modis fiunt. Quidam enī fossa tis cingūt· quidam sepib⁹ ex palis ⁊ viminib⁹ factis. Quidam spinarū aut aliarum arborum plātis. Et fos sarum quidem munitiones plurimū defendunt ab ingressu hominū ⁊ ani malium rapacium. ⁊ ab iniuria uici narū aquarum ad loca defensa fluē tium/ ⁊ maxime si ripas habēt velut sufficientes aggeres eleuatos. Mul tum etiam ꝯferunt agris ⁊ vineis ni mium humidis ⁊ aquosis/ vt ab eis fluat superfluus humor aquosus/ se getes necans ⁊ in lolium ⁊ auenam cōuertens· ⁊ cōpletam digestionem humoris vuas nutrientis impediēs Et hec quedim fossata magna uel ꝑ ua facienda sunt secundū ꝙ magis ⁊ min⁹ aquosa sunt loca/ ⁊ secūdū ꝙ magis ⁊ minus hominum ⁊ animali um intrare volentiū timent noxam

Fiunt autem optime toto estatis tē
pore/si aqua subterranea vel in fos
satis reparandis collecta non impe
diat. in quibus locis facienda sunt
de mense Augusti Septembris ⁊ Oc
tobris/quib9 mensib9 aqua fossaꝝ
⁊ superficiei terre maxime consump
ta est. Qualiter autē noua fiunt fos
sata notum est. qꝛ ab vtraqꝫ parte
latitudinis filium seu funis extendi
tur ⁊ signatur. deinde cum vangis i
creta ⁊ acironib9 in sabulo fodiunt'
⁊ cum badilibus extra remanens ꝯ
trita terra proicitur. ⁊ ripe cum ȝap
pis seu vāgis uel acironib9 poliūt'
Vetera vero fossata reparantur hoc
modo. primo quidem ōnia fossoreꝫ
ipedientia cum roncbonib9 exstirpē
tur. Deinde cuȝ ligonib9 fund9 rada
tur. ⁊ terra cum herbis rasa proicia
tur ad viam. Deinde cuȝ ligonibus
adequētur ⁊ formentur ripe secūduȝ
qꝫ stare debebunt ⁊ postea libere fos
satum quantum placuerit fodiatur/
Notanduȝ est tamē qꝫ in terra creto
sa non debent fieri ripe nimis sꝫ paꝝ
pendētes. qꝛ post gelidam hyemē ad
ueniente ueris calore dissoluerentur
⁊ ruerent. sed in lapidosa vel soluta
terra non facile ruunt ripe. Muniti
ōes sepium que de palis ⁊ viminib9
fiunt. precipue locuȝ habent vbi ma
terie ipsarum habetur copia/ ⁊ vbi
multitudo arborum spinarum plan
tationē ⁊ conualescētiam impediret.
Que quidem qualiter fiant notū est
qꝫ affixis palis acutis semipede distā
tib9/texuntur uimine ⁊ spinis desup
muniuntur/ ⁊ cū paucioribus palis ⁊
viminibus. debiliores tamen fiunt
si affixis palis duob9 uel tribus pe
dibus inuicem remotis/quatuor per
tice distantes equaliter ex transuerso
ligantur. deinde sursuȝ rectis vimini
bus positis contexuntur. Munitio
nes autem que de spinarum plantis
⁊ arborum fiunt/ hoc modo faciēde
sunt. videlicet qꝫ fiat in loco munitio
nis sulcus vno pede concauus/ ⁊ tan
tundem latus in quo plante aliunde
radicate uno palmo aut duobus dis
tantes ponātur. ⁊ terra que inde remo
ta fuerat/optime trita operiantur ra
dices. deinde fodiatur fossatum si fi
eri debet ibidem/ ⁊ terra super dictas
plātulas eleuetur. ⁊ cum tota sursum
eleuata fuerit/in summitate si placu
erit alius fiat sulcus/ ⁊ similis plāta
tio fiet. Poterunt etiam multe plāta
tiones fieri ad fortiorem munitionē.
si placuerit secundum modum in ꝑ
mo libro traditum/cum de tumbis ⁊
curtis loquerer. Notandum tamē ē
qꝫ ubi multū necessaria est clausura/
ex spinis tantum faciende sunt plā
tationes. Ubi uero non tanta neces
sitas ⁊ lignorū habetur penuria ꝓp
ter ignem/possunt cōmode fieri plan
tationes ⁊ precipue superior/ ex plā
tis vlmorum ⁊ prunoꝝ cycomoꝝ ⁊
similium. que ōnes plantationes ter
tio anno cuȝ conualuerint affractēt'
⁊ plicentur/ vt fortes fiant ⁊ spisse
⁊ vbi perdite fuerint / reparentur.
Deinde cum spisse creuerint intricate
disponantur. ⁊ ligētur ubi opus fu
erit / ⁊ non iuxta terram sed vno pe
de supra eam. Incidantur tempore
Octobris ⁊ Nouembris ⁊ meli9 Fe
bruarii ⁊ Martii vsqꝫ qꝫ incipiant
turgescere gemme. hoc enī modo loca
semper clausa erunt. ⁊ sepis inspissa

bitur/pullulans in summo stipitum in medio/ ⁊ radice. Ex his tamen q̄ i superiori acie sunt plātate poterūt alique quibusdam pedibus distātes sine insitiōe relinqui/ ut fructum ferant. aut pro igne seruentur uel edificiis deputentur. Et plante quidem spinorum in acie inferiori ponende sint inde spinorum aut alborū aut prunorum uel rosarum siluestrium ⁊ similium spinas acutas habentiū Que uero in suprema ponende sunt arbores/ sicut prune domestice que spinis suis defendūt ⁊ spissa earum pullulatione claudunt/igni tercio uel quarto anno seruiunt/ ⁊ plurimum fructum ferunt. uel sint plante ulmorum uel salicum uel populorum uel nicolorum ⁊ cicomorū aut mala granatorum in calido aere uel tēperato ⁊ similiū arborum. ⁊ precipue facile pullulantium a radice. Notādum est tamen q̄ si terra sit adeo frigida ⁊ dura/ q̄ in ea plantule difficile cōprehēdant/plantule solūmodo cicomorum cum radicibus uel sine ponatur ibidem. que non refugiunt talem terram. Q̄ si est campus/ ulmus est utilior omnibus aliis plantis. qui ⁊ sepem sustinet /⁊ accolit uuas. ⁊ frondem iocundissimam ministrat ouibus ⁊ bobus. ac uirgas prebet sepib⁹ ac foco ac furno. ⁊ est in multis operib⁹ oportunus. Si uero plantule desunt in partib⁹ illis aut aliunde/portentur radicib⁹ coopertis ⁊ optime preparatis/ ut a calore defendantur. ⁊ uento aut maturitatis fructuū tempore colligantur ⁊ sole siccentur semina. ⁊ in seminario mense Januarii uel Februarii sata aut plantata nutriantur/ut sequenti uel tercio āno ipsoꝝ copia facile habeatur Paladius tamē precipit matura colligi semia rubi/ ⁊ spine que rub⁹ caninus uocatur. ⁊ cū farina herbi ex aqua macerata misceri funes deinde sparteos ueteres mixtioni sic inducti/ ut inter funes semina recepta seruentur usq̄ ad uerni temporis inicia. tunc ubi sepis futura est duo sulci trib⁹ pedibus a se separatis sesq̄ pedis altitudine fiant ⁊ per utrosq̄ cum semib⁹ obruantur funes leui terra. In tricesima die procedūt centes quos teneros āminiculis opus ē adiuuare. qui iter se p spacia relicta iungentur.

De fluminum defensionib⁹.

Flumina suo impetu sepe ripas possessionum fodiunt. ⁊ in eis operātur ruinas. Et quandoq̄ sui incremēto ⁊ depressione uicinorū locorū inundant/⁊ operiunt terrarum superficiem. Et ubi sua rabie ruinas operantur/rupes modicū superius fortes fiant secundum impetum amnis aut ibidē mergantur ciste cum magnis cornib⁹ligneis. admodum crucis ab utroq̄ capite factis. ⁊ uimib⁹ contexte ⁊ lapidib⁹ plene que bergulli dicuntur. Ubi uero aquaꝝ habudātia superficiem operit ⁊ segetes necat fiāt aggeres fortes ⁊ magni tales q̄ eorum potentia aquarum iniurie cōtradicat. Q̄ si in aliquo loco debilitatur agger/anteq̄ deficiat alius cōueniens post ipsum fiat. ⁊ debilitat⁹ in quibusdam inciditur locis/ut currus bestie ac homines nouum agge

rem percurrere ⁊ conculcare cogantur.

Incipit liber tercius.

De campestrib⁹ agris colendis ⁊ de materia ⁊ utilitate fructuū qui ex ipsis nascuntur.

Campestrium agroꝝ cultus in libro secūdo generaliter traditus est. Nunc autē ī hoc tercio libro dicam singulariter de cultu ⁊ utilitate cuiuslibet seminis ⁊ fructus/ qui seminatur in eis ⁊ ex eis percipitur. secundū ordinem alphabeti. Et primo quidem dicam de area ⁊ de orreis/ que unicuiq3 seminum cōmunia ⁊ necessaria sunt.

De area

Area lōge a uilla esse non debꝫ propter deportandi facilitatē ⁊ ut fraus nō timeatur domini vel procuratoris vicinitate suspecta. Sit aūt ut Paladius ait/ vl strata silice vl saxo montis excisa/ vel sub ipso triture tempore vngulis pecorum ⁊ aq̄ admixtione solidata. sit circa hanc locus altus planus ⁊ purus in quē frumenta transfusa refrigerentur ⁊ orreis inferantur que res ī eorū durabilitate proficiet. Fiat deinde pximum tectum uel habeantur sextoria ⁊ similia/ ut tempore ymbris subito munda ⁊ semitrita transferantur vl operiantur. Sit autem loco sublimi ⁊ perflabili vndecunq3/ longe tamē ab ortis ⁊ vineis atq3 pomeriis. Nā sicut radicib⁹ uirgultorum prosunt letamen ⁊ palee/ ita insidentes frondibus pforāt ⁊ corrūpūt.

De orreis.

Situs orreorum superior ⁊ longe ab omni olere et letamie ⁊ stabulis ponendus est frigidus ventos⁹ ⁊ siccus. Sed frigidis granariis ut Paladius ait amurca luto mixta parietes liniuntur/ cui aridi oleastri folia vel oliue pro paleis adiciuntur que ut siccata fuerint frumenta cōgregētur. hec res gurgulionib⁹ ac murib⁹ ⁊ ceteris noxiis animalib⁹ īimica est. Aliqui coliandri folia frumentis miscent ad seruandum pro futuro. hec Paladius. Nihil tamē cōmodius erit diu custodiendis frumētis q̄3 si ex orreis in alterum locum uicinum transuersa refrigerentur aliquātis diebus/ atq3 ita orreis inferāt̃. Negat columela ventilanda esse frumenta. q2 magis miscentur animalia totis aceruis. que si nō moueantur/ in summitate intra mensuram palmi subsident. ⁊ hoc corrupto velut corio illesa durabunt. Adhuc cauendum est ne pauimentum super quod poīt humidum sit. aut rarum/ sed solidū ⁊ bene planum ne muribus prebeat habitaculum p foramen. Insuper etiam diligenter attendendū est/ ne sit locus excedens in frigore uel calore quia utrumq3 segetes corrumpit et poīt in eis uirtutem naturalem. Aliqui puteos faciunt/ horum solum ⁊ latera paleis substernunt. ⁊ curāt ne humor aut aer tangere possit nisi cū

fe

promatur ad vsum. quo enim spiritus non peruenit ibi nō oritur curculio sic conditum triticū manz ānis quinquaginta milium vero plus annis centum vt Varro scribit.

De auena.

Auena duplex ē siluestris et domestica. Siluestris nascitur in frumento. cuz granum eius satū nimia mollicie et intemperātia terre duertit in auenam. que ab ea ī herba cognoscitur / qz latiores uiridiores et pilosiores habet frondes. et huius granum nigrum et pilosū est. et maturatur et cadit ante maturationem frumenti. Domestica est alba non pilosa. et seminatur tempore seminū frumēti et eodē modo. et melius mense Januarii Februarii et Martii. et etiam in macra terra bona puenit. et eundem querit aerem et similem terraz desiderat. Albertus tamen dicit / q̄ siccum querit agrum et modicū ante messes frumēti maturatur et colligitur. et tā herba uiridis q̄ auene semen est optimū pabulum equorum et boum et azinorum et mulorum. neutra vero ipsarū homines nisi propter necessitatem in sui cibo vtuntur. Virtutem habet relaxandi omnem tumorem et duricies. et faciei imunditiess depurgandi vt dicit plantearius.

De cicere.

Cicer notum est. Et eius quidem diuersitates sunt. Quia quoddam est albū / quoddaz sanguineū. et ex his quoddam grossum et quoddam paruum. quoddaz est rubeuz et aliud est nigrum. Ex quibꝰ sanguineum tā cum rugosum corticem habet et ē melius ceteris. Reliqua omnia corticez habent politum. Optime nascitur ī aere temperato et humido. et terram pinguissimam et solutam desiderat. et creram etiam non formidat. Seminatur mense Februarii in locis calidis. temperatis Martii. Frigidis vero de mēse Aprilis. Cui prodest vt cito nascatur si molle seratur. et maxime aqua letaminis cum tarde seritur. Et circa sulcos ortorum optime plantatur. et cuz maturum est colligitur remanentibꝰ herbis. Media corbe seminis bubulca contenta est. Sarculatur herbis / inundatur ut faba. sedm bulis leditur. Et pride aut melumine facile perit. Colligitur quidem granis existentibꝰ siccis. et cum luna multū processit in defectu. Cicer album secundum ysa ac calidum est in primo gradu / humidum in medio. Rubeum autez est calidius et minus humidū. Sed Auicenna dicit / q̄ vtrumq̄ est calidum et siccum in primo gradu. et nigruz ē fortius. Cicer plurimi est nutrimēti. ac ventrem humectat. sed inflationē generat et ventositatem. Jdcirco auget sperma / et coitum valde confortat. Quia tres habet in se causas ad coitum ptinentes scilicet calorē nutrimētum et inflationē. Jdeoq̄ ualde competit admissarius equis cum multitudinem equaruz necesse habuerint coire. Ypocras dicit q̄ ciceris potestates due sunt / et cum coquitur eas amittit / et in aqua ubi coquitur redeūt Una dulcedinis / altera salsuginis. Cum dulcedine sua nutrimēto bono

nutrit. ⁊ lac augmentat ⁊ uentrē hu
mectat. Cum salsugine vero humorē
grossum soluit ac minuit/ Urinam
⁊ menstrua prouocat. ⁊ valet icteri
cis ac ydropicis/ ⁊ ad totius corpo
ris pruriginem. Et si in eius iure la
uetur impeginem ⁊ serpiginem mun
dificat Item secundum Galienū/ Ci
cer educit lūbricos/ ⁊ valet ad opila
tionem splenis ⁊ epatis ⁊ fellis. ⁊ la
pides frangit in renibus ⁊ uesica. sz
nocumentum est vulneribꝰ renū ⁊ ue
sice. Cicer nigrum est magis diureti
cum ⁊ apertiuū. ⁊ ideo plus valet in
aptione splenis ⁊ epatis ⁊ strictura
lapidū et lūbricis educēdis. ⁊ pcipu
e si cum apio coquatur / ⁊ ius ipsiꝰ
bibatur. Album uero est melius in
augmentatione lactis ⁊ spermatis.
Auicenna dicit ꝙ Cicer clarificat vo
cem ⁊ nutrit pulmonē meliꝰ ꝙ̄ res ali
qua. ⁊ propter hoc fiunt sorbitiones
ex farina ciceris. Et oportet ꝙ cicer
cōmode comedatur neqȝ i principio
cibi/ neqȝ in fine/ sed in medio eiꝰ. ⁊
uehementer addit in coitu. ⁊ eiꝰ infu
sio facit erigere membrum fortiter /
quando bibitur a ieiuno.

De cicercula.

Cicercula nota ē. aerē hūi
dum desiderat. ⁊ terrā pi
guē ⁊ cretosam. Semiari
potest i solida terra ut fa
ba. deinde arari ⁊ sulcari tēpore Ja
nuarii ⁊ Februarii. ⁊ in principio
Marcii seritur. ⁊ media corbis com
plet bubulcam/ Bonꝰ cibus est ani
malibꝰ. ⁊ homines ea utuntur elixa
⁊ in turtis / ⁊ in pane cuȝ aliis gene
ribꝰ bladi pro familiis tenuibus/ ⁊
hoc qui laboribꝰ exercentur.

De canabo.

Canabum est de natura li
ni/ ⁊ ideo similem aerēȝ de
siderat ⁊ terram/ sed non
oportet ut sit totiens exa
rata. Verum tamē qui nolunt habe
re canabum pro funibus/ seminare
debent ipsum in locis pinguissimis.
in quibus longum ualde pueniet ⁊
grossam ⁊ multam stupā habens ex
grossitie corticis eiꝰ/ ⁊ quanto rariꝰ
seminabitur tanto magis ramosuȝ e
rit. Qui vero volunt ex eo facere pā
nos scilicet saccos lintheamina ⁊ ca
misias/ seminent ipsum in locis medi
ocriter pinguibus ⁊ solutis i quibꝰ
spissum. in quibꝰ prouenient sine ra
mulis quasi magnum linum. Et ta
le cōpetens erit predictis operibus.
⁊ iterum erit necessariuȝ piscatoribꝰ
pro retibꝰ eorum. nam canabū ual
de melius defenditur in aqua ꝙ̄ linū
⁊ similiter rethe ex ipso factum. Se
ritur autem de mense Aprilis ⁊ in fi
ne Martii. ⁊ herbis sarculo mundat᷑
⁊ manibꝰ. Colligit᷑ canabū cū matu
ra sunt sēia eiꝰ scilicet masculinuȝ/ ⁊
in fascibꝰ ligatū ponuntur in aliquo
loco duo fasces simul/ ut semina uni
us sint super semina alterius/ ⁊ radi
ces opposite. ⁊ cooperiuntur summi
tates seminū cuȝ herba uel quolibet
stramine / super quo ponuntur lapi
des aut terra vt seminuȝ maturitas
cōpleatur. ⁊ cum sic per sex aut octo
dies steterit/ eleuantur stramina aut
lapides ⁊ ponitur lintheamen sub eis
iuxta semina/ ⁊ excutitur semē/ quod
facile cadit. Sed femininū quod semē

fȝ

non habet/totum per decem dies ante masculinum colligitur cuz albescit deinde totum simul maceratur i aq̃ ibiq̃ dimittatur donec stupa possit a lino separari · et ipsum linum putrefactum cõteri. ⁊ maxime quod ex eo subtile est. Quod vero grossuz est valde ⁊ longum velut partice depilari potest a ligno stupa· que facile ab eo carpitur postq̃ fuerit maceratuz ⁊ in aqua lauando cõcussuz ⁊ poste a exsiccatum. Et nota q̄ ex eodē sēie canabi nascatur canabum ramosuz/ quod semina infinita producit. ⁊ aliud nõ ramosuz quod seminibus õnino caret. Semen eius optimū est ꝓ auiculis / ⁊ ipsum libenter assumūt sibi in escam.

De frumento.

Frumentuz est granuz qd̃ ceteris omnibus corpis humani cõuenientius nutrimentum est/propter similitudinem sue complexiõis· Eius quidem diuersitates multe sunt. Nã quoddam est nouum / vnius videlicet ãni uel minoris etatis. ⁊ hoc maxime cõueniens prebet nutrimentum ⁊ tale seri debet· Et quoddam est maioris etatis· ⁊ hoc min⁹ laudabiliter nutrit ·nec seminib⁹ competit/ quia raro uel debiliter nascitur satum. Et cuiusdam granum est longum mediocriter/⁊ album vel rubeum subtilem habens corticem/⁊ farinam interius albam. ⁊ hoc est optimū. Quod uero est grossum rotundū rubeum vel albuz aut lucidū est minus bonum. Et pasta quidem que fit ex eo non est tenax· nec eius panis crescit in altuz Que vero fit ex primo ē ualde tenax et eius panis multū augetur · sed ex agro collectus mēsure minus respõdet q̃ grossum. Et granum quidem quod in terra pingui nascitur· est pinguius grauiusq̃ in pondere ⁊ nutribilius· Quod vero in terra macra oritur/cõtrariuz existit. Et quod in regione vel terra calida nascitur est calidius ·⁊ qd̃ in frigida est frigidius. qd̃ in sicca siccius· ⁊ quod in hũida regione uel terra prouenit est humidius· Et est quoddã in spicis confuz ⁊ hoc licet breues faciat spicas· ⁊ nebulam seu melumē timeat/plusq̃ diffosum vt quidam dicunt/tamē a radice pullulat ⁊ spicaꝝ numeruz duplat. grossum vero ⁊ maxime spicas habens rubeas/licet eas magnas ꝓducat ⁊ grossas atq̃ multum granosas/tamē paruz pullulat/⁊ rariores inuenitur spicas habere. In õni climate habitabili nascitur. licet habūdãtius ⁊ nobilius proueniat in regionib⁹ temperatis/ sicut in tercio quarto ⁊ quinto climate. Terrã desiderat pinguem aut mediocris pigueđinis ⁊ dulcis saporis· Cretam diligit/ ⁊ ī mediocriter soluta bonū prouenit nimis uero solutã ã sabulū nudū recusat. patenti campo letatur ⁊ ledit ur vmbris·locis humidis ⁊ aquosis degenerat. ⁊ in lolium ⁊ auenã conuertitur Frumentum uero collis grano robustius est /sed mensure minus respondet. Seminatur autē in frigidis ⁊ niuosis locis in fine Augusti ⁊ toto Septembri· Temperatis in fine Septēbris ⁊ toto mēse Octobris· In calidis vero in fine Octobris ⁊ toto mēse Nouembris. In quib⁹ õnib⁹ locis

primo exiles terre ferantur ut frumē
ti sati radices ante hyemē conuales
cant. Ultimo pingues que si mature
ferantur luxuriant in spuria diuersa
rum herbarum que frumenta necant
In iugero seu bubulca/semis corbis
vna sufficiet Et si predicto tempore
terra fuerit nimis sicca/semia sparsa
melius in agris ꝙ in orreis seruabū
tur. Si vero nimis mollis/gelicidio
sequentis hiemis corrigetur/si extra
agrum aq̄ poterit deriuari. ne germē
extinguat. Si terra sit temperata ī oc
to dieb9 terram egreditur uel paulo
post. Colitur cāpestris frumentari9
ager hoc modo Eo diligēter exculto/
secundū doctrinam in generalib9 tra
ditam/ ⁊ eo seminato iteruꝫ aretur ⁊
ligonib9 vniuersum semē operiatur.
glebe rūpantur ⁊ ex eis sulci munden
tur/ tam directi minores/ꝙ transuer
sales maiores per inferiores agroꝝ
partes impressi/per quos aque pluē
tes libere sine obstaculo ad fossata de
riuentur. que si tēpore quo granuꝫ ē
in lacte ⁊ incipit germiare in agro re
maneant/ semen extinguent Mense
uero Januarii/post gelicidiū Febru
arii ⁊ Martii postꝙ frumentum est
quatuor foliorū/sarculo et manib9
ab ōnibus adulterinis herbis mūde
tur ita ꝙ herbosis locis maturi9/non
herbosis seri9. Mense uero Mai nō
sunt tangenda frumēta. quia florent
octo dieb9. deinde flore deposito die
bus quadraginta grandescunt/ usꝙ
ad maturitatis euentū. Idē dicit Pa
ladi9 de ordeo ⁊ de ceteris que sunt
seminis singularis. Mense Junii lo
cis maritimis ⁊ calidiorib9 ac siccis
tēperatis vero ⁊ frigidis Mense Ju
lii tritica messis abscinditur/ quam
paratam esse cognoscis / si equaliter
spicarum popul9 maturato rubore
flauescit. Et modus quidem metēdi
solitus notus est. Pars vero gallia
rum planior hoc cōpendio utitur ad
metendum Et propter hominum la
bores unius bouis opera spaciuꝫ to
tius messis assumit. Fit igitur vehi
culum quod duab9 rotis breuiter fer
tur. huius superficies tabulis muni
tur/ que forinsecus decliues. in sūmo
reddunt spacia longiora ab eius frō
te carpenti. breuior ē altitudo tabu
larum. ibi denticuli plurimi ac rari
ad spicarum mēsuram cōstituunt' in
ordine ad superiorem partem de cur
ru. A tergo vero eiusdē uehiculi duo
breuissimi timones figurantur/ vbi
bos capite in vehiculum verso iugo
aptatur. ⁊ bos mansuetus/ qui non
modum cōpulsoris excedat. Hic ubi
vehiculum per messes ceperit pellere
ōnis spica in carpentum denticulis ꝯ
prehensa cumulatur abruptis ⁊ relic
tis paleis. altitudinem ⁊ humilitatē
plerumꝙ bubulco moderante qui se
quitur. ⁊ ita per paucos itus ac redi
tus breui tēporis spacio tota messis
impletur. hoc campestrib9 locis vel e
qualib9 utile est vbi necessaria palea
non habetur. Secata frumenta ī ma
ne vsꝙ ad terciam. vel tota die cuꝫ
aer temperatus est ligantur. quia in
horis nimie siccitatis spice ac ligata
ex eadem segete franguntur. deīde li
gata portantur ad aream fasciculis
numeratis. ⁊ sub tecto aliquo aut in
barchis taliter disponuntur ꝙ aqua
pluies intrare non possit. ibiꝙ con
gregētur. donec fuerit vniuersa mes

fis explecta Postmodu3 triturantur
aut virgis aut equab9. sed virgaꝝ
tritura melius totum frumentu3 de
paleis excutit/trituratio uero equaꝝ
velocius/ꝛ fractione palearum eas
nutrimēto animaliu3 meli9 preparat
Ab ōib9 folliculis ꝛ seminibus ex
traneis euentatione mundātur. ꝛ con
uenienter exsiccata ꝛ refrigerata in
areis ad orrea seruanda portantur.
Cuius durabilitati proderit/si sepe ī
quiratur ne intra se aceruī calore ifi
ciantur extraneo. Quod quidem cu3
acciderit/per granaria siue orrea mo
ueantur vel euententur. uel quod me
lius est ad solem ꝛ aerem deportent᷑/
ꝛ refrigerata iterum orreis inferan
tur. Generaliter tamē de ōibus gra
nis preter milium comptum est/ꝙ ī
stipulis suis diuti9 ꝙ̄ excussa seruāt᷑
Frumētū ꝭ Ysaac calidū ē ꝛ hūidū
temperate. Cortex eius calidus ꝛ sic
cus est ꝛ mundificatiu9. nutrimentū
eius est paruissimū . in aqua calida
missus ꝛ perfricatus atq3 colat9 coc
tusq3/pectora ꝛ pulmones viscosis
humorib9 purgat. ꝛ si aqua mittat᷑
in lac nutribilior efficit᷑. Si cū vino
aqua mixto coquatur ꝛ fiat catha
plasma de eo/ mamillis duris prop
ter lac coagulationem dissoluit. Ysi
dorus autem dicit/ꝙ farina frumen
ti cū melle mixta faciei pustulas sa
nat mamillis ex coagulatione lactis
induratis/ cum adipe. ꝛ uino decocta
duriciem mollificat. Collectiones ꝛ
apostemata maturat. neruos īdura
tos ꝛ indignatos ꝛ quasi spasmatos
relaxat. Et eadem dicit Diascorides
Farmentum cum sale mixtū aposte
mata maturat. Tritici recētis ꝛ no
ui nutrimentu3 paruū crudu3 flātiuū
ꝛ inflatiuum existit. rugitum ꝛ dolo
rem laterib9 cōmouet. assatu3 magis
nutrit. ventositatem minus facit et
stipticu3 est In aqua coctum grauis
simum est ꝛ inflatiuū. digestioni du
rum. ꝛ rugitum mouet/humores den
sissimos uiscosissimos generat S3 ta
men si bene digeritur multum nutrit
ꝛ membra confortat propterea da
ri oporteteis qui magnis laboribus
exercentur. Granu3 fractu3 si cū lac
te coquatur/sanguine3 bonum ꝛ lau
dabilem generat ꝛ nutrimētū multū
Si tamē sepe sumantur/opilationem
epatis ꝛ duriciem splenis ꝛ lapidē
in vesica ꝛ renibus faciunt. maxime
si renes calidos naturaliter vel ac
cidentaliter inueniant. Et pasta qui
dem frumenti qua pluribus utimur
modis siquidem azima/uiscosa est in
flatiua ꝛ ad digerendu3 dura. Ideo
ꝙ inflationes ꝛ dolores. ꝛ opilatio
nes generat. ꝛ nutrimentū durum ꝛ
grossum ꝛ illaudabile reddit quare
exercitantib9 tantum cōuenit. Si ue
ro fuerit farmentata/bonu3 ꝛ lauda
bile generat nutrimentū. Si uero fix
a l' sub prunis cocta/mala ē q2 exte
rius dura ꝛ interius viscosa/ꝛ semi
cocta remanet. Ideoq3 nec ociosis ꝯ
petit/ propter viscositatem ꝛ crudi
tatem intrinsecam nec exercitantibus
propter duriciem ꝛ adustionē extrī
secam ¶ Panis in forma magnus /
corticem subtiliorem ꝛ duriore3 ha
bet. ꝑpterea eius cortex paꝝ nutrit
ꝛ est ad digerendum durus. humidi
tatem desiccat/ vnde ꝛ uentrem cōsti
pat medulle uero multum habet. ꝛ ip
sa medulla est grossa viscosa hūida

inflatiua ⁊ flegma viscosū generat.
Panis autem parui ⁊ subtilis interi
ora/ignis perforat ⁊ medulle humi
ditatem desiccat. vnde parum nutrit
⁊ tarde egeritur. ventremq̨ constipat
precipue si frigidus sit/ ⁊ vno vel du
obꝰ diebꝰ a coctione longiquꝰ. Qui
uero est mēsure medie in forma ē me
die potestatis. Et panis quidē cuius
ignis in coctione magnus fuit / ha
bet exteriora exsiccata ⁊ indurata.
Interiora vero nō bene cocta. quia
velociter cortex indurata nō permit
tit focum ad iteriora penetrare. Ide
oq̨ cortex est dura nō nutriēs sicut
fere icensa. vnde siccissimū sanguinē
parit ⁊ cōstipat vētrē. Et mica q̄dē
uiscosa grossa ⁊ indigesta. vnde cru
dos ⁊ viscosos generat hūores. Si e
nim anteq̄ coctus sit extrahatur vis
cosus erit/ fortiter digerētibus ⁊ ex
ercitātibꝰ tm̄ necessariꝰ/ Et si dimissꝰ
fuerit vsq̨ coctus erit siccus erit ⁊
stipticus ⁊ durꝰ digeri. Mediocris
vero focus/temperatꝰ est quia totū
penetrat corpus panis eq̄liter ¶ Et
coctus quidem in furno melior ē. q̄
totus equaliter coquitur. sub testis
vero deterior/ q̄ focus in una parte
magis opatur / ⁊ altera cruda rema
net ⁊ viscosa. ⁊ ideo ad digerendum
durus est. Si ergo sepe comedat̄ pꝰ
multum temporis inflationes ⁊ dolo
res lateris generabit. Similiter sub
cinericiꝰ aut super carbones coctus/
velociter extrinsecus desiccat̄. interiꝰ
vero grossus remanet ⁊ viscosus/ ⁊
multum cineris cum eo admiscetur.
maxime si ligna sint mollia/ ⁊ cito in
cendātur. ⁊ ideo inflationes grauita
tes membrorū ⁊ obscuritates facit

Et panis quidē calidus aut recens
magis est humidꝰ ⁊ nutritiuus qui
post vnum aut duos dies accipitur
laudabilis ē q̄ tēperatus est interiꝰ
et exterius. Siccissimus rarus est et
leuis causa ablate humiditatis. vn
de humores desiccat ⁊ generat sitim
propter desiccationē stomachi. ⁊ uē
trem cōstipat. Panis autē temperate
habens fermentum/ ⁊ sal ⁊ bene cōfec
tus/ ⁊ sicut oportet coctus/ facile in
stomacho digeritur ⁊ sanguinē claris
simum in corpore generat. Unde cō
modior est eis qui in quiete sunt et
deliciarū delectatione. Exercitantibꝰ
⁊ laborātibus incōueniens ē ꝑpter
sui subtilitatem ⁊ facilitatem dissolu
tionis ex membris eorū. Panis uero
parum fermentatus/ sal non habens
nec bene coctus. viscositatem creat
⁊ grossiciem. propter hoc aptus est
exercitantibꝰ ⁊ fortiter digerētibus.
Panis uero supfluū frumēti ⁊ salis
habens minime nutrit ⁊ confortat.
Uirtus enim salis humiditatem eiꝰ
desiccat. fermētum uero cōiunctionē
rarificat.

¶ De Faba.

Faba quedā grossa/ q̄dam
parua est. Item quedā al
ba. quedam nigra est. Et
iterum quedā facile coqui
tur. quedam dure. Et alba quidē q̄
facile coquitur est melior/ ⁊ parua sa
porosior est ⁊ magis fertilis q̄ gros
sa. Grossa uero pulchrior/ sed minꝰ
fertilis. In ōni aere habitabili ꝑue
nire dicitur. Terrā desiderat pinguē
⁊ cretosā/ ⁊ in ea subtilem facit cor
ticē ⁊ facile coquitur. ⁊ i mediocriter

soluta satis conuenienter nascit᷑. In
sabulo vero ⁊ macra non bene pro
uenit. ⁊ que ibi nascitur grossum ha
bet corticem. ⁊ dura est ad coquēdū
nisi talis ager letamine impinguetur
tunc enim eius malicia emendatur.
Melior tamen semper est q̄ nascit᷑ in
terra pingui cretosa. Seminatur aūt
i stipulis ⁊ terra non arata. licet ⁊ in
arata seri congrue possit. Spargit᷑
autem semē in locis calidis aut tēpe
ratis mense Nouembris ⁊ Decēbris
Frigidis aūt aut tēperatis / de mēse
Januarii ⁊ Februarii. cum terra pꝰ
forte gelicidiū talis est / ꝙ possit ara
ri post sparsum semen. Et melius qui
dem in humida q̄ sicca terra seritur
Sed ⁊ seri potest de mense Martii /
maxime i terra valde pigui. cui mul
tum pderit cum tarde seritur / si ma
dida seminetur. sic eniȝ statim germi
nare ⁊ nasci cogetur. ꝙ si i aqua leta
minis duobꝰ uel tribꝰ diebus molli
ficari sinatur / q̄ nascetur ex ea melio
ris erit cocture. ⁊ etiaȝ talis mollifi
catio pinguis / eidem cōtra terre ma
credinem auxiliuȝ exhibebit. Quidaȝ
dicunt fabam in aqua nitrata cū se
ritur respersam cocturam nō habere
difficilem nec est necesse vt nascatur
ꝙ glebe in eiꝰ semiatione rumpātur
his enim nō obstātibꝰ / licet plurimū
infra terram submersa fuerit / erūpit
pullulās ad supficiem terre. Corbis
vna ⁊ minus bubulcam cōplet. naȝ
late spargenda est / vt dilatari in sti
pitibꝰ possit. Luna aūt plena meliꝰ
seritur faba. Hoc genere letamis ter
ra non ledit᷑ ⁊ maxime si radices di
mittantur / nisi per accidens ager fue
rit humidus. Nam columela dicit a
grum frumētis utiliorem probari / q̄
anno superiori vacuus fuerit / q̄ qui
calamos fabacee messis eduxit ⁊ ue
ruȝ dicit duplici ratione. una ratio
quia de nutrimento frumenti aliqd
cōsumpsit. altera quia nō potuit in
estate sic comode exarari vt nouus.
Faba secundum Paladium rūcāda
est cū quatuor digitis eminet super
terram. deīde alia vice sarcitur cum
herbe noue fuerint in ea renate. quo
quidem nō affligitur sed proficiet ⁊
multum fructum reddet. Et frixa qui
dem prope moduȝ sicut ītegra respō
deȝ. Mēse Maii ⁊ Junii faba quadra
ginta diebꝰ floret. simulq̄ grādescit
Idem est in omnibꝰ que sunt seminis
duplicis. velut pisum ⁊ cetera legui
na. Mense Junii faba luna minuen
te velletur ante lucem sane / ⁊ anteq̄
luna procedat. ⁊ excussa ⁊ refrigera
ta ponatur i orreo. ⁊ sic gurguliōes
aut nullo modo aut minꝰ patiet᷑ infes
tos vt Paladius ait. Varro scribit
ꝙ faba ⁊ cetera legumina in vasis o
learijs cinere oblita / perdiu icolumia
seruantur. Fabe vt dicit Ysaac aut
comedūtur virides / ⁊ tūc frigide sūt
⁊ humide in primo gradu ⁊ hūores
generāt grossos crudos ⁊ inflatiuos
Vnde ventositatem faciūt. ⁊ ideo sto
macho valde nociue sunt. Sicce uero
⁊ maturitate pfecte frigide sunt ⁊ sic
ce in primo gradu. ⁊ illaudabilē ge
nerant sanguinem. ⁊ carnem inflant
⁊ dilatāt. ⁊ opantur i ea quod fermē
tum in farina. Vnde in supioribꝰ vē
tris plurimā grossiciem generant ⁊ i
flatiuam. ex qua fumus i caput ascē
dens / cerebro nocet. ⁊ somnia multa
⁊ corrupta inducit. Cuȝ igitur huiꝰ

41

nature sint fabe nõ eis aliquo decoc
tionis modo potest auferri/sed minui
Experimento autẽ hoc probatur· qz
fabis quotidie vtentes/idigestionẽ
⁊ inflationem patiuntur· etiam si sa
nissimi sint. Mũdificatiue autẽ sunt
⁊ ideo ualent ad lẽtigines· ⁊ qui cutẽ
sui corporis mũdificari uolũt/ex fa
rina earum lauari assuescant. Diuer
sis coquitur modis. Quedam eniz a
qua coquũtur· quedam enim igni as
santur. Cocte in aqua laudabiliores
sunt/ quoniam aqua eis plurimum
aufert uẽtositatis ⁊ grossiciei· Max
ime si eiecta aqua priori altera iun
gat᷑· Hec quoqz decoctio duob⁹ fit
modis· aut cũ cortice aut sine cortice
Et cocte quidem cũ cortice/dure sũt
ad digerendum grosse iflatiue· stip
ticitas enim corticis egressionez pro
hibet uẽtris· ⁊ mora eius diuturna ĩ
ventre ventositatem ⁊ inflationem
generat· Cocte uero sine cortice mi⁹
sunt inflatiue ⁊ cito digerũtur· ⁊ si se
cundum ius fiat calefactiuis rebus
appositis ut pipere ziziberẽ uł oleo/p
fecta est mediciana ad coitus operati
onẽ. Comeste autem cũ origano mẽ
ta cimio ⁊ similib⁹/suã uentositatez
⁊ inflationem minuũt· Assate minus
ventositatis ⁊ inflationis habẽt/ sz
ad digerenduz durissime sunt· veruz
tamen si aqua infundãtur post assa
tionem ⁊ cum cimino menta ⁊ origa
no comedantur/duriciem amittunt·
Fabe cõfracte bob⁹ in cibuz cõtinue
habundãter exhibite/cito eos impin
guãt· ⁊ hoc mõ boues magni ⁊ senes
a peritis beccariis impinguãtur ĩ di
eb⁹ quidecĩ/⁊ renouatur caro eoruz
Auicenna dicit· ꝙ fabarum rectifica
tio est prolongatio infusionis ea
rum et bonitas decoctionis · et come
dere eas cum pipere ⁊ sale ⁊ similib⁹
⁊ cum oleo· ⁊ meliores omniuz sunt
grosse albe nõ perforate a gurgulio
nib⁹· Et ex proprietatib⁹ earum est
ꝙ abscindunt oua gallinarum cum
nutriuntur ex eis. ⁊ ꝙ faciunt uidere
somnia cum alienatiõe perturbata·
et ꝙ faciunt accidere pruritum pro
prie recentes · Item emplastrum ex
corticibus earum super femur infã
tis prohibet ortum pilorum/ simili
ter quando sepe iteratur super locum
rasum. Et fabe abstergunt morpheã
in facie ⁊ precipue cum cortice/ ⁊ pã
num ⁊ lẽtigines ⁊ faciunt colorez bo
num· ⁊ earum emplastrum est bonuz
apostemati mãille/ ⁊ castitati lactis
in ea· ⁊ que ex eis cocta sunt cuz ace
to ⁊ aqua cõferunt solutioni antiq̃
⁊ proprie cum fuerit cum corticibus
suis. ⁊ cõferunt dissinterie. Plinius
dicit ꝙ faba cocta cum colatura ei⁹
potata pulmonem mũdificat. apos
temata mamillaruz curat. cum rosis
mixta dolorem ⁊ liuorem ⁊ lippitu
dinem oculorum curat masticata ⁊
tẽporib⁹ apposita/humores ad ocu
los reumatizantes compescit· Item
scissa ⁊ super venam inscisam posita
sanguinem restringit. lac effluens de
mamillis sistit/ ⁊ defluere de mamil
lis non permittit. Podagricis ⁊ arteti
cis cum adipe ouis decocta subuenit
si super doloris locum emplastretur
Tumores ⁊ inflationes apostematũ
repercutit si ĩ principio decocta in ace
to tumori apponatur Item dicit ꝙ
quando faba est in flore aqua smax
ime cõcupiscit cuz vero effloruit di

ligit siccitatem Item dicit q in aqua marina vel salsa vix coquitur. Dicit etiam q i insulis maris occeani nascitur faba p se/ que coqui nō potest Item in egipto nascitur faba spinosa lōga decem cubitorum/ quaȝ cocodrilli fugiunt/ timentes ne oculi eorū spinis eius ledantur.

De farre

Far est quasi similis plāte sed est grossior in herba ꝛ grano. Seritur tēpore tritici ꝛ spelte. Et corbis vnā bubulcam complet. Mundatur ꝛ metitur vt triticum. Far tempera te complexionis est. ꝛ est cibus bonꝰ sanis ꝛ egris. satis enim nutrit et confortat ꝛ bonum generat nutrimētum/ ꝛ potiꝰ est stipticū q laxatiuū.

De faseolo.

Faseoli noti sunt ꝛ eorum quidam sunt rubei Terrā autē desiderant qualeȝ panicum ꝛ miliuȝ. ꝛ inter ipsa ꝛ cicera cōmode semināntur. Seruntur etiam in ortis inter cepas ꝛ caules. sed ꝛ in minus soluta terra proueniunt. ꝛ eisdeȝ temporibꝰ seminātur Et quanto magis terra pinguis fuerit/ tanto rarius seminētur. herbis sepe mundentur. Colliguntur autē successiue ipsorum silique quotiens albedine sua maturitatem fatentur. ꝛ super lintheis aut sextoriis ad solem siccantur. Rubei calidi sunt ꝛ humidi in medio secūdi gradus. Albi vero parum minꝰ calidi sed magis humidi. Testatur hoc quia eorum grana vt cetera siccari non possunt. ꝛ si de siccantur diu seruari non possunt. humores generat grossos/ ꝛ inflationem ventositatem. fumuȝq plurimū caput implentē. ꝛ somnia pessima ac terribilia faciunt ꝛ corrupta. Auicē na preterea dicit q generant humorem grossum. sed sinapis prohibet nocumentum eorum. ꝛ similiter acetum cum sale pipere ꝛ origano.

De gith.

Gith est semen nigruȝ ꝛ q̄si triangulare. Cuius herba nascitur i frumētis ꝛ speltis ꝛ siligine/ ꝛ vulgariter dicitur gittironꝰ. ꝛ facit flores rubeos ad modum campanellarum. Est autem calidum ꝛ siccum in secundo gradu. Virtutem habet dissoluendi ꝛ cōsumendi. contra opilationē splenis ꝛ renum ꝛ yliacam passionem ꝛ dolorem stomachi ex ventositatate/ ualet puluis eius in cibis. Contra lumbricos/ detur puluis eius cum melle ꝛ fiat etiam emplastrum ex puluere eiꝰ ꝛ succo absinthii circa umbilicū

De lolio.

Lolium siue ȝiȝania nascitur inter triticū. siccis corruptisq partibꝰ. uim acutam habet ꝛ venenosam. Opilat. mētem pturbat. ꝛ inebriat. Cum uino cocta ꝛ stercore aȝinino ꝛ semie lini cathaplasmate facto/ apostema dissoluit ꝛ strophulas. Cocta tamen radicis cortice ꝛ vulneribus iaȝ putrefactis apposita sanat ꝛ mūdificat. Item est adustiua tritici/ qȝ trahit nutrimentum eius. sicut papauer est ȝiȝania auene ꝛ caulis vitis

quia adurit eam ut ait albertus.

De lenticula

Lenticula nota ē. hec vult habere locū tenuē et resolutum vel etiam pinguem sz siccum maxime quia luxuria et humore corrumpitur usque ad lunā duodecimā. De mēse Februarii seritur. Quartarium corbis in satione bubulce sufficiet. Cum autē lens valde cito pullulet / et incrementum accipiat / oportet quod si ager fimādus est / priusque seratur cū fimo arido misceatur. et cum ī illo quatuor vel quinque diebus steterit / tunc spargatur in agrum. hoc Albertus. sed Paladius precipit hoc fieri debere ut cito nascat et crescat. Frigida est ī primo gradu sicca in tercio. Nutrimentum eius est grossum et ad digerendū durū. melācolicuz sanguinem generat et si cū corticibus comedat / cerebrum fumogrosso impletur et melancolico. unde causa est doloris et fallacium formidolosorumque somniorum. Ventositatez et inflationem et constipationem faciūt. Preterea ceteris grānis stomacho nociuior est. et pulmoni ac dyafragmati et pelliculis cerebri ceterisque neruis pellicularum et precipue oculorū quia humiditatem eorum desiccat et exasperat. sanis oculis officit / quāto magis infirmis. Est igitur cōplexioni sicce noxia. sed eis que humide sunt complexionis aliquando prosunt si sine cortice coquantur. Item ydropicis valent. cum cortice vero nocent nimis propter ventositatez et inflationem quam faciunt. grandis et noua et coquibilis melior est secundum cibum et medicinazque parua uetus et dura / Si cineri misceatur melius seruabitur.

De lupinis.

Lupini autem terras vel uineas impinguandi / aut seminis colligendi causa serunt'. Quia prima causa in vineis uel agris sparguntur de mense augusti. uel collectis uuis serēdi sunt / et ligonibus cooperiendi vel aratro. Deinde mēse Aprilis vel Mai cum ad debitum augmentuz peruenerint / euertendi sic enī uineas et agros letaminis more impinguant et fecundant / et in agris tunc seratur et miliū panicum et tempore veniente frumentum. Et vineis quidem magis letaīne conferunt. quod eis non bene cōpetere dicitur quia ꝯsueuit uini uiciare saporem. Seruntur etiam optime post collectas messes in stipulis vel faualibus bis aratis vel circa principium Augusti. Deinde mense Octobris iuxta terram ligonibus inciduntur et per sulcos ponuntur. super quos seminato frumento uomere terra uoluitur. et sic denuo optimum granum ibidem efficitur. ubi etiam āno sequēti iterum frumentum seri potest vel siligo. Possunt etiam seri eodez tempore inter panicum in secunda eius sarculatione. qui collecto panico remāebunt ut agrum impinguent frumentarium secundum modum predictū et tunc due corbes eius vel plures ī bubulca ponuntur. Qui vero semis colligendi causa seruntur / mense Octobris et nouembris debēt seri. et corbis una bubulcam complet. limoso

agro lupinus nō nascitur. Cretā for
midat. ⁊ exilem terram ac lubricā di
ligit. ¶ Lupini sarculandi non sunt
⁊ sarculati extinguuntur. q2 vna3 tā
tum radicem habeant. nec hoc quidē
desiderant / q2 herbas preter auxili
um cultoris affligunt/ Mense Junii
vel Julii colligitur. ⁊ statī si placu
erit fertur ex area/ sed est ab humo
re longe ponend9 in orreis. sic enim
diutissime custoditur/ maxime si gra
naria eius afflauerit fumus assidu9
Lupini vt ait ¶ Ysaac calidi ⁊ sicci
sunt in secundo gradu. Et eorum ali
us est amarus /qui ex natura sua ta
lis est. ⁊ hic medicine cōpetit. Alius
dulcis ⁊ isipidus. qui ex mora mul
ta i aqua dulcoratus est ⁊ insipid9
factus. Farina lupinorum cū melle
valet cōtra lumbricos. ad idem val3
panis factus ex farina eius melle ⁊
absinthio positus super stomachum
⁊ melius si addatur ad modū aloes
Eadem farina apostemata maturat
⁊ rumpit. Lupinus vt ait Auicenna
subtiliat capillos ⁊ abstergit pānos
⁊ morpheam ⁊ faciem/ ⁊ tunc maxie
quando decoquitur cū aqua pluuia
li donec dissoluatur. Quidā dicunt
ꝙ farina lupinorum pilos natos ad
urit/ ⁊ exurgere alios non permittit
Ysaac ait ꝙ si aqua in qua dulco
rantur loca cimicum abluantur mo
riuntur. Dulcorati vero lupini nutri
mentum grossum est ⁊ ad digerendū
durum. Ideoq3 humores generat vis
cosos.

¶ De lino.

Linum desiderat aerē tem
peratum ⁊ terram solutā
⁊ pinguem. ⁊ quanto pin
guior fuerit tanto ipsius
stupa erit grossior. quanto vero ma
crior/ tanto eius stupa subtilior erit.
sed ex eo parum ⁊ breue in tali terra
nascetur. huius autē seminatione ter
ra satis maculari ⁊ ledi creditur. Ideo
q3 auxilio letamis eget si tale semen
recipere assuescat. Eius terra semel ā
te hyemem debet arari/ vt glebe pro
pter gelu sequentis hyemis in pulue
rem reducantur. deinde post hyemē
cum primum poterit secunda vice a
rabitur deinde erpegatur ⁊ iterū ara
tur quinq3 vel sex vicib9/ inter ōnes
in tantum ꝙ quasi in puluerē redi
gatur. Ita tamen ꝙ prima vice pfū
dius/ secunda vice minus profūde a
retur. ⁊ sic semp profundatio vsq3 ad
vicem vltimam minuatur. Deinde a
medio Aprilis vsq3 ad eius finem ip
sius est optima satio. que in summo
terre fit minus vno palmo/ terra su
pra semen aratro reuoluta. In cui9
satione secundum morem alexādrie
ubi linū optime procuratur. potest
unus bos vnum ducere aratrum. ⁊
duo simul iuncti possunt ducere duo
vltunum aratrum per vnum brachi
um vel parum plus quodam fune se
quatur ad primum. quorū unumqd
q3 suū habeat bubulcum qui aratrū
teneat ⁊ cōducat. Tres corbes hui9
seminis vel parum plus sufficiunt
in bubulca. Cui multum pderit si ta
lis ager erpegetur postq3 fuerit semi
natus. Et si tempus magne fuerit sic
citatis/ ei valde pderit si poterit irri
gari. pt etiam seri āte hyemē in locis

calidis/in quibus linum natū frigo
re non ledatur. ⁊ tunc melius ꝓuenit
in terra mediocriter cretosa q̃ in ni
mis soluta. nec ē necesse ꝙ sit piguis
⁊ ꝙ vltra duas uices aretur/dūmō
terra pulverizetur. ⁊ cum fuerit semi
natum/melius est ꝙ cū erpece solum
modo de quibusdam spinis facto se
men operiatur. ¶ Melius etiam est
ꝙ vnus homo cuz fune trahat erpec
em q̃ boues/propter nocumentū v
rinarum. ⁊ hoc est cuilibet homini fa
cile. hec herba bis mundanda est que
maxime grūgo id est custute vel lini
podagra inuoluente suffocatur. Ide
oq̃ extirpandꝰ est anteq̃ circa linū
inuoluatur/licet per ipsum ambulan
do ledatur cum magnum ē ⁊ ideo mū
dator debet ante se manibꝰ aperire.
⁊ ire per eum denatis optime pānis
Sed cum prima vice mūdatur/quia
tunc paruū est. ⁊ cōculcatum releuatᷣ
⁊ non leditur ambulando per eū Col
ligitur cum maturato colore flauesᷣ
cit. ⁊ eodem die ne rore tangatur sub
tecto portatur ligatum in fascibꝰ De
inde malleolis ligneis excutiuntᷣ semi
na. ⁊ ipsum linum ad macerandum
in aq̄ ponitur. in q̄ quatuor vel q̇n
q̃ diebꝰ si putrida sit stetisse suffici
at. Si autem non sit corrupta/vsq̃
ad septem dies in ea stare oportet/
vt putrescat caro herbalis. ⁊ cortex
ex quo fit stupa remanet īcorruptꝰ
Vel potest optime macerari hoc mō
vt Mediolanenses obseruant. Cum
maturum est/colligitur sine aliquibꝰ
herbis admixtis. ⁊ ī puis fasciculis
ligatur cum herbis vel siligine aut
iuncis. ⁊ in campo siccatᷣ. ⁊ quātū
potest defensetur a pluuiis/precipu

e cū est siccum. postea defertur ad do
mum ⁊ sub tecto ponitur/⁊ seruatur
usq̃ ad mensem Augusti donec com
pleta sit triturationis necessitas tūc
autez semen auferatur ⁊ ad aquā por
tatur/⁊ in ea ponatur. ac sepe cum ꝑ
ticis submergatur vel ponderetᷣ qui
busdam lignis vt optime balneetur
⁊ in ea dimittetur ꝑ dimidiā diē tā
tū. ⁊ sic bene balneatū reducatur ad
domum/⁊ totum ponatᷣ in cumulo
iuxta murum sub tecto. ⁊ paleis ope
riatur. ⁊ sic dimittatur tribꝰ diebꝰ ī
q̇bꝰ calefiet ac macerabitur ⁊ tūc cū
infrigidatum fuerit/uel tenerum ac le
ue effectum. vel semina in eo remanē
tia incipiunt germinare. uł stupa eiꝰ
a carne remota per se nō torquetur
completa erit maceratio. ⁊ tūc vnus
quisq̃ fasciculus diuidatur in tres
vel quatuor manipulos magnos/⁊
cum ipso lino ligentur. ⁊ in area op
time exsiccetur ⁊ reponatur. Postea
poterit quolibet tempore reparari vt
moris est. Erit autem signum tempe
rate macerationis quando maceratᷣ
in aqua cum tactu mollescit/adeo ꝙ
omnem rigiditatez amiserit. Cognos
citur etiam si ex eo aliquid extrahatᷣ
de aqua/⁊ siccatum probetur/si ca
ro herbalis a stupa facile separatur
Verumtamē si minus q̃ expedit ma
ceretur/erit stupa fortior ⁊ albior/
sed non perfecte sepabitur ab ea ca
ro herbalis. ⁊ erit durior ad filāduz
Deinde optime lauatur ⁊ in aqua ex
cutitur ⁊ ad solem siccatur. Cuz aūt
siccatū fuerit concutitur malleolis
ligneis vt eius caro rumpatur Dein
de ad solem calidum ponitur. ⁊ cum
fuerit calefactum/in pānis calidis ī

domo simul ponitur ꝛ cooperitur. ꝛ
cum p aliquas horas sic steterit gra
metur. hoc enim modo mundatur op
time/nec stupa rumpitur gramando
quod fieret si statim gramaretur. Et
si tempus fuerit humidum cum mul
tis pannis calefactis ad ignē prepa
ratur gramine. Deinde a spatulis ei⁹
mundificatio cōpletur Deinde pecti
natur ꝛ filatur. Virtus seminis lini
secundum Auicennā/est proxima uir
tuti seminis fenugreci. Calidū est in
primo gradu/ ꝛ mensuratum in hūi
ditate ꝛ siccitate. Si sumatur cū mel
le ꝛ pipere mouet coitum.

De Ordeo.

Ordeum tolerat omnem
aerem ꝛ desiderat terrā pi
guem ut optime proficiat
ꝛ in mediocri etiā proue
nit. Et patenti magis q̄ umbroso
loco letat. his temporibus eodē mō
ut triticum seritur. ꝛ septem diebus
sub terra moratur. ꝛ tunc egreditur
ut ait Varro. Legumina uero quin
q̄ dieb⁹ preterq̄ faba/ Seri etiam
ab Alberto dicitur i principio ueris
ꝛ utrumq̄ fieri potest. Sed huius
satiōis messis ad maturitatē tardi⁹
ꝑuenit. Ordeū cū marzolum qd
bononie marsola uocatur/seritur to
to mense Martii ꝛ principio mensis
Aprilis. ꝛ mense Julii est maturum/
Item inuenitur ordeum quod in tri
turatione mundatur. ut frumētū. ꝛ
istud eodem tempore seritur quo fru
mētum. in seminando corbis una bu
bulcam perficit. Colitur ꝛ mundat
ut frumentum/ꝛ maturatur modicū
ante ipsum. ideoq̄ messis eius prio
recipitur. que consummanda ē anteq̄
grana refractis spicis lapsa decur
rant/quia nullis uelut triticum folli
culis uestiuntur. Eius culmos quos
pinguiores dicim⁹ in agris aliq̄ diu
iacere sinamus quia hoc modo gran
desicit trituratur ut triticum. Ordeū
secundum Ysaac ꝛ Auicennam frigi
dum ꝛ siccum in primo gradu/ uir
tutem habet mundificatiuam ꝛ exco
latiuam. plus tamen faba desiccat ꝛ
ꝓpterea ab inflatione liberat. orde
um ꝛ triticum nutribiliora ꝛ lauda
biliora sunt ceteris granis. sed ordeū
citius digeritur. ꝛ ideo de membris
citius dissoluitur. frumentū uero tar
dius digeritur/ ꝛ tardius a mēbris
dissoluitur. Galienus de ordeo ꝛ fa
ba secundum medicinā dicit Ordeū
ꝛ faba quoniam temperamēto sunt
uicina/ in multis secundum medici
nam locum habent sicut cera ꝛ oleū
in cathaplasmatib⁹. fit de ordeo con
fectio utilis. elixatur ordeum prius
aqua. post assatur deinde farina fac
ta cum zucharo conficitur. hoc in es
tiuo tempore ad stomachi ꝛ epatis
refrigerium ualet. Ad sitim etiā ualet
cum aqua temperatū. siue grossum
ut cū cocleari comedatur siue liquī
dum ut bibatur. Ex eo ptisana cō
ficitur hoc modo. ut cortex auferri
possit/mensura ordei sumatur una/
aque nouem. ꝛ tam diu coquatur do
nec redigatur ad unam. ꝛ colatū po
tui detur. hoc ualet ad custodiendū
sanitatem. corpusq̄ humectat. Si
corpus refrigeriū plus appetat pa
rum aceti misceatur. uel addatur se
men papaueris albi. Ptisana sanis
crebro usu clarissimum ꝛ perfectissi

muꝫ sanguineꝫ generat nec minus q̄ panis nu trit· que sanis dāda est. In firmis vero diuersis modis prout cuiusq̄ expedit infirmitati. Si enim velis sitim ⁊ epatis caloreꝫ extingue re bibe supradicto modo· Si excola tiuaꝫ ⁊ mūdificatiuā ptisanaꝫ eē uo lueris/cum cortice coque· Si laxati uam ⁊ refrigeratiuam cocte in mane superpone mel violaceum· Si prop ter epatis opilationeꝫ illud velis ac cipere cum eo coquis simul radices apu ⁊ feniculi. ⁊ accipe illud cū oxiza cara. Alii autem dicunt q̄ ptisana fit hoc modo. ordeum mundatuꝫ deco quatur · multum bene in aqua· ⁊ co letur per pānuꝫ· Farina sic fit· Orde um bene mundatuꝫ in mola ponitur ⁊ teritur. mola tamen aliquantulum subleuata vt grossam operetur fari nam. Farina talis ī aqua cocta diu eit optimus cibus febricitantibus ⁊ precipue laborantibus apostemate spiritualium. Auicenna dicit q̄ habꝫ proprietates dictas de siligine· Iteꝫ si fit linimentum ex eo cuꝫ aceto for ti ⁊ ponatur more emplastri supra scabiem vlceratam/sanat eam. Iteꝫ fit ex eo emplastrum cum citoniis ⁊ aceto super podagram ⁊ prohibet fluxum superfluitatuꝫ ad iuncturas Et aqua eius cōfert egritudinibus pectoris. Et quādo bibitur cum semi ne feniculi/facit habundare lac ⁊ aq̄ eius est ifrigidatiua ⁊ humectiua fe brium. In calidis quidem pura ⁊ in frigidis cum apio ⁊ feniculo.

De milica.

Milica est notissima. Eius quidem duplex est mane ries. Est enim quedaꝫ ru bea/quedam alba· Item ī uenitur tercia species que est albior milio· Et iterum quedā ī herba mul tum excrescit· quedam paruꝫ· Et rur sus quedam morat̄ in agris vt lon ga· ⁊ quedam in paucis maturatur diebus ut miliuꝫ· ⁊ hec est que in her ba parum excrescit ut milium· Terrā desiderat valde pingueꝫ ⁊ potius cre tosam q̄ solutā· ⁊ eā valde macrat / propter multū nutrimentū quod q̄ rit. Et locis quasi paludosis letatur ibiq̄ optime prouenit cum primo re ducuntur ad cultum. nam nimia pin guedine talis loci/ frumentum ⁊ fa ba periret in eo/nisi primo per satio nē milice sup̄flua ꝯsumeret̄ pigued0 Seritur in pastinata terra vel in so lida· potest etiam seri per sulcos fa barum ⁊ cicerum / ⁊ vbicunq̄ rare nate fuerint fabe ⁊ cicera in secun da sarculatione ipsarum / que fa bis a ciceribꝰ eradicatis erit denuo sarculanda· In temperato aere circa finem Martii ⁊ initium mensis Apri lis/In calido uero maturius ⁊ in fri gido serius est serenda. Sed ea que parua est toto tempore quo milium seritur potest seri/quia tantundē mo ratur in agris. Et ideo quidā mixtī eam seminant cum milio uel pani co / vel etiam cum vtroq̄ simul. Et paruꝫ huiusmodi semis uidelicꝫ octaua corbis / sufficit ad complen dā bubulcā. Circa quideci uel viginti dies semen eius sub terra moratur/ā teq̄ nascatur ⁊ natuꝫ licet sit parua milica tamē runcatur circa finē Apri

lis ꝛ initiū mensis Mai. ꝛ tunc ipsi9 herba oblaqueatur ut meli9 germinet ꝛ pulluler a radice. Deinde mense Junii seritur siue rūcatur secūda uice ꝛ tunc circa ipsius herbaꝫ terra cumuletur/ut a casu melius defendatur et sole. Mense Augusti vel Septembris colligitur eis iuxta terram incisis. ꝛ postea iuxta panoclas/ si melegaria habere volueris. Si vero eis non egeᵃ/particis flectitur. ꝛ panocle inciduntur ꝛ in fasciculis ligātur / melegariis super radices in campo relictis. ꝛ ī bubulca mediocris milice circa sedecim corbes ꝓueniuut. siccāda ē quantū potest postq̄ᵹ equabus fuerit triturata uel uirgis. ꝛ in loco reponenda uentoso quantū potest apta/ne nimiuꝫ adunata calefiat ꝛ corrūpat᷑/ Melegaria cōpetunt ad claudenda tuguria/ ꝛ uias tēpore luti sternēdas ꝛ cōpetunt igni ꝛ clibanis calefaciendis cum fuerit exsiccata. ꝛ plātas salicum inuoluēdis ne excoriētur a bestiis. ꝛ ne sole urantur estiuo Semē milice bonus cib9 est porcis/pro cibo ꝛ bobus ꝛ equis dari potest. ꝛ homines ea tēpore necessitatis utūt᷑ ꝛ sola ꝛ cum aliis granis in pane. ꝛ precipue rustici qui cōtinuis laborib9 exercitantur. Et est frigidum ꝛ siccū generat melancolicum sanguinem Item inflatiuū est. ꝛ ꝓpter suuꝫ pōdus facit descendere cibū. quē in vētre inuenit.

De milio.

Milium notum est. Cuius duplex est maneries. Quᵭdam scilicet qᵭ circa tres menses moratur in agro. ꝛ aliud quod maturitatem recipit in sexaginta dieb9 postq̄ᵹ fuerit seminatum. Terram desiderat valde aratā solutam ꝛ pinguem. nā ꝛ in sabulo ꝛ arena prouenit dūmodo solo irriguo ꝛ humido celo seratur. nam siccum ꝛ argillosum formidat agrum. ꝛ terre in qua seritur pinguedinem valde ꝯsumit. Seritur etiam per sulcos fabarum ꝛ inter ipsas ubi rare fuerint in secunda earum sarculatiōe si terra fuerit soluta vel media nō cretosa. quod euulsis fabis sarculādū erit. Seritur etiam optime inter faseolos/ꝛ in vineis seri potest. Mense Aprilis Mai ꝛ Junii seri potest. Paladius vero dicit ꝛ cum eo concordat experientia rusticorū/ ꝙ seratur milium de mense Martii/ ꝛ erit maturum in mēse Junii. Ex quo ꝓbabiliter sequitur / ꝙ si terra sit bene pīguis/poterit in eadem estate iteruꝫ seminari. Corbis octaua pars sufficit ī bubulca. Herbis preterea liberetur assidue. Maturum est cum totuꝫ albescit. Ab auiculis cum multo labore defendit᷑/ Cum secatum est ꝛ in fascis ligatum/erigatur ad solem. ibiq̄ᵹ per duos vel tres dies moretur. Deīde portetur ad aream. ꝛ statim trituret᷑ ne si in magnum ponatur aceruū calefiat ꝛ corrumpatur. Eo triturato siccetur optime āteq̄ᵹ portetur ad orreum. quia milium non bene siccatuꝫ statim calefit ꝛ corrumpitur. Optie vero siccum longissimo tēpore seruatur. ꝛ quidam colligunt solū spicas sicut ī panico seruatur. Milium secūdum Ysaac frigidum est in primo gradu/siccum ī secundo. Testat᷑ hoc leuitas ꝛ concauitas eius. ꝛ viscositatis uentositatisq̄ᵹ absentia. min9 nu

rit ceteris granis ex quib9 fit panis Gratia tamen sue siccitatis confor tatiuum est stomachi· ⁊ aliorum mē brorum corporis· diureticum est/ ⁊ ideo assatur ad ignem/ ⁊ ad corrīem doloremq ventris calidū supponi tur. Causa autem sue siccitatis ⁊ nu trimenti minimi/ non est accipiēdū ab his qui carnes suas augmētari ⁊ impinguari desiderant· nec ab eis qui in corporib9 suis laudabilem sangui nem generari volunt. sed ab illis tan tum a quibus refrigeratio aut ɔfor tatio humorumq superfluorū desic catio appetitur ⁊ desideratur·

De panico·

Panicum desiderat eandem terram ⁊ aerē quam mili um. ⁊ eisdē seritur mensi bus ⁊ eodem modo· ⁊ tan tundem seminis requirit in bubulca Et eodem modo herbis sepe mūdat. qd etiā iter fabas cicera ⁊ faseolos ⁊ in vineis cōgrue seri potest/ secūdū doctrinam de milio traditam Est eti am quoddam panici genus quod in paruo tempore recipit complemētū ⁊ istud congrue seminatur post mes ses cōpletas in stipulis bis vel ter a ratis ⁊ glebis cōfractis ⁊· in quibus optime prouenit/ nisi tempus eximi e fuerit siccitatis. Panicū secundū Ysaac ⁊ in forma ⁊ natura similē milio· minus tamen nutrit· ventrem vero constipat magis· Accipitur di uersis modis ⁊ per eorum diuersita tes/ actionem suā mutat· quocunq tamen modo melius milio est· Coqui tur autem sepe aut cum piguedine ā cum oleo. sepe cum lacte caprio vel amigdaleo· Et coctū quidē cū oleo aut pinguedine laudabilius est/ quo niam siccitatem suam amittit ⁊ vapo rositatem bonumq nutrimentū ac quirit· ⁊ constipationem perdit. Cū lacte vero coctum laudabilius est eo quod cum aqua sola coquitur. Sed coctionis cum aqua duo sunt modi coqt' enī ā itegre ā mola fractū. In tegrum ablato cortice coquitur: uti vna panici mensura quindecim aque ponuntur Ita coctum grossum est ⁊ ad digerendum durū sꝫ non est ven tris constipatiuū: quia propter su um pondus ad inferiora descendit. Mola tritum coquitur ita ut farine mundate decies tantum aq̄ ponatur ⁊ postq̄ bis ꝉ ter bulierit/ digitis fri cetur ⁊ coletur/ ⁊ colamentum suscep tum donec durescat excoquitur· sic q comedi vtile est. ⁊ ceteris subtili us· digerit q facilius · magis vero stipticum ·

De piso·

Pisum est robilia alba et grossa Et seminatur de mense Septembris ⁊ Octo bris ⁊ Januarii ⁊ Februarii vt puto· melius in terra facili ⁊ soluta loco tepido ⁊ aura humida due partes corbis uel parum minus in bubulca sparguntur ·⁊ colligi hoc debꝫ siliquis exsiccatis/ ⁊ granis for titer induratis · luna decedente post q̄ multum processerit ī defectu· Fri gidum est iu primo gradu ⁊ tempa tum inter humiditatem ⁊ siccitatē· Cortex eius stipticus ē cortice ergo mundatum / laudabiles generat chi mos· nec inflationem aut ventosita

tem facit sicut faba. ⁊ ad vsum eden
di bonum est/in estate ⁊ i calida regi
one.

¶ De spelta.

Spelta nota est. Eius qui
dem diuersitates sunt/ q2
q̃dã ẽ grauior ⁊ hec est me
lior. quedam uero leuior
⁊ hec deterior est Aerem desiderat q̃lẽ
frumentum/ ⁊ terram. sed melius de
fenditur in macra q̃ frumentum. et
in creta ⁊ patenti campo optime pro
uenit. Et his temporibus seminatur
quibus frumentũ ⁊ eodẽ mõ. sed due
corbes in bubulca seruntur/ cũ ex fru
mento corbis vna sufficiat/ Colitur
⁊ mundatur sicut frumentum. Meti
tur autem immediate post frumẽtuʒ
cum post ipsum modicum maturet.
⁊ eodẽ modo trituratur. verum sepa
rata a paleis pluries trescatur id est
virgis semen eius excutitur/ vt ab a
ristis mundetur. Temperate qualita
tis est. ⁊ equis ⁊ bobꝰ ⁊ similibꝰ pre
bet optimum nutrimentum. sed ⁊ hõi
nes ea vti cõmode possunt quia eiꝰ
panis temperatus est ⁊ valde leuis.
⁊ ideo si tres partes spelte/cum quar
ta misceatur parte fabarũ /ex super
flua grauitate fabarum ⁊ multa leui
tate spelte/fit panis satis pulcher et
bonꝰ ⁊ familiis conueniens/ si in eiꝰ
artificio diligẽtia obseruetur que su
pra dicta est in pane frumenti.

¶ De siligine.

Siligo nota est. ⁊ eius qui
dem nõ sunt diuersitates
Aerem enim cum frumen
to desiderat. ⁊ frigidiorẽ
tolerat/ vt alpes. quia citius matu
ratur. In nemoribꝰ enim alpium/ ĩ
cidentur Mense Mai ⁊ iunii omnes
ramusculi arborum. deinde cũ siccati
fuerint inciduntur de mense Augusti
ʒapantur quasi in cinere tãtum/ ⁊ sp
gãtur per totum agruʒ. ⁊ in eis semi
natur siligo que optime prouenit il
lo ãno. Deide vsq ad septeʒ quiescit
ãnos. ⁊ eadem satio denuo iteratur
Sed ubi non sunt nemora: herba cũ
suis radicibus ⁊ modico terre icidi
tur/ ⁊ exsiccata cõburitur. in cuius ci
nere ⁊ puluere siligo postea prefato
tempore seminatur. ⁊ circa octo ãnos
quiescit. ⁊ idem opus postea iterat᷑.
Terrã desiderat solutaʒ ⁊ sabulosaʒ
⁊ in pingui ⁊ patẽti cãpo melior ꝓue
nit. ⁊ his tẽporibus quibꝰ frumẽtũ
seritur. conueniẽtius tamẽ ante q̃ pꝰ
seratur. Una quideʒ corbis seminis
sufficit in bubulca. Colitur ⁊ munda
tur sicut frumentum octo diebus flo
ret circa finem Aprilis ⁊ initiũ Mai
locis temperatis. quo tẽpore tangi a
cultore non debet. Et quadraginta
diebꝰ deposito flore grandescit. usq
ad maturitatis euentuʒ. Maturat᷑
autem ⁊ metitur/ anteq̃ frumentũ. ⁊
trituratur vt ipsum frumentũ. Eius
quideʒ substantia est tenax ⁊ uiscosa
valde/ ⁊ ideo cõuenienter miscet᷑ cum
milica milio faba ⁊ similibus/ ad pa
nẽ pro laboratoribꝰ ⁊ familiis faci
endis. quia coniungit ⁊ conglutiat
pastas eorum/ que per se cocto pane
retineri non possunt. sed franguntur
⁊ teruntur. Siligine uero sola in pa
ne raro vel nunq̃ vtimur. Auicẽna
dicit ꝙ est de natura ordei scilicet fri
gida ⁊ sicca in primo gradu ¶ Eius


nutrimentum est minus nutrimento tritici · et eius aqua frangit acuitatē humorum / et similiter farina eius su per pannum ponitur epithima cali dū ex ipsa · et fit ex ea decocta sicut sorbitiones cum pice · et colophonia emplastrū super apostemata dura et cum solo furfure suo super aposte mata calida ·

De vicia ·

Vicia dupliciter vtimur q̄ seminis colligēdi / aut pa buli secādi causa. Est eni optimus cib9 equis et bo bus herba eius et semen · Seretida est de mense Januarii et Februarii. nō in aurora quando ros est / sed quan do sol per duas vel tres horas calu erit et absorbuerit rorem · quoniā cō pertum est / viciam rorē sustinere nō posse. sed euanescere uirtutem ei9. Ca uendum est autem ne seratur antequā luna sit in vltima sui circuli quarta hoc est post uicesimam primam lunā compertum est enim q ante sată / lia ces persequūtur et deuorant · Habet hec vicia propriū · q2 uiridis messa si cū eo qđ in terra remanet ager sta tim aret / letamis more terrā impin guat · Si autem exaruerint radices ei9 anteq̄ terra aretur / succum aufert ab agro.

Et sic est finis huius tercii libri.

Incipit liber quartus · De vitib9 et vineis et cultu earum · et de natura et vtilitate fructus ipsarū ·



Superius in libro se cūdo multa de natu ra et cultu vitis dic ta intelliguntur. cū de natura plantarū et reb9 cōmunib9 cul tui cuiuslibet generis agrorum / gene rali sermone diceretur · Nunc vero i hoc quarto libro de natura et cultu vitis et vinearū et ōni vtilitate fruc tus ipsarum specialiter est agēdū.

De vite quid sit et de virtute foli orum et cineris eius et lacrime ·

Vitis apud nos nota ē licz in frigidissimis regionib9 in quib9 uiuere nō potest ignota ē · Ideoq3 dicam9 q est quedā humilis arbuscula / mul tum tortuosa nodosa et scabrosa. la tissimos habens poros et magnā me dullā et frondes latas et intercisas que sine putatione et palorum et ar borum auxilio diu viuere et cōmode stare nō potest. Et ei9 quidē fructus est vua · ex cuius succo fit uinū pre ciosissimus liquor · Folia uitis sunt multū medicinalia. nā vulnera mun dant et sanāt · i aqua decocta calorē febrilē refrigerant · Estuationē et tu morē stomachi cathaplasmata / mire sedant / pregnantem adiuuāt. somnū prouocāt · et cerebrū cōfortāt · Eius lacrima potata sepe calculos frangit ut dicit diascorides Visū acuit. lip pitudinē oculorū tollit. Morsib9 ve nenosis succurrit. et ventrē sistit. Ci nis eius valet ad predicta cū succo

rute ⁊ oleo admixtus. Plinius aūt dicit/ ꝙ folia vitis dolorem capitis amputāt. inflationē sedant ⁊ cū fari na ordei calidā arteticam curāt. dis sintericos valde iuuant si eoruꝫ suc cum bibant patientes. Cortex vitis ⁊ folia arida/ vulnerum sanguinem sedant/ ipsumqꝫ vulnus cōglutinant ⁊ sanāt. Cinis vitium mox fistulam purgat ⁊ curat. neruoruꝫ dolores ⁊ cōtritiones mitigat Scorpionū ⁊ ca nun plagas cuꝫ oleo sanat. Et cinis corticis p se pilos ablatos restaurat ⁊ multiplicat.

De vinearum diuersitate.

Vinearum genera diuersa sunt secundum diuersas ⁊ varias consuetudines regionuꝫ. Nam quedam cum auxilio palorum ⁊ particaruꝫ in ordine fiunt. ⁊ hoc duob⁹ modis. v no quidem modo vt cuilibet palo sit vitis adiuncta. ⁊ sic fiunt ī plurib⁹ partib⁹ Lombardie ⁊ Romaniole. Et hoc quideꝫ modo in exili terra tribus plātentur pedibus distantes quaqꝫ versum. In pingui uero quatuor. in mediocri trib⁹ ⁊ semis Alio uero mō vt una uitis supra multos palos ⁊ particas extendatur. ⁊ sic fiunt ī plu rib⁹ partib⁹ Marchie Anthonitane Et hoc quidem mō plantent᷑ distan tes ꝯsiderata pinguedine vel exilita te terre adeo ꝙ spacium vniuersum possint cōgrue operire. ⁊ hee quidem ligonib⁹ tantuꝫ coluntur nisi fuerit alte plurimum ⁊ distantes. Quedaꝫ rursus fiunt uelut arbuscule more ꝓ uinciali/ quas sine pali auxilio stare constat. Et hec quidem aut fiunt per certas acies adeo abinuicē distātes ꝙ arari possint ⁊ diuersis seminib⁹ seri. aut eque distantes undiqꝫ ꝙ ara ri nō possint ⁊ hoc quidem modo tri bus distent pedib⁹ aut minus vel ā plius/ secundum ꝙ fuerit letū aut ex ile solum in quo plātantur. Quedaꝫ etiam in aciebus fiunt cum particis. aut in forma pergulariorum paruo rum. que a parte stipitis sunt depres sa ⁊ ab opposita eleuata. ⁊ hic mod⁹ a quibusdā Mutine/ ⁊ in aliis locis pluribus. ⁊ maxime in ortorū spaci is obseruatur. Quedam vinee fiunt cun arbusculis ad hoc formatis per agros plus vel minus eque distātes secundum ꝙ magis vel minus de ui no uel tritico paterfamilias optaue rit/ mediocris tamē modus distantie sedecim vel uiginti pedum habetur. ⁊ iste modus maxime apud mediola nū ⁊ in illis partib⁹ obseruatur. Que dam plātantur in ripis fossatorum cū fiunt. aut postea sup ripas. aut e tiam per agros iuxta magnas arbo res. vt eas que sunt in agris aut ri pis operiant/ ⁊ fructificent. ⁊ hic mo dus plurimuꝫ obseruatur in multis partib⁹ Ytalie. Et iterum supradic tis vineis q̄ ī ordinib⁹ fiūt. q̄b⁹dā ponūt᷑ pali ⁊ ptice q̄b⁹dā vō pali ā frascōes loco ip soꝝ solūmō ⁊ fermē tes in quatuor partes ā duas tantū uel ut partice extendūtur ⁊ ligantur ⁊ hic modus apud Cremonaꝫ ⁊ cremō nam ⁊ piscoriuꝫ precipue obseruat᷑ ⁊ quedā sine āminiculis iacere sinū tur in terra. quod pro sola necessita te uel indigentia prouincie faciēdū est. ⁊ hoc maxime potest in mōtibus ualde aridis tolerari ubi vue non

putrescunt in terra iacentes/sed a so
lis nimio feruore seruãtur.

¶ De diuersitate generum vitis.

Diuersitates generum mul
te sunt. Nam quedam ual
de timent nebulaꝫ ꝛ prui
nas· quedam parum· Et
quedam timẽt siccitatem ꝛ uentos· ꝛ
quedam ea facile tolerant Et quedaꝫ
valde fecunde sunt. ꝛ quedam paruꝫ
Et quedã vites sunt quarum fructꝰ
cito maturantur· q̃dã tarde· Et que
dam valde fructum suuꝫ in flore per
dunt· quedã non· Et quedã melumi
ne fructu priuantur. quedaꝫ fructum
suũ ab eo defendunt/ Et quedaꝫ faci
le ventis rumpũtur. quedaꝫ adeo te
naces existunt/ vt ab eis facile nõ le
dantur. Et quedã timent pluuias. q̃
dam nimiã siccitatẽ· Et quedã sunt
spissos nodos habentes. quedã earũ
gẽmas per lõga internodia distulerũt
Et quedam sunt longos ꝛ grossos
palmites facientes quedam paruos·
Et q̃dã magnã medullã faciũt· quedã
paruam· Et quedam frondes faciũt
valde intercisas. quedam parum Et
quedam rotundas ꝛ continuas· Et
quedam faciunt vuas albas · ꝛ que
dam rubeas· quedã nigras· Et q̃daꝫ
botriones multos ꝛ paruos/quedaꝫ
paucos ꝛ magnos· ꝛ quedã faciunt
grana callosa/quedam mollia/ Et q̃
dam durum corticem granoruꝫ/que
dam subtilem ꝛ tenerum· ꝛ quedam
faciunt grana ualde pulcra ꝛ lucida
quedam obscura. ꝛ quedam dulcia/
ꝛ quedam acria · ꝛ quedam faciunt
uina seruabilia ꝛ q̃dã corruptibilia.
Quas õnes diuersitates facile uidere
potest vir industrius ꝛ expertus.

¶ De diuersis speciebꝰ vitium.

Species vitis valde mul
tiplices inueniũtur· Et ip
sarum multe diuersis nõi
bus in diuersis prouinci
is ꝛ ciuitatibꝰ appellãtur· Sed quo
niam ex eis quedam sunt meliores /
ꝛ quedã minus bone· primo melio
res ꝛ earuꝫ bonas conditiones apte
scribam· ꝛ earũ ponam nomina. Dei
de breuiter dicam de aliis minus bo
nis· vt habita vtrarũqꝫ noticia. sci
ant volentes plantare uel inserere ui
neas eligere meliores ¶ Dico itaqꝫ in
primis ꝙ est quedam species vue q̃
vocatur sciana/ que satis tarde pul
lulat. ꝛ est vua alba quasi rotundũ
habens granum/ ꝛ faciens mediocri
ter magnos ꝛ spissos botriones· ꝛ
folium mediocriter intercisuꝫ· ꝛ ĩ quo
libet sermẽto etiã ĩ ueteri nato duos
uel tres quatuor ꝛ quiqꝫ quandoqꝫ
botriones producit. Et tanta est du
ricies ligni eiꝰ/ꝙ sermentes nõ flec
tuntur inferius propter uuarũ pon
dus. Vnde vltra modum ramulos
implet. ꝛ uua eius est ualde uinosa
ꝛ lucida/ ꝛ cito maturitatem recipit·
Et uinum eius est ualde subtile ꝛ di
aphanum/ ꝛ mediocriter potẽs· ꝛ ser
uabile ꝛ maturum· Macram terraꝫ
aut mediocrem ꝛ montuositatem de
siderat ꝛ in ea melius q̃ꝫ in aliqua
alia fructificat · si stricte putetur
¶ Nam longos palmites cum uuis
nutrire non potest. et hec apud brix
iam ꝛ partes montanas mantue ꝑci
pue frequentatur· ꝛ pre ceteris ĩ spe
ciali ueneratione habetur· Est alia

species que vocatur albana que tar dissime pullulat. et e una alba modi cum longum habens granu et faciens satis magnos botriones et spissos et longos. et mediocriter fructificat. et facit folia mediocriter itercisa. et eius sarmeta vi ponderis non flectuntur tanta est durities ligni eius. Et eius grana a sole plurimu colorantur. et valde cito eius maturatio complet. Et est satis dulcis in sapore/ sed cor ticem austerum habet. et ideo melius est quod vinum ex ea exprimatur quam quod ferueat in vuis diu cum corticibus et racemis. Et vinu quidem eius e ual de potens et nobilis saporis. bene ser uabile et mediocriter tenue. ¶ Et si tempestiua paulisper fit eius uinde mia/ melius seruatur vinum eius Et hec species vue pre ceteris apud Forli num et in tota Romaniola in uenera tione habet. vbi strictissime putat. nam cum longis palmitibus minus de fenditur. Est et alia species vue que tri biana vocatur. que est alba cum gra no rotundo/ et multos botriones fa ciens ¶ In iuuentute sterilis. et proce dente tempore fecundatur. nobile vi num faciens. et bene seruabile. et hec species per tota Marchiam precipue comedat. Est et alia spes que gragno lata dr que unu os tm hab3 i grano et e lucidissima. et longum habet aliqua tulum granum. et facit vinum ualde limpidu3 et potens et durabile et no bilis saporis et odoris. et hec apud Tridoa3 et i ill ptib9 maxie omendatur Est alia species que a quibusda malixia/ et a quibusda3 faracla uoca tur. que granum album et rotundu3 habet et turbidum cum subtili corti ce. que miro modo ponderat/ et in ter ra satis macra deficit. et vinu facit mediocris boitatis et potetie no mul tu subtile nec mltu seruabile. et hec pre pue apud bononia3 in honore habe tur. Est et alia species. que gorgani ca dicitur. que alba est et rotuda mi rabiliter dulcis clara seu lucida et co lore aurea. et cum grosso cortice/ ser uabilis vltra omnes alias. et ualde fer tilis scilicet femina. q2 mascula nihil ualet cuius grana sunt longa et in co lore ualde aurea. s3 sterilis est omnino Et eius uinum est ualde subtile et di aphanum. parue potentie et satis ser uabile. et hec apud bononia et padu am in magna ueneratione habet. Est et alia species que albama3a dicitur que est alba non lucida sed maculis plena. rotunda et mirabiliter dulcis et uinum facit dulcissimu3. Et quib9 da annis e fertilis sepe sterilis et pcipue si stricte putet/ sed satis fertilis est si cum longis palmitibus relinquitur. et hec in multis partib9 bononie inueni tur. et maxime in burgo panicalis in honore habetur. Est et alia species que vocatur buranexe. que est vua alba multum dulcis et pulcra et in arbori bus bene fructificat. Item est vua que vocatur affricogna. que non est delectabilis ad edendum. et in arbori b9 miro modo fertilis est. et ideo pre cipue copetit in locis vbi homines vuas inuadunt. et hec due species a pud piscoriu pre ceteris diligunt. Sunt etiam quedam alie vuaru3 al barum species sicut liuidella que bo num et seruabile facit vinum et mul tum. que apud pisanu precipue pla tatur. Et uerdiga que paruos facit

palmites. et multuz fructum. Et uer
decla que genera facit viridia et par
ua. ⁊ multas fert vuas/ Que due spe
cies ⁊ iferiores que minus bone di
cuntur/ in antiquis vineis ⁊ in qui
busdam nouis per comitatuz inueni
untur Bononie. Sunt ⁊ alie species
vuarũ albarum quarum quedã licz
apud quosdaz in magno habeantur
honore. tamen apud nos diuersis ra
tionib9 aut ꝓpter paucitatẽ fruct9
ipsarum/ aut q2 nimium mellinuz ti
meant/ minus bone per experientiaz
reperiuntur. Et hee sunt muscatellus
et liuatica que optime ad esum sunt
⁊ in arborib9. sed in vineis spissis ⁊
iuxta terraz non respondẽt ad uotũ.
Et greca ⁊ uernatia que licet apud
nos bonum faciant vinum/ tamẽ fa
ciunt nimis parum. Et berbigones ⁊
coceruia ⁊ graposa ⁊ fusolana ⁊ lũi
za. que bonum faciunt vinum. ⁊ qui
busdam ãnis sunt miro mõ fertiles
⁊ maximos botriones agentes/ sed q̃
si singulis ãnis fructu destituũtur in
flore. nõ ferentes aliquomõ mellinũ
Uuaruz similiter nigrarum uł rubea
ru m multe sunt species . quedam ual
de bone. et quedã parum. Et bone q̃
dã sunt grilla et zizaga siue marde
gana/ que sunt quasi eiusdem cõdici
onis. sunt eni modicuz nigre/ multũ
fertiles õni ãno habentes longa gra
na/ ⁊ ipsoruz corticem subtilẽ ⁊ pul
crum. ⁊ delectabile uinum faciunt ⁊
satis seruabile. sed propter nimiam
pluuiam crepant eorum grana. ⁊ in
mõtib9 non ꝓueniunt . sed in cãpes
trib9 agris letantur. Differunt tamẽ
q2 zizaga nobilius uinum facit/ sed
minus. q2 paruos facit botriones ⁊
raros sz multos ⁊ parua grana Gril
la uero facit õnium horum opposita
⁊ he species habundanter inueniunt
Bononie ⁊ in multis aliis terris.
Est ⁊ alia species uue nigre que uoca
tur Rubrolum . que non est delecta
bilis ad edendum. ⁊ ẽ miro modo ui
nosa ⁊ vult terram pinguem ⁊ ſter
coratã. ⁊ ualde timet vmbras ⁊ ma
ture pullulat ⁊ vinum facit optimũ
⁊ seruabile ⁊ potens valde . nec au
det vltra unum diem uel duos stare
in graspis. ⁊ hec in ciuitate Astensi ⁊
in illis partibus in maximo honore
habetur. Est ⁊ alia species que uoca
tur maiolus que est ua nigra val
de cito maturabilis. ⁊ pulcros ⁊ lõ
gos ⁊ spissos botriones faciens. in
sapore dulcissima. ⁊ uinum facit du
rum. ⁊ satis seruabile quasi nigrum
⁊ satis fertilis est/ sed mellinum ali
quãtulum timet ⁊ in plano ⁊ in mõ
tib9 prouenit. et hec maxime apud
Bononiam in locis infinitis habet
Est et alia species que huracla voca
tur que ualde nigra est habens lõga
grana. et uinum faciẽs ualde nigruz
et bonum in terris humidis et aquo
sis. sed in mõtanis et siccis locis nõ
letatur. et hec apud Farrariaz pre ce
teris speciebus eligitur Est et alia spe
cies q̃ uocatur Gimaresca. hec non ẽ
multum nigra longum habẽs granũ
et ãte maturitatem omnia folia per
dit. i sapore acris siue acida. medio
criter fertilis. botriones facit raros.
et uinum optimũ et diu seruabile et
hec vua nõ comeditur ab auib9 vel
canib9. nec libenter ab hominib9. et
ex ea plurimũ inuenitur in partibus
montanis Bononie Est et alia spe

cies que dicitur Graiolus quasi pre
dicte similis in sapore et vini dura
bilitate ⁊ forma· sed maiores valde
botriones facit. ⁊ grana grossiora. ⁊
habundantius vinum/ sed minus no
bile· ⁊ magis pingui loco letatur· ⁊
hec in pluribꝰ partibꝰ Bononie inueni
tur· Est ⁊ alia species vue nigre que
dicit͛ paderinga· que grossos ⁊ spis
sos facit grappos ⁊ multas vuas ꝓ
fert· ⁊ vinum grossum· ⁊ pro hyeme
delectabile facit· sed in estate nō du
rat· ⁊ hec in infinitis vineis Bonōie
inuenitur Sunt ⁊ alie multe species u
uarum nigrarum· que propter uari
as conditiones malas minus appro
bantur sicut est pingnolus que mul
tum diligitur· apud mediolanū sup
arbusculis. sꝫ apud nos nō bene fruc
tificat Et albatica cum qua tingun
tur alia uina que nimis mellinum ti
met· ⁊ vinum nimis austerum facit
Et uarana clētina ⁊ portina que licꝫ
sunt mirabilis dulcedinis ad edēdū
⁊ bonum faciant uinum/ tamē sunt
fere steriles/ ⁊ nimis mellinum timēt.
Et ualmurica ⁊ tusta q̄ valde nigre
sunt. Et melogonus qui ante omnes
species denigratur. ⁊ canicula· q̄ pul
cerrima vua ⁊ seruabilis est que om
nes alternis fructificant tātum ānis
Est etiam quedam species vue rubee
ut cinaprium ualde dulcis ⁊ seruabi
lis. sꝫ parū fertilis Sunt etiā quedā
genera ⁊ species vuarum siluestrium
que lambrusce vocātur. quarūꝫ q̄dā
sunt albe· quedam nigre que valde ꝑ
ua faciunt grana ⁊ paruos grappos
que super arbores ⁊ sepes spinarum
viridium suo naturali motu conscē
dunt ·: non putantur· sed si putarē
tur ⁊ per cultūꝫ domesticarētur grap
pos facerent maiores grana ꝙ grossi
ora q̄ꝫ prius Et he que nigre sunt ti
gunt vinum ⁊ clarificant si integre ꝟ
cum racemis conquassate ponantur
in doliis . nec viciant saporem vini
Et que albe sunt clarificant ⁊ puri
ficant vina alba· Sunt ⁊ quedā spēs
vuarum grossarum ⁊ durarum que
dicūtur pergule ⁊ brumesce· quarūꝫ
quedam sunt albe. quedā nigre/ q̄daꝫ
rubee/ ⁊ quedam habēt grana rotun
da. quedam longa ualde. q̄dā medio
criter quedam specialia non habent
nomina. Et earum quedaꝫ tempesti
ue maturationem recipiūt q̄dam tar
de· Et ex his eligende sūt que magis
placent ad esum. quia propter nihil
aliud plantātur/ tamē ex eis uinū nō
fiat· satis tamē cōpetunt ad agrestū
faciendum.

¶ De aere qui vitibꝰ competit. ⁊ de
situatione vinearum·

Celum mediocris qualita
tis tepidum magis q̄ꝫ fri
gidūꝫ esse debet· siccū po
tiꝰ q̄ꝫ nimis ūbrosūꝫ· Sꝫ
ante omnia vitis procellas ventos
q̄ꝫ nimis formidat. Aquilo tamen vi
tes sibi obiectas fecundat. Auster ue
ro nobilitat. Ideoqꝫ in arbitrio nos
tro est an plus de uino habeamꝰ an
melius· De situ vinearum etiam scie
dum est/ ꝙ campi a mōtibꝰ remoti ⁊
valles non aquose/ largius vinum
ferūt. Colles uero ⁊ cāpi iuxta eos
existentes ⁊ naturā eorum habentes
nobilius vinum faciunt· Preterea ē
sciendūꝫ ꝙ in locis frigidis in mon
tibꝰ ameridie vineta ponenda sunt

Calidis a septentrione. Temperatis ab oriente. uel si necesse fuerit ab occidente. ut hac industria excellens qualitas temperetur. Loca naturam sepe vitibus mutant. et ideo earum grana conuenienter aptentur. Plano igitur loco statues vitem. que nebulas sustinet et pruinas. Collibus que siccitatem et uentos. Pingui agro/graciles atque fecundas. Macro feraces et solidas. Frigido et nebuloso/eas que hyeme celeri maturitate preueniunt. aut que duris acinis inter caligines securius floreant. Ventoso tenaces. Calido grani tenerioris et humidi. Sicco eas que pluuias ferre non possunt. Et ne multa dicam. eligenda sunt genera que defensione viciorum suorum contraria loca diligunt his in quibus durare non possunt. placida sane regio et serena/cuncte genus omne suscipiet. Industrius ergo vir probata diligat. et locis talibus mandet que imitari possunt ea vnde sumuntur. sic merita queque seruabit.

De terra que vitibus apta est.


Solum ad vineas ponendas nec spissum nimis nec resolutum sit. propius tamen esse resoluto debet. nec exile nec letissimum/tamen leto proximum nec campestre nec preceps. nec siccum nec vliginosum. modice tamen rosciduum nec salsum nec amarum quod vitium saporem corrupto vino contristat. Tofus et alia duriora vbi gelu relaxantur et solibus/pulcerrimas ferunt vineas refrigerans estate radicibus et humore detento. sed et soluta glarea et calculosus ager et mobiles lapides/ si tamen hec omnia sint glebis pinguibus miscuerit et silex circum terram suppositus/ quia frigidus est et tenax humoris/radices estate sinere non patitur. Item loca ad que de cacuminibus terra decurrit vel valles quas fluminum saturauit aggestio. Argillosa terra commoda est sed argilla sola grauiter inimica. Niger sabulo et rubeus utilis est/cui fortis est terra permixta. Carbunculus nisi stercoretur/macras vineas reddit. In rubrica difficile comprehendunt/quamuis postea nutriantur in ea. sed hoc terre genus est ualde operibus inimicum. quia paruo uel humore uel sole aut nimis madefit aut nimis siccatur. Ideoque maxime utile solum est quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit et proximius raro quam denso. Utilem vineis terram per hec signa cognosces. si coloris et corporis rari aliquatenus ac resoluti est. virgulta que protulit leuia nitida procera et fecunda sunt. vt pirus siluestris prunus rubus ceteraque huiusmodi neque intorta. neque sterilia neque scabrosa nec macra exilitate languentia. Ad pastinandum preterea/ rudes agros vel maxime siluestres eligamus. Ultima est eius conditio in quo fuerunt vineta vetusta. quo si necessitas coegerit prius multis arationibus exercitantur. ut abolitis radicibus prioris vinee et omni eius cacie et squalore depulso/nouella uitis tutius possit induci.

De pastinatione et dispositione terre in qua vinea est plantanda.


E mense Septembris uel Octobris locis aridis/ a Januarii vel Februarii seu Martii locis humidis fieri deb3 pastinū siue cultura ubi vinea est plātāda. Quod tribus fit generib9. aut terra in totu3 fossa/ aut sulcis. aut scrobib9. Tota terra debet effodi ubi ager est imundus/ ut siluestrib9 truncis 7 radicib9 filicis l' herbaru3 noxiaR spacia liberētur. Ubi autem sunt munde nouales/ scrobib9 pastiem9 ā sulcis s3 meli9 erit sulcis q3 hūorem uelut i totū pastiata spacia trāsmittūt. Fiunt aute3 sulci lōgitudine qua destinaueris. Tabule latitudine trium pedum uel quatuor. altitudine unius pedis/ in locis hūidis vel duorum in locis siccis. deinde si ligonib9 per homines vinea est colēda/ tantū crudi soli relinquimus q altero sulco ipresso vitium acies trib9 uel quatuor distent pedibus. scilicet trib9 in solo exili quatuor in pingui. 7 trib9 7 semis i mediocri. Si uero arande sunt uinee quinq3 uel sex pedum spacia que nō fodienda sunt in medio relinquūtur. Et si scrobes fieri placeat tantū fiant lōge quātum vites distare debebūt. ut in quolib3 scrobis capite planta una ponatur Possunt tamen cōmodissime sulci fieri distantes in triplo q̄ vinea spissa finaliter eē debebit. 7 in quolibet sulco plante in duplo spissiores q̄ esse debeant poni. Sicq3 acies ligonib9 procurari. 7 spacia per trienniū aut quadriennium arari. 7 omni genere seminum seri. Cunq3 vites excreuerint/ unam trahi a dextris/ 7 alteram a sinistris 7 de utraq3 duas fieri vites. sicq3 spacium totum impleri. Scrobes non sunt ultra duos pedes altius fodiende. Ne que pāgim9 frigore sarmēta laborent/ latera scrobibus eq̄liter sint incisa. ne obliqua vitis sauciet ur alte nitētibus sarmētis cū fossor icumbet. Pastinu3 autē omne quod versabitur/ duorum pedum altitudine uniuersa terra fodiatur. In quo erit diligentia ne crudum solum occulta fraude fossor includat. quā rem per spacia que fodiuntur uirga custos exploret. in qua modus ē predicte altitudinis designatus. Et radices ōnes 7 purgamēta maxime rubi 7 filicis in summu3 redigi faciat. que cura in omni positionis genere est undiq3 seruanda. Possunt etiam cōmode fieri fouee pue 7 stricte. conuenienter tamē pfunde ubicunq3 vites p uniuersu3 agru3 perpetuo stare debent. secundum q per ōnes agricultores expertos Bononie. 7 i locis aliis pluribus obseruatur. Possunt etia3 foramia in terra fieri ubicunq3 vitis plantanda ē que quidem cu3 palo fieri cōsueuerunt. Sed est melius valde q fiant cum foraterra quod est instrumentū ferreu3 per me primitus in rerum natura inuentum. quo terra quantum expedit profunde foratur / forasq3 terra educitur. nec in foraminis parietibus conculcatur. ut infixione3 debilium radicum impediat. 7 hoc q̄dem paruo valde labore perficitur/ nisi ager lapidos9 fuerit l' saxos9 Loc9 q̄ dē qui pastinād9 erit. pri9 impedimētis 7 omnibus liberetur arborib9/ ne fossa terra p9 calcatu assiduo solidetur. Illud quide3 experimentis

assiduis compertum est / vites medi9 provenire si uel statim fosse terre uel nō longe ante pangātur cum tūor pastini nōdum repentina soliditate sub sedit. et hoc quidem in sulcis et scrobibus est ꝓbatum.

¶ Qualiter debent colligi plante vitis et quales / et qualiter seruari et ad partes remotas portari.



Plante vitis que taioli dicuntur colligi debent quādo plātande sunt / et etiam ante colligi possunt si bene seruentur. Et meliora quidem tempora colligendi eas sunt tēpus Octobris. quando pars foliorum cecidit / et pars adhuc retinetur in uite. tunc enim calor naturalis vitis adhuc est expansus in ramis. sed tamen omnes frondes ceciderunt ōnino / et superuenit gelu intensum in aere / tunc rami eius calore naturali destituti sunt. q̄ propter frigus aeris / fugam habuit ad radices ad calida uiscera terre / q̄re tales plāte difficilius comprehendunt. Tempus preterea Martii in quo iam calor et humor ad ramos redit / ita q̄ eorum gemme iā tumescere incipiant / est optimum ad plātaꝝ collectionem propter eandē rationē. Eligendarum quidem plantaꝝ ratō est multiplex. et primo quidem ex tali terra digi debēt / q̄ nō sit multum pinguior ea in qua pangi debent: sed sit equalis aut exilior. nam si a pingui terra ad solum exile trāsferantur / utiles eē non possunt nisi sepe stercore adiuuētur. Item digenda sunt pāgēda sarmēta de uite media / nō desumma neq̄ de infima / quinq̄ uel sex gemmaꝝ spacio a ueteri procedentia. q2 non facile degenerant que de talibus locis colliguntur. Sūma flagella repudiemus ac surculos. qui licet loco bono nati sunt / tamen feracitatis beneficio caruerunt. pampinus autē qui de duro nascitur / etiam si fructū attulit / pro frugifero non ponatur. in suo enim loco fecundatur a matre translatus uero tenet sterilitatis uicium quod nascendi conditione suscepit. Sumātur etiam de fecunda vite neq̄ estimem9 ea brachia fertilia q̄ uuas singulas ac binas producunt sed que multa vbertate curuantur. Nam potest ferax vitis in se feraciores habere materias. Erit autem in hoc signum fertilitatis / si de duro aliquo loco fructum citabit. si fetu impleuerit ramulos ex omni parte surgetēs. sed hoc signis propriis p̄ uindemias ē notandum. Asserit aūt Columella uno āno explorari fertilitatem non posse / sed quatuor. quo numero cognoscitur vera generositas surculorum. Ad pangendum nouellus palmes debet digi / duri ī se nihil habēs et ueteris sarmenti / quoniam hoc sepe corrumpitur et putrescit. Mensura sarmenti vni9 cubiti secundū Paladium eē debet. Mihi autē videtur longius esse debere maxime in locis decliuis montuosis et aridis. cum in foueis oblique panguntur ipsumq̄ ramulis et capriolis siue anchis esse purgandum. Seruande sunt plante vitis taliter / q̄ uēto aut sole nō urātur / aut aliquomodo ledantur. et precipue sub terra usq̄ ad dimidiā partem merse / si paucis erunt seruande diebus. Si uero diu eas seruare necesse fuerit / et maxime iam multo ad

uenīēte calore/ vsq3 quasi ad summi tates ipsarum terra valde trita ope riātur aperte/ adeo q terra taz intra q̄ supra posita diligenter singulas plantas tangat. Et si eas transuehi ad partes multum remotas oportue rit. purgamentum tritici quod uoca mus Loctum/ uel palee molles et mo dicum lutose cū plantis optime mis ceātur/ et sacco uel sextorio quod est melius inuolute stricte ligentur capi te grossiori cum prefatis paleis et sco rio cooperto. et cum portantur quan tum fieri potest a sole defendātur et ventis. Et si nimia eēt aeris siccitas possunt quādoq3 utiliter capita gros siora in aqua demergi. sic eni dispo site diu ferri poterunt et teneri sine le sione ipsarum.

Qualiter et qnando vinea et vites sunt plantande.

Tempore Septembris et Aprilis in locis frigidis vinee sunt plantande. Temperatis vero de men se Octobris et Martii. Calidis de mense Nouembris et Februarii. Ita tamē q in omnib9 prefatis locis si humida et campestria depressa fuerit post hyemez pangantur/ ne calor na turalis ipsarum / duplici aquosita te loci uidelicet et hiemis extinguatur Si uero arida et montuosa sint loca pangenda/ ante hiemem plantentur. vt superflua locorum siccitas circa plantas humiditate hyemis tempe retur. In locis vero temperatis ante hyemem et p9 congrue potest pangi Item ponēde sunt vites placidis di eb9 ac tepidis/ quando soluz est mo dice humidum. sed potius aridū q̄ lutosum. Cum uinea plantatur in or dine. aut plantatur in foraminibus palorum grossorum/ vel in foramīe instrumenti quod Foratura vocatur quod est valde melius. et tunc factis foraminib9 directis vel parum obli quis. duo sarmētes in parte inferio ri oblique incisi/ foramini imprimā tur. et sabulum vel terra soluta et tri ta et cum pauco maturissimo letami ne palearum mixta vsq3 ad medium foramen ponatur. Deinde creta vel terra ibidem inuēta repleatur. Aut ī paruis foueis conuenienter profun dis pāguntur capitibus plantarum longe positis in parte infima et in su prema iuxta signum cuz fune ꝓpor tionaliter vndiq3 situz cōiunctis. et terra contrita mediocriter superin ducitur et conculcatur. Caput sarmē ti cum deponitur torquendū nō est/ nec aliquo modo vexandum. Nā ps ea de qua radix speratur/ iiurie nul li subicienda est. Due gemme fertiles remaneant supra terram. nec diuer sa penitus fecūdiori parte supra eā quod est sterili proximuz relinquat̄ Vbi pinguis est natura terrarū/ ma iora īter vites spacia relinquam9 sci licet quatuor pedum. vbi exilis/ an gusta scilicet trium. vbi uero medio cris/ trium pedum et semis. Preterea non est tantum vno genere vitiuz ō ne pastinum conserendū/ ne ānus ī iquus generi vindemie spem omnem excludat. et ideo quatuor vel quinq3 generis eximii sarmenta pangemus. At expediet maxime genera tabulati disponi. et sic generū diuersitate dis tincte posita/ poterit eam operarioz

minor numerus expedire/ ꝛ grauati que velocius maturantur prius cō dere. deinde que serius ac melius pu ro sapore sine luctamine alterius ge neris vnaqueq; vina seruare. Et si hoc facere tibi difficile videatur/ nō alia simul conseras ꝙ̃ que sapore ꝛ flore ꝛ maturitate cōueniāt. In scrō bib9 uero magnis ꝛ latis/ ut vitium distantia ē debet per angulos q̄tuor sarmenta deponas/ ꝛ vinariaȝ ut di cit Columella stercori mixtam simul sparges. ꝛ si exile solū fuerit/ pinguē inseras terraȝ scrobi. Si uero nimis cretosum/ eideȝ misceas sabuluȝ. Ꝗꝫ si arbustum te delectat habere/ plātā generose vitis pri9 in seminario nu trire debebis. Vnde radicata trāsfe ratur ad scrobem cui arbor est iūcta In seminario autem breui spacio dis tantia inter se sarmēta depones. Et cum conualuerint/ hinc post bienni um radicabitur vitis uel arbuscula ꝛ transferetur. Quas cum depones ī scrobem/ ad singulas materias redi ges putatis omnib9 que scabra sunt curtatis etiaȝ radicibus/ si quas po teris inuenire uexatas. In scrobe au tem ad arbustum faciendum duas radicatas uites depones. obseruās ne se in radice contingant. et ipsas vites ad scrobis latera discreta con iunges. Maro asserit scrobeȝ nō pri mo āno esse complendaȝ. que res fa ciet vitem alti9 fundare radices. sed hoc aridis prouinciis forte conueni et. Humidis uero sata putrefiēt hu more suscepto / nisi terra statim cu muletur. Sed arbusta q̄ faciet/ plā tas arborum de his generibus pōat Vel si agro suppetit habūdātia/ his vtat᷑ vlmo oplo salice ꝑp̄lo fraxino ceraso nuce pruno ꝛ silib9/ sed salice ꝛ populo in locis humidis tantum uti possumus. ceteris vero in his ꝛ aliis locis. Ex his autem generibus tru ncos radicatos vel salicem ꝛ po pulum sine radicib9/ circa scrobeȝ ui tis constitui oportet. In scrobe uitis ab arbore sua sesquipedis vl᷑ duoꝝ pedum spacio distare debebit. Nam arbori nimis proxima vitis/ aut ip sius obtinet incremētum aut opprie tur ab ea. Aliud etiam de transferēda vite ingenium fieri potest. Ex uimi ne parua corbicula ad arborem uel pergulariuȝ fertur cui uitis adheret ꝛ in fundi media parte pertunditur ꝛ inducto in eam sarmento uitis suf penditur ꝛ terra repletur. Quod sar mentum exacto āno in corbicule fun do incisum / cum ipsa corbicula por tabitur ad locum vbi plantare pro ponis. ibiq; cum ipsa corbicula ob ruitur circa arboris maritāde radi ces. ꝛ hec quidem fiet sine āmbiguitate prendendi. Caueis etiam munienda est aduersum pecoris appetentis iniu rias/ et arbori sue protinus alligan da. Cum vero arbores riparum uiti bus munire desideras/ optimū ē et fa cile sulcū in ripa facere. ibiq; spinas ac talolas mixtī ponere ꝛ fossato ef fosso terram superinducere. sic enim spinis munietur ager. ꝛ p eas uitis tute conscendet. Optimum ꝑterea ge nus est ꝓuincialium uinearuȝ que fi unt ut uites uelut arbuscule stent. q̄ quidem plātantur ut he q̄ in ordine disponunt᷑ Et he quideȝ aut undiq; pāguntur equaliter/ aut vnum ordi nem tantum seruāt ab alio proximo

vt placet remotum· sed ĩ bis vna so
la plãta in qualibet fouea potest po
ni/ in duabꝰ vidđicet acebꝰ· In ter
cia vero bonum erit vbiqꝫ duas po
ni quibus proxime plante perdite /
possint annis sequentibus reparari.
ꝙ si in quolibet loco due ponãt̃ / cuꝫ
conualuerit debilior auferatur vt u
na sola remaneat· Preterea sciendũ
est ꝙ naturã uitis celuꝫ solumqꝫ sus
tentat/ si genera conuenienter apten
tur· Ideoqꝫ in earum plantatione p̃
cipue obseruanda sunt ea que supra
diximus cum de aere ⁊ situ vinearũ
loqueremur.

De propagatione ⁊ renouatione
vitium ⁊ vinearum·

Propagationes quandoqꝫ
in uineis / quãdoqꝫ ad ar
busta fiunt· In vineis q̃
dem quandoqꝫ propaga
tur in locum vacuum/ ubi uitis secũ
dum ordinem vinee debet esse. Quã
doqꝫ uero in locum alterius que infa
mati generis est sarmentuꝫ vitis no
bilis propagatur · ⁊ quandoqꝫ per
circũferentias ducitur/ ut uinea incre
mentum recipiat· Et primo quidem
modo ad ordinatuꝫ ꝓtrabitur locũ
aut statim cum sarmentuꝫ est suffici
enter longuꝫ· aut successiue per ãnos
vbi eiusdẽ deficit longitudo. Et ideꝫ
obseruanduꝫ est in omni propagati
onis genere· Si autem in locum era
dicande vitis propago ducatur· aut
hoc stati fiat· aut primo ãno p unũ
pedem prope uitem auferendam pro
trabitur/ ut habito vitis dampnãde
fructu anni prioris/ sequenti leuiter
in locum prius eradicate trahatur·

Cum auteꝫ protrahitur ad arbores
uel arbusta· ad unum pedeꝫ ad minꝰ
ab arbore fiat remota propago· In
omnibꝰ autem prenarratis modis le
tamen in fouea supra terraꝫ circa ꝓ
paginem apparentem relicta ponat̃
nec sub terra per tractum propagis
apponatur· alioquin superfluo letãi
nis calore debilitabitur vel arescet/
nisi fuerit adeo maturum ⁊ vetus/
ꝙ omnis calor letaminis exalauerit
Est aũt sciẽdũ p̃dictas ꝓpagatões
fieri/ aut in fossione totius uitis que
propagatur· aut uirgis siue curuatu
ra sarmenti vt uelut arcus supra ter
ram relinquatur/ alia parte uitis in
fossa. ꝙ si fiat virgis/ post biẽnium
recidantur/ aut trienniuꝫ quod est tu
tius propter debilitatem biennaliuꝫ
radicum que uitem nouam sepe nõ
conuenienter defendunt. Vetus ⁊ ã
tiquata vitis/ ⁊ que longe nimiuꝫ ꝓ
ducit frugiferos palmites renouat̃
per studiosum cultum congruis tem
poribꝰ eidem adhibitum ⁊ per fima
tionem letaminis/ aut sarmentorum
aut sabuli in loco nimis cretoso aut
crete in terra nimiuꝫ sabulosa. ⁊ per
strictam putationem aut insitionem
factaꝫ in loco stipitis nitido ⁊ succo
so Colũela dicit ꝙ si uitis pergularii
uel arbusti que est integro trunco in
solo robusto stricte putetur· ⁊ ablaq̃
ata fimetur. ⁊ ĩtra tercium vel quar
tum pedem a terra mucrone feriatur
acuto ac fossa frequentius incitet̃·
ex eo loco germen plerumqꝫ produ
cit in vere / ac materiam uitis fun
dit qua reparetur vitis· Qꝫ si trun
cus uitis est nimia uetustate corrup
tus / de mense Martii iuxta terre sup

ficiem uel sub ea modicum recidatur
vt similis in absciso trunco uitis ea
dē renouetur. Et cū vitis q̄ sola ē nimi
ū longe, produxit frugiferos palmites
plicetur vnum remotum a uite ⁊ in
trans ibi in terram exeat apodiatꝯ
ad uitē. ⁊ post bienniū incidatur ma
ter. Vinee renouāde vites. aut ōnes
laudabilis sunt generis/ ⁊ tunc de ō
nibus fiat ut de singulis vitibus su
pra dictuꝫ est proxime. Aut omnes
sunt male. quo casu nil erit vtiliꝯq̄
eaꝫ vniuersaliter exstirpare. atq̄ suf
ficienter uetustis consumptis radici
bus eam denuo plantare. Aut si que
dam vites sunt bone/ quedam male.
radicitus exstirpatis peioribus vel
appositis palis in omnibus locis in
quibus vites aptantur. que relicte
sunt adeo fodiātur ꝙ facile flecti pos
sint. ⁊ totaliter submerse in duas ā
plures partes secundum exigentiaꝫ
⁊ possibilitatem ipsarum vnaqueq̄
distribuatur. ⁊ duobus palmitibus
in singulis locis ad plus relictis/ cū
duabꝯ gēmis supra terraꝫ ceteri am
putentur. ⁊ vnicuiq̄ viti ex fimo ali
quid apponatur. Hec est pretermit
tendum ꝙ de nouis palmitibus tā
tū de vnoquoq̄ sub terra mergendū
est/ ꝙ radices in loco cōgruo nouas
emittere possint que ī ueteri nisi sit
quasi nouum facile non nascūt̄. Aut
si aliquis remaneat locus ad quem
nullus posset palmes produci/ eidē
aliunde translati noui palmites tri
buantur. Omnis preterea propaga
tio fieri potest in mensibꝯ Octobris
⁊ nouembris Februarii/ ⁊ Martii.
cum terra nec adeo mollis est ꝙ com
mode tractari non possit ⁊ eius par
tes cōminui. nec adeo dura ꝙ nimi
um fossioni resistat. In aquosis au
tē nimium locis post hiemem/ ⁊ in sic
cis ante hiemeꝫ/ utilius propago du
cet̄. Ita tñ ꝙ in plano sub terra uno
pede/ ī cliuis ⁊ ruinosis vsq̄ ad du
os pedes/ vitis trahenda mergatur
Vel forsan ea que fit ante hiemem ī
omnibus locis est melior: dum tamē
in aquosis terra circa eam bene dis
ponatur. quia firmandis radicibus
vt ait Paladius vitis incūbit/ cuꝫ
proferendi palmites eam cura non
promouet.

De insitione vitium.

Vites inseruntur aut in ui
tibus aut in arboribus.
Et ī uite q̄dē īsitio duobꝯ
potest fieri ꝯgrue modis
In trunco uidelicꝫ ⁊ palmite. Insitio
in trunco fit hoc modo. Eligat̄ trun
cus inserendus talis qui sit solidus
⁊ humoris exuberet alimento. neq̄
vlla vetustate aut iniuria lacera‍tꝯ
arescat. Recidatur circa terraꝫ ad pe
dem medium infra terram nā supra
terram difficilius cōprehēdit. Var
ro autem vitem scribit inserendam se
cari debere triduo anteq̄ inserat̄ ut
q̄ in ea nimiꝯ est hūor aduēticius ef
fluere possit. Inserendi surculi sint so
lidi rotundi gemmis spissis ⁊ pluri
bus oculati. ex quibus tres oculi uel
duo in insitione ponantur. Radat̄
ergo sarmentum ad duorum digito
rum mensuram/ ut ab vna parte sit
cortex. nec patiaris nudari medullā
sed leuiter rade vt incisura possit sen
sim in acumen exire/ ⁊ corticata ps
cortici noue matris adaptetur. Insi

mus oculus ita infigatur / vt trunco iunctus adhereat. qui oculus exteriorem debet respicere partem. Deinde ligetur ut i aliis insitionib⁹ est narratum. Tegumento quoq aliquo a ventis ꝛ sole defendatur ne hi quatiant / hic adurat. ¶ Ubi calor temporis ligaturam inuaserit ipsi pânicu lo tenui humor circa vesperam deb3 frequenter affundi vt hoc alimento contra vim celi torrentis animetur.
Potest etiam aliquid veteris cū nouo conuenienter inseri. Cum ergo germen ceperit incrementum adiutorio calami uel pali debet ânecti / ne mot⁹ aliquis fragilem sarmenti procedentis quasset etatem. ¶ Leni uinculo et nō stricte ligetur / ne adolescentia mollissimi germis nodo dure constrictionis âgatur. Si infra terram inserueris / eam beneficio congestionis accumula / vt hoc quoq nouis sarmētis preter nutritis alimenta subueniat Aliqui etiam in uite uel ramo biēnali uel ultra inserunt surculum longū modicum ueteris habentem. ꝛ trunci grossitudinem possidentem uel etia3 inequalem. vel simul utrinq iunctis ad scissam vel supradicto modo in sitione pata / ꝛ lege propaginū obseruata. In palmite autem insitio duobus fit modis Et vno quidem q̄ ōnibus melior est. vt nouum sarmentū nouo per scissuram addatur incisura vtriusq in eodem iuxta gēmam adhibita loco. ꝛ ligatura cum peciola ex cera imbuta ꝛ molli vimine / deīde argilla congrue subsecuta. ¶ Alio mō vt gemma vitis vnius excidatur usq ad medullam profundato vulnere ꝛ transuerse vtrinq obliquato. ꝛ tā

tumdem de gēma vitis alterius obruatur / ꝛ loco prime ponatur. ꝛ fiat colligatio vt in aliis ꝛ tunc cōualescat ꝛ fructificat. Quidam etiam expertus mihi asseruit se usq ad medulla3 vitem parua terrebra perforasse. ꝛ ibi surculum conuenienter3 foramini modicum rasum infixisse ꝛ comprehendisse / non abscisa vite. que quidē si absciдatur debet meli⁹ prouenire. Est ꝛ ali⁹ modus optime proueniēs vt incidatur inserenda vitis oblique vsq ad medulla3 uel prope eam / itā tum q cuneus duorum prope digitorum possit īmergi. ꝛ tunc surculus duarum gēmarum modicum habens veteris vsq ad medullam rasus ab vna parte vt incisura in acutum tendat ꝛ preparatus eo modo quo melius adequetur / alterius partis exteriori remota corticula / imprimatur in plagam ꝛ ligetur ꝛ creta circūposita peciola postmodum inuoluatur ꝛ per quatuor digitos uł idcirca mater supra insitam sit abscisa. nec supra eam aut / infra permittatur aliquid pullulare. ꝛ possunt circa vitē plures surculi cōuenienter aptari. Optime etiam prouenit si unus tantummodo inseratur surculus. ꝛ si ei⁹dem grossitudinis sit cum trunco / erit melius quod esse possit. Alioquī cum vna parte corticis adequetur. Vel secundum Varronem fiat adequatio medullarum. Insitio in arbores duobus potest fieri modis. ꝛ uno quidem vt vitis trahatur per terasum vel aliam arbore3. vbi dua tē pore fructus arboris maturetur. Alio uero ut inseratur in arbore. sicut omnis insitio in dissimilia fit quan

doq3. Et primus quidem modus est
vt plantetur vitis iuxta cerasum vł
aliam arborem pirorum ⁊ maloruз
⁊ perforant ille ⁊ per foramē uitis
trahitur. ⁊ cum creuerint arbor ⁊ ui
tis ita ꝙ efficiuntur ligna eorum cō
tinua. preciditur uitis ex parte radi
cis ita ꝙ non nutritur nisi per radi
cem ⁊ stipitem alterius arboris. et
tunc maturatur vua cum fructibus
illius arboris. Inseritur autem i ar
bore vlmi/ ⁊ forsan in quibusdā ali
is secundum Columellam. vt trunc9
arboris gallica vsq3 ad medullam p
foretur terrebra ibiq3 affigatur sur
culus uitis secundum modu3 supra
traditum cum in cōmuni de insitiōi
bus locutus fui. Fiunt preterea dic
te insitiones locis calidis mense Fe
bruarii/ frigidis vero mense Marcii
cum uites non aquato sed spisso la
crimantur humore. licet facte tēpo
re quo aquosas effundūt lacrimas
aut postq3 emiserit pampinos / quā
doq3 insite comprehēdāt. Possunt e
tiam de mense Mai ⁊ Junii iā cōsum
ptis lacrimis si palmites inserendi
loco frigido ⁊ umbroso a pullulatio
ne fuerint preseruati. Aliu3 insuper
modum quo nuda gēma loco alteri9
cum melle vel alia quacunq3 re pōi
tur a quibusda3 vulgariter predica
tum/ non pono quia eum nullaten9
approbare videtur naturalis ratio
propter nimiam teneritudiem gēme
Verumtamē quida3 frater mior mi
hi asseruit ꝙ de mense Aprilis cū fo
lia vitis incipiunt apparere/ accepit
summitatem gēme remanentib9 foli
is paruulis cum quadam concauita
te. ac in eo loco posuit aliam gēma3
similem recentissimam aliunde accep
tam cum molli fimo bubulo. ⁊ sine
quolibet alio auxilio conualuit. Jde
oq3 probari potest licet uideatur cō
tra naturalem rationem positā a fra
tre Alberto theutonico Catho autem
scribit ꝙ vitis insitio vna est per uer
altera cum vua floret/ ea optima ē.
Per uer uitem sic inserito. precidito
quam inseres. eam mediam defindi
to per medullam. eo surculos preacu
tos acuito quos inseres. medullā cū
medulla componito/ Altera insitio ē
si vitis vitem continget/ vtriusq3 ui
tem teneram preacuito obliquo inter
sese medulla3 cu3 medulla libro col
ligato. Tercia insitio est terrebra ui
tem quam inseres pertundito eo du
os surculos vitigineos quod gen9 es
se voles isectos obliquos acuito ad
medullam facito bis medullam cu3
medulla diūgas. arcitoq3 eā q̄ terre
braueris alterū ex altera pte eos sur
culos facito. sint longi pedes binos
eos in terram dimittito. replicatoq3
ad vitis caput medias vitis vincu
lis in terram defigito/ terraq3 operi
to. Hec ōnia luto depressa oblinito
alligato itegitoq3 ad eundem modū
tanq3 oleas. Ego autem aliā insitio
nē sepe probaui ⁊ eā inueni infallibi
lem ⁊ securam a pollutione ⁊ lesiōe
fossure. hanc insitione3 hocmodo fa
cere debes. Accipe palmitē longū no
uum/ habentem quatuor digitos ve
teris precedentis anni. a remoue di
midiā ueteris partem usq3 ad medul
lam/ ea salua remanente in parte in
serenda. ⁊ ex alia dimidia veteris/
forma cuneum longum trib9 digitis
scilicet vsq3 ad palmitem nouum/ et

ibi fiat vna etberca et cuneus ibi bene fortis existat incisus/non a parte medulle sed ab altera tantum. et fiat bene acutus. Postea scide per medium stipitem inserendū eiusdē grossitudis si esse potest/alioqn sit grossior parum. et de parte habente minus de medulla/ demat quātitas vnius digiti grossi. et in cesura infige cuneū vt etberca fortiter adhereat capiti breuiori stipitis scissi. et alia duo capita equalia sint aliquantulū vltra nouum/ ut uinculum possit stringere vtrunqꝫ caput veteris sarmēti eqūi Deide liga stricte cū iūco scisso totā scissurā et eo modo poteris īserere duo vel tria uel plura brachia vitis / reliquis omnibus amputatis. Dein de totam vitem insitam demerge in terram. et tot sulcos in quam partem volueris facias/ quot brachia sunt insita. ac in quolibet sulco in loco ul locis vbi loca insita in terra iacebūt vnam paruam foueolam facias/ in quam tota ligatura insite dimittatur et terra cooperta / pedibus suauiter comprimatur. et vltra vnam spannam ad minus sarmētū superius eleuetur Item poterunt sarmenta noua ī nouo sarmento uel neteri usitato modo coniungi et eodem modo in terram deprimi. sed est opus qꝫ iunctura cānula scissa firmetur/ne flectendo facile rumpatur.

De putatione vitium et arboruꝫ fructiferarum.

Locis calidis mense Octobris Nouembris Februarii et Martii/donec eaꝫ augentur gemme iusta fiet putatio vinearuꝫ. Frigidis uero mense Februarii vel Martii tantuꝫ In temperatis vtroqꝫ potest tempore fieri/ sꝫ cōmodius erit ī montibus vineas que septentrioneꝫ aut partes occidentis respiciunt/ verno putari tempore. Alia pars aduersa clemētioribus plagis recidatur autūno. Naꝫ in calibus locis et in omnibus calidis pruinarum vis et natura nescitur. Sed semper secundum Paladium ī putatione nitatur vt vitis fiat robustior in crure/ ī debili uiticule duo o duramenta seruemus. quod quidā experti putatores nostri temporis in ordinatis et depressis vineis nō obseruant/ astruentes melius esse stipitem vitis renouari frequēter. Auferenda sunt leta ītorta debilia et malis locis nata sarmenta. Et sarmentum quideꝫ inter duo brachia natū debet incidi. Et si pinguedine brachiuꝫ quodcunqꝫ debilitauerit/illud brachio deciso succedat. Erit tamen optimum putationi sarmentum inferius bono loco natum recuperande semper uitis causa tueri. et ad unā ul duas gemmas relinquere. In locis letis et clemētioribus altius licebit uites expandere. In exilibus aut estuosis aut decliuis/hūilior est habenda Sed erit sapientis estimare uiꝫ uitis Nam que tollitur altius et pinguis et fecunda est/plus qꝫ octo palmites habere non debet. ita semper in parte media vnum aut duos relinquamus custodes. Si macra et humilis est singulis brachiis singula flagella dimitte sed prouidendum est ne ī una parte sint sarmenta que seruas. quod si fiat tanqꝫ si fulgure tangatur arescit. Circa crus quicquid nascitur

amputemus. si non desideret vinea renouari. Relinquenda sunt sarmenta neq3 circa durum neq3 in summo quia hec velut pāpiaria minus afferūt. Illa vero vitē nimietate fetus onerant/ et longius ducūt. quare sūt in medio loco seruāda non iuxta gēmam. sed aliquanto superi9 fiat plaga/ et auertatur a gēma propter lacrimam defluentē. Vngues etiā custodū siccos ꝛ nociuos recide/ ꝛ ōnia que vetera ꝛ scabra reperies. Et si truncus uitis sole aut pluuiis ā noxiis animalib9 est cauatus/ purgem9 quicquid est mortuum. Plagasq3 eius amurca liniamus aut terra. qd proderit aduersus predicta. Cortex etiam recisus ꝛ pendens a vite tollatur. que res vt ait Paladius minorem fecem reddit in vino. Muscul9 etiam radatur vbiq3 repertus. Sed plage quas in duro vitis accipiet. oblique ac rotunde fore debebunt. Vetera igitur sarmenta quibus primi āni fructus pependerunt. omnia recidantur. ꝛ noua circuncisis capriolis ꝛ ramulis inutilibus relinquātur. Sed sciendum est ꝙ in quibusdā partib9 sarmēta quantū longa sunt a natura ꝓducta/ a putatore relinquunť. vt apud cremonam ꝛ triddonam ꝛ alia multa loca. In qbusdā solum summitates steriles auferuntur In aliis autem vsq3 ad vnum pedē palmitū longitudo relinquitur. Alibi uero adeo stricte putantur/ ꝙusq3 ad semipedis mensurā palmites breuiantur. Et primus quidē modus non est obseruandus nisi in locis letis vbi partice non ponunť/ sed vites uelut partice vel funes undiq3 extēduntur. Secund9 uero apud Astronomos obseruatur cum palis tantū circa vitem affixis. ꝛ ad eos palmitib9 paucis extensis. Et hi duo modi precipue tolerantur in letis uineis/ ꝛ in his vitium generibus que suas gemmas ꝑ longa internodia distulerunt. ꝛ huiusmōi vinee plurimū ꝛ multum fructum ferunt/ ꝛ multos botros licet non adeo magnos vt uites stricte putate. multūq3 ꝛ assidue fodi ꝛ fimari desiderant tales vinee vt fructum ꝛ palmites congruos ferre possint. he uero vinee in quib9 usq3 ad vnum pedem palmites breuiātur vt Bononie mutine/ ꝛ in aliis locis multis in mediocri solo defendūtur / ꝛ quasi in omni genere vitis. ꝛ congrue palmites fructumq3 suū defendunt. Que uero strictissime putāť vt apud forliuium/ ꝛ in quibusdam aliis locis ꝛ in prouincia taliter ꝓcurantur in uitib9 que sine palis et particis velut arbuscule in suis stāt ordinibus. ꝛ in uitibus que spissos valde nodos inueniuntur habere. et maxime in exilibus solis ꝛ in speciebus uitis que uocātur albana ꝛ sclana. Et potest etiam talis putatio seruari in ziziga ꝛ uerdiga. que si aliter putentur nimis miseras vuas ferūt ꝛ sufficientes pro anno sequenti palmites non producunt. et hec est ī vineis putationis ratio. Item exptū est ꝙ si sarmentes producentes uuas incidantur prope botros vuarū eis florentib9 uel paucis diebus post / nascentur noui sarmentes cum multis vuis pro agresta colligenda tempore uindemie ꝛ post ipsam. Et puto ꝙ huic experientie proderit/ si a co

ta vite tempore dicte putationis au ferantur omnes sarmentes nati sine vuis/uel saltem hi qui i sequenti pu tatione a uite tolli debebunt. Itē ꝓ derit si vue primo nate non permit tantur maturari/ sed cū adhuc erūt acerbe pro agresta tollantur. hec au tem locū habent non in omnibus ge neribus vitium/ sed in his que tam in ueteri q̄ in nouo vuas producūt ut sunt muscatellus ꝛ similia. In ar boribus autē ꝛ pergulariis tot ma terie relinquunt/quot uirtus vitis potest commode tolerare. vt tamen non sint i aliquo loco nimis spisse ꝛ in sarmentib9 relinquēdis omnes summitates steriles auferantur. Pu tantur autem a plurib9 de tercio i ter cium annum tantū/ ut plures uuas ferant. Sed si ānis singulis putent' eas pinguiores producent ꝛ longio ri tempore vitem defendent. Quidā autem nunq̄ putant vites in mag nis aut ramosis arborib9 cōstitutas propter nimiam difficultatē puta tionis earum. sꝫ particis vites forti ter percutiunt. vt que arida sunt excu tiant/ Et quidā nullo modo pcutiūt sed eas suo naturali motu viuere si nunt ꝛ hoc etiam modo in locis pin guiorib9 defenduntur. Item sciēdū est ꝙ in cuiuslibet vitis putatione tria consideranda sunt/ scilicet fruc tuum spes. vt tales palmites tantum relinquas de quibus percipiēdorū fructuū spes habetur/ vt sunt ualde maturi ꝛ rotundi ꝛ grossas ꝛ rotū das gēmas habentes ꝛ spissas secun dum speciem vitis illius. Item suc cessura materies vt uidelicet custodes ꝛ sarmenta in bono loco nata ex q̄ b9 materia sequentis anni presumit' breuia valde relinquas. Item locus qui vitem seruet vt custodē reliq̄s etiam in parte infima vel in aliquo congruo loco/ cum propter vetusta tem aut deformitatē aut nimiā lon gitudinem vitis īdiget renouari. vt postq̄ sufficienter creuerit i loco cus todis residuū amputetur. Item no tādum est ꝙ si uitis mature putetur maturius pullulat. ꝛ plura sarmen ta maiora producit/propter reten tionem humoris qui non effunditur consolidatis plagis ante cursū ei9 quare totus cedit in augmentum ra morum. Et si tarde putetur/ serius pullulat ꝛ fructus plurimos cōseq̄ ris propter effusionem superflui hu moris aquosi digestionem humoris viscosi ex quo fructus generatur im pedientis. Ideo vites ꝛ vinee exiles prius/ pingues vero que superfluo humore indigesto luxuriāt nimium in frondes ꝛ palmites ꝛ que pruīas timent serius amputentur. Item p9 bonam uindemiam strictius puta/ ꝓ pter consumptam virtutē vitis. p9 exiguā uero largius propter uires eiusdem alterna resumptas requie. Arbores vitifere quedam nullo mo do putantur. vt que ferunt labrus cas que sunt vites siluestres que nū q̄ putari consueuerūt. Vel uites do mesticas/ que particis tantum a qui busdam siccitate purgantur. Quedā de tercio in tercium putantur ānum vt sunt arbusta ꝛ arbores magne q̄ vites domesticas sustinent. nisi sint fructifere arbores q̄ auiditate fruc tus non putantur. Utile tamen est si eis ānis quib9 arbores putande

non reciduntur/ nimia spissitudo et rami superflui amputentur.

¶ De formatione vinearum ⁊ radicum inutilium amputatione.

Novellam vitem Columella dicit post primum annū ad vnam materiam esse formandam. nec recidendā totam sicut Ytalie cōsuetudo est/ anno secundo expleto. quia vel intereant vites in totum recise/ vel infecūda sarmenta producant. que amputato capite uelut pampinaria de duro coguntur exire. Quare iuxta ipsā cōmissuram veteris sarmenti ad unā vel duas gēmas inferioris capitis relinquenda sunt. quod est merito in viticula seruandum/ nam debilis nimis viticula/ secundo āno recidenda relinquitur. Et sane adiuuāda est calamis nouella vitis vel exiguis palis/ ut sequenti anno robustiores accipere possit. Et tam diu recidenda est vsqȝ ad vnam uel duas gēmas/ donec leta ⁊ fertilia sarmenta producat. Quod cum fecerit siquidē vitis velut arbuscula est formanda/ ad vnam tantum materiā reducatur. Si vero cum pali ⁊ particarum auxilio stare debet/ ī ea due materie sunt seruande. que tāte longitudinis formētur / quanta desideratur stipitis altitudo ut uidelicȝ ī exili solo breuioris vnius scilicet pedis. in pingui uero ⁊ leto maioris / duorum scilicet vel trium pedum altitudinis disponāt anno deinde sequēti quatuor ad plꝰ materias habere debebunt que in ptes quatuor diuidātur. Deīde sequētibꝰ ānis totidē vel plures/ secūdū doctrinā in earū putatione traditā. Si vitis super arborem uel arbusta conscendere debet p etates ad hoc perducenda est donec ad ramos fuerit ibiqȝ incidi debebit/ ut in eius sūmitate nata capita sequenti āno diuidātur secundum diuisionē que iuenitur in arboris ramis. Deinde cōsequenter per ramos vitis procuret ascensus vnam semper materiā ad cacumen arboris dirigendo. Formātur vinee diuersimode secundū varias cōsuetudines ciuitatum ⁊ locorū nam in quibusdam locis formantur in ordinibus cum palis ⁊ particis ā cum sarmentibus tensis. aut sine aliquo auxilio vt alibi dictum est. In quibusdam fiunt in aciebus. ⁊ tunc aut cum vna partica tantum uel duabꝰ siue tribus cum sunt in leto solo ⁊ maxime in aciebꝰ arborum quibꝰ vites mediantibus quibusdā palis sustentant. Aut etiam fiunt in pergulariis paruis. ⁊ tunc a parte stipitis sunt depresse ⁊ ab altera diriguntur in altū. que multo indigent ligamine ⁊ labore/ sed plurimum fructū ferunt. Ego autem pono vnam particam solam in parte depressa. ⁊ vnā in parte alta bene fortem. que ōnes palmites ualde longos ⁊ fere ad terrā pēdentes sustinēt cū magna fertilitate vuarum. sed vnam particam ab altera distare facio per unū brachium solūmodo / ⁊ alia pergularia facio in ripis uinearum ⁊ agrorum in quibꝰ sunt sepes ⁊ arbores super q̄s reponunt sarmēta multa ⁊ maxima pro anno sequenti. ⁊ hoc modo paucis expensis multas uuas percipio in ripis ⁊ sepibus uiridibꝰ/ que ali

as nisi pro clausura ꝛ lignis. pro ig ne pauce aut nulle utilitatis existūt que etiam plurimū loca exornant. Jn quibusdam formant̄ in arbusta humilima ordinata undiqꝫ. uel in magnas arbores acteb9 distinctas. Arbusta humilima uitifera formanda sunt/ ut eis plātatis postqꝫ biennio uel triennio elapso sufficienter cōua luerint in sex uel septem aut octo pe dum altitudine recidantur. Jta ꝙ in exili solo breuiora/in leto uero ꝛ pi gui altiora formentur. ubiqꝫ natis ramis anno sequenti ōnes exceptis quatuor melioribus amputētur. et remanentes/ i partes quatuor diuer sas cum particis aut iunctis formen tur. ꝛ ligatis lapidib9 sufficiētibus perpendiculariter cogantur per late ra extendi/ne dirigantur in altuꝫ. q̄ cum fortificati fuerint. longitudineꝫ trium uel quatuor pedūꝫ sinātur ha bere. Jn quorum capitib9 erūt uites fortibus uinculis alligāde ꝛ hic mo dus. precipue obseruatur ī partib9 Mediolanēsib9. Sꝫ in pergamēsib9 faciūt stipitē magis depressum uide licꝫ triūpedū. ꝛ ramos innatos etiaꝫ plures eleuant in altum/ formantes arbusculam uitiferam ad modū cā pane inuerse. Jn cuius medio/ super stipite moratur qui putat uitē ꝛ ar borem. ꝛ ipsam uitem circuꝫ circa ex pandit/ faciens palmites omnes fo ras undiqꝫ stare declines. Magne uero arbores formande sunt ut ī al tum ꝛ depressūꝫ habeant undiqꝫ mul tos truncatos ramos/ secunduꝫ pos sibilitatem uitis arboreꝫ operientis super quorum capita ligabūtur ui tes que postmodū omnes onuste ad inferiora flectentur. Possunt etiam cōmode formari ut uites ferant/ ꝛ ipse arbores augmētum nō perdant hocmodo uidelicet. cuꝫ populus sa lix uel ulmus erunt circa grossitudi nem brachii/ circa. xii. uel. xv. pedes summitas incidatur. ꝛ ramis ibidem nascentibus unus rectior permittat̄ in altum extolli quantum uoluerit. ꝛ singulis ānis uel alternis ramuscu li auferantur ab ea/ sola summitate relicta. ceteri uero rami infra dimis si formentur ut in humilibus arbus tis uitiferis dictum est. ad quos ui tes ligentur/nec abinde supra cōscen dere permittantur. Jtem ut Uarro scribit/ ubi terra naturaliter humida est ibi altius uitis tollenda. eo ꝙ in partu ꝛ alimonio non ut in calice q̄ rit aquam sed solem. Jdcirco utile esse puto in locis campestribus hū dis pampinare uineas temporibus congruis/ scilicet mēse Mai ꝛ Junii ꝛ ipsas liberare ab omnibus superflu is ꝛ inutilib9 pampinis ꝛ sarmentis Deinde maturatis uero uuis post mensem Augusti eas superfluis frō dib9 denudare/ ut sol uniuersas u uas uidere ꝛ coquere possit ut uinuꝫ fortius ꝛ maturi9 fiat. ꝛ superflua humiditate consumpta/fiat melius duraturum ꝛ melioris odoris.

De releuatione uinearum.

Uinee releuande sunt ꝛ ui tes ligande/ anteqꝫ gēme nimium turgescāt. ꝛ uinee quidem que in ordinib9 cum palis ꝛ particis fuerint/ita ꝙ in eis uites spisse sunt undiqꝫ distātes equaliter releuande sunt/ ut cuilibet

viti palo affixo eadem in medio vi
tis cingatur conuenienti vinculo si
uinea ē depressa. Si uero alta/in du
obus cingēda est locis. prius tamen
ad nouem palos sex cannis aut par
ticis conuenienti altitudine alligatis
ita q una uitis sit in medio & cetere
circunstantes. sic enim defenduntur a
casu/ & uindemiantib9 quasi ad om
nes vites aptus patet accessus. Deī
de palmites ī ptes q̄tuor diuidāt &
fortiores fortioribus particis debi
liores debilioribus alligentur. ¶ In
his uero vineis que rariores habent
vites/pali per totum trib9 distātes
pedibus affigantur. & eisdem cānis
vel particis firmiter ligatis. superī
ducantur vites. & taliter distribuan
tur/ q operiant vniuersa spacia & li
gentur. et hic modus obseruatur in
multis vineis Marchie Anchonita
ne sed mihi non placet Ubi uero pal
mites velut funes tenduntur cuilib3
viti circa eam tres pali parui ponū
tur ab inuicē distantes medio pede
& uinculum quoddā circa eos uelut
sarmentum cingatur. deinde palmi
tes extendantur. & inter vitem & uitē
furcula parua ponatur/ vel bacul9
ligetur ne uue flectantur ad terram
Et iam huic vinee q̄ ceteris in qui
bus palmites longi relinquuntur
multum proderit/ si facta prope pa
lum ligatura extra eam postq̄ iā la
crimas effunduat/ suauiter modicū
torqueantur sarmentes. nam huius
modi tortura nascitur īfra ligaturā
successura materies. nec vitis nascen
tibus aliquā inferet lesionē. Et hic
modus apud aster laudabiliter serua
tur ab omnibus. sed palmites circa
vitem sine particis ad duos tres uel
quatuor palos post vinee fossionē
satis irrationabiliter & inepte ligāt
In his autem vineis que in aciebus
consistunt si cū particis aut sarmē
tib9 tantum fiunt/nota est earū ope
ratio. Si uero in paruis pergularis
affixis paruis palis iuxta vites & lō
gis trib9 pedibus ex opposito remo
tis/baculus fortis iter vtrumq; pa
lum paruum & magnum ligetur a p
te vitis depressus & ad oppositā ele
uatus. sup quibus sufficientib9 p ar
ticas positis/uites distribuantur eq̄
les. Si uero ī arbustis uel arborib9
sunt uites/nihil aliud agendum ē ni
si ut uites in pluribus locis ligent
ad stipites. & earum palmites per ra
mos & truncos equaliter distributi
ligentur. Sed prouidendum est ōni
b9 annis vitem resolui ac religari/
quia refrigeratur vt Paladius ait.

¶ De fimatione vinearum. & radi
cum inutilium amputatione.



Mense Octobris uel Nouē
bris Februarii uel Mar
tii fiūt parue fouee circa
vites/& amputatis cunc
tis radicibus q in sūmitate sunt ter
re/letamem imponitur. & maxie hoc
est in vite nouella seruandū vt am
putentur radices superuacue quas
produxit etate. que si conualuerint
inferiores radices faciunt nutrire/
& remanet uitis in summitate suspen
sa que res eam frigori faciet obnoxi
am & calori. sed he radicule nō ad sti
pitem debent recidi / ne aut plures
inde nascantur/aut noua plaga cor
pori uitis impressa/ut secuturi algo

ris vratur. Recidantur autem relic to digiti spacio. et si placida hiems est/ vites relinquamus aptas. cũ ante hiemem hoc est factum. si uiolenta ante mensem Decembris operim9. Si perfrigida/ modicuz columbini stercoris circa viticulas largiemur. Sz cum alium fimum ponimus. paruis parum/ magnis uero vitib9 plus apponimus. Plurimum igitur operat' in uineis letaminis administratio frequens ad multum proferendum fructum. sed quia consueuit vini saporem uiciare et durabilitatez ledere qui nobilius vinum habere cupiunt de mense Augusti ubi uinea misterior est/ lupinorum corbem vnam in bubulca serunt. et cum ad debitum augmentum peruenerint/ eos euertunt. et optimum stercus vineis prebere dicuntur Vel in foueas circa vites factas ponunt minutatim incisos sarmẽtes et pampinos. et operiunt.

De vineis ligonizandis.

Mense marcii nouella uinea incipiat puluerizari. quod tunc et deinceps vsq; ad Octobrez/ singulis mẽsib9 agendum est non solum ppter herbas/ sz ne tenera adhuc semina solidata terra constringat. Sed in mẽse Julii mane et vespere iaz calore deposito debet effodi/ et auerso gramine puluerisari Graminum radices sunt cum obsint plurimuz extirpande. Fiant preterea sulci per illas partes ĩ quib9 aqua colligitur. ut ad extrẽas partes facile defluat. que si remanserit. nouellas extinguit/ et antiquas vites elidit/ Eodem mense Marcii ẽ celebranda completarum vinearum fossio/ anteq; gẽme nimis turgescãt qz si fossorem apertus vitis vidențe oculus/ cecabitur spes magna vindemie. Deĩde mẽse Mai fit secunda fossio vinearũ eo tempore quo nondũ florent/ et eo quo iaz florere desierunt qz que florent/ constat non esse tangenda. Jn qualibet autez fossione cauendũ est ne fiat eo tempore quo terra nimis madida uel nimis sicca est/ sed cum medie dispositionis existit Et quãto terra magis puluerizabit' tanto melius erit. Sufficit tamen si mediocriter profunde fodiatur. Sit autem studiuz vt vniuersa terra fodiatur equaliter/ ut nihil in ea crudi soli remaneat. et maxime iuxta uites quam rem uirga in qua sit altitudis pastini modus designatus/ diligens custos in multis locis exploret. Nã hec cautela dolosos fossores ab hac negligentia submouebit.

De nocumentis que vitibus accidunt et cura ipsarum.

Accidunt nocumẽta in primo ãno plantatis vitib9 ut pereant vel semiuiue remaneant. Qd quidẽ quãdoq; fit propter herbas circa eas iacentes/ quaruz radices sibi nutrimẽtum surripiunt. quod si accidat/ frequenti fossione et herbarum incisione iuuentur. Aliquando vicinis arborum vel sepium vmbris. et tũc aut amputande sunt/ aut frondibus denudande Sepe etiaz ex nimio solis ardore deficiunt quo casu aut obumbratione aut operimento terre circa eas cum aliquo stramine ne omnino

siccentur/ aut aque convenientis ex bibitione lesionem evitant. Accidit etiam quandoqz nocumentū vitib9 ex vicinitate quarumdā plantarum sicut caules corilli ꝛ lauri. Compertum est enim hec adurere vitem. Ideoqz in vineis plantari non debent. Quandoqz patiūtur anialium corrosionem. que plurimum ledunt eas ꝛ toxicant. Ideoqz si pauce sunt vites spinis cōgruis muniantur/ si plures fossatis cingantur ꝛ sepibus. Quandoqz vites in hieme gelu pereunt. q̄re recidende sunt iuxta terram. ꝛ in talibus locis in putatione curandum est/ ut nunq̄ stipes erigatur aliquis supra terram. ꝛ cum approximat hiems/ vites putentur nō curtatis flagellis. ꝛ omnib9 simul in quibusdā locis cum iunco ligatis iuxta terraz flectantur. ꝛ super capita ipsorū ne surgant/ aliquid terre ponat᷑/ Deide post hiemez reducto ligamine releuēt᷑. vel fiant in arboribus tantuz super quas non facile gelu siccantur. Aliquando autem frigus non totā perimit vitem/ sed solum novos palmites qui propter ligni teneritudiez ꝛ medulle magnitudinem/ se defendere nequeunt. Quod cum acciderit sursum in loco ydoneo palmitibus procreandis/ aut etiaz modico de palmitib9 relicto si aliquid viriditatis ibidem habuerint recidatur. sic eniz q̄si renouabitur ꝛ formabitur vitis. ꝛ forsan eodem anno aliquem fructuz feret. Accidit etiam plerumqz ut p9q̄ palmites ꝛ vuas protulerit/ pruinis omnem viriditatez amittant quare i talib9 locis ōnia genera vitiū plātanda sunt que tarde virescant/ ut sunt albana gargāica ꝛ maiol9. Plerumqz vineas invadunt ruge/ que ōnem viriditatez corrodūt. ꝛ vermes virides. ꝛ azurri parui qui caiaturi vocantur Bononie. qui natos cuz vvis palmites perforant ꝛ desiccant. Contra que/ subueniendum est ut p manus mulierum ꝛ hominum colligātur/ ꝛ pedibus conculcentur vel igne cremētur. Accidit preterea sepissime ut tempore caloris descendat cū ferūēti sole paruissima pluuia venenosa ꝛ adusta. q̄ vulgariter apud Bononiam mellinum vocatur. que multa genera vitium adeo ledit/ ꝙ earū fructum ōnino in nihilū reducit Ideoqz ubi hoc frequēter accidit/ ea plātentur vitium genera que modicum vel nihil leduntur ab eo. ut est malisia ꝛ albana ꝛ grilla/ ꝛ quedam alia genera nota. Tempestas etiam sepe omnino vieas consumit. Cōtra quā nihil omnino valere potest/ nisi forsan pia oratio ad deum mūdo corde directa. Licet quidam taz mares q̄ femine ignorantes naturaz ꝛ generationem grandinū/ imprudenter aut fallaciter asserant cōtra grandines ꝛ fulgur q̄dā fieri posse. Accidit etiā quandoqz ꝙ vitis ligōe ledatur ꝛ tūc quidez vitis stricte ligetur in plaga ꝛ ea circunfossa ovinū vel caprinuz admisceatur cum terra letamē. Accidit preterea sepe ꝙ vitis tot pampinos profert/ ꝙ eos ꝛ vuas ad debitum nequit producere augmentum In quibus mense Mai consideranda sunt sarmenta/ q̄ novella vel vetus vitis protulit. ꝛ ei pauca ꝛ solida relinquamus. ꝛ in novellis āminiculis firmamus/ donec brachia fir

mata durescant. nec amplius resecte
et pullulāti uiticule q̄ duas uel tres
materias reliquam9. et propter vē
torum iniuriam alligentur. Si relin
quas in primordio pauciores hoc
mense pampinari cōuenit. sed tunc
est pampinatio necessaria/ cum tene
ri rami digitis strigentib9 crepabūt
sī difficultate carpēdi. hec res uuas
efficit pinguiores. successuram mate
riam corroborat et utilitati fructuum
conuenit solis admissū. Accidit pre
terea vitib9 sepe tanta debilitas/ ut
misera nimis sarmēta et uuas produ
cant/ quib9 fimo frequenti fossione
et stricta putatione subueniendu3 ē
Quedam autem adeo lete et pingues
sunt. q magnitudine pampinorum
vieas claudūt/ et se viciasq3 uites suf
focant. nec fructum suum maturare
permittunt. Quib9 subueniri oport3
larga putatione. rara fossione. fimi
priuatione. et palmitum et pampino
rum inutilium amputatione tēpore
Mai. et frondium spoliatione in lo
cis frigidis. et precipue cui uue pu
trescunt. pampinētur per latera trigi
ta diebus ante uindēias. et sola frōs
illa seruanda est que i summitate po
sita solem nimium defendit a uertice
et si que in terra iaceant/ sursum sine
reuolutione suauiter eleuentur. In
locis autem ardentib9 et siccis/ obū
bratur vua/ ne vi solis arescat. si ā
vinee breuitas aut facultas permit
tit operario2. In quibusdam etiam
locis nimias hominum et canum pa
tiuntur isidias. Quas diligenter die
noctuq3 maturitatis tempore custo
diri debet. et in eis plantari debēt ea
genera que non sint delectabilia sed
austera ad edendum ut Gimaresca et
gimaronus. que non de facili tagūt
ab aliquo et tamē nobile ac seruabile
vinum faciunt. A scurlis sepe prete
rea plurimum infestantur. quod cū
accidit funib9 et signis terribilibus
per uineas appensis/ et personis cir
cundantib9 et eos terrentibus/ expel
lantur. Q2 si tāta est eorum inuasio
q predictis modis defendi non po
test/ fiat in medio vinee super quatu
or columnis loc9 eminens. sup quo
puer aliquis maneat trabatq3 et mo
ueat funes ab aliis capitib9 ad lon
gos palos circa vineam ligatos cu3
cucurbitis et paruis baculis circa e
as. cum in aliqua parte uiderit opor
tunum. ut in ciuitate Eloge ab om
nib9 obseruatur.

De conseruatione vuarum recen
tium vel siccarum.

Vuas quas seruare vole
mus ligamus illesas. nec
acerbitate rigidas nec ma
turitate fluentes s3 quib9
est granum luce penetrabile et splēdi
dum et tactus cum molli iocunditа
te callosus. Si qua sunt uiciosa rese
cemus. nec patiamur interesse quib9
inexpugnabilis acerbitas cōtra blā
dimenta estiui caloris indurauit/ tūc
incisos botrionum tenaces calida pi
ce ambiri oportet. atq3 ita in loco sic
co frigido et obscuro sine luminis ir
ruptione suspendi. Itē aliter. extrac
to pane de furno non nimis calido.
ponatur in eo palea et supra eam v
ue/ ibiq3 per horam secundu3 q meli
us tibi videbitur dimitte. donec ali
quantulu3 fiant passe. Vel ponātur

super assidē vel aliqua craticula in
furno. et postq̄ inde fuerint extracte
submergantur in musto dulcissimo/
et ponantur ad solem donec aliquan
tulum sint sicce seu aliquantulū mus
to guttate. et ponantur in vase veluti
in lagena vel sacco. Itē aliter uvas
sole decoctas pone in musto ferventi
ad ignē modice dimittendo/ et pone
ad solem iterum et sunt optime. Itē
uve sanissime et aliquantulū ad so
lem passe/ servantur in sabulo sicca
to ad solem. Item in paleis vel feno
substratis. Item in foliis vitis sicca
tis. Item in melle. Catho ait uvam
in ollis cōmodissime condi et in sap
pa et in musto. Recte uvam passam
grecam sic facias. melioris acini et
dulcis et lucidi botriones ī ipsa vi
te torquebis. et patieris sponte medi
ocriter siccari. Deinde sublatos ī um
bra suspendis et uvam districtā cō
ponis ī vasculis substernis pāpinos
sicco algore frigentes/ et manu com
primis et cū vas impleveris/ desup
pampinos addes et optulabis ac sta
tues in loco frigido sicco quē nullꝰ
fumus infestet. Salernitani autē u
uam passam hoc modo faciunt Eli
gunt enim meliora uvarum grana/
et ad solē desiccant. deinde in furno
modicum posita cum vino dulci ab
luunt et superaspergunt pulverē cy
namomi. et ligant in foliis fici et ser
vant per annum. hec virtutem habet
leniendi et decocte in vino et ipsū vi
nū valent ɔtra frigidā tussī. Fit eti
am optīe uva passa hoc modo. torq
atur in vite. et sic torta per tres vel
quatuor pēdeat dies. Deinde collec
ta quilibet botrionus cum manu ul
tenacula in musto dulci fervēti pōa
tur. et in tantū q bis possit dici sa
lutatio beate virginis marie teneat
Deinde siccetur ad solem si calidis
simus est/ vel in clibano pane extrac
to. Caue tamē ne pluviis aut rore tā
gatur. Deinde refrigerata in aliquo
mundo vase ponatur/ et optime com
pressa desuper pōderetur. Quidā aūt
ea exsiccata ad solem iterum in mus
to dulci frigido obruūt/ et exsiccant
aliquantulum et cōponunt. Sed hec
omnia fieri cōmode possunt de uvis
recentibꝰ sine tortura racemi/ omni
bꝰ aliis que diximus observatis dū
tamen sciasq difficillime siccari pos
sunt ad solem in regionibus tempera
tis. Item grecis docentibus si uvas
vel poma ī vite vel arbore diu serva
re volueris vasculis clausa fictilibꝰ
ab una parte pertusis diligēter a sum
mo tecta suspēde/ quāuis poma gip
so cooperta in longā servētur etatē

De virtutibꝰ uvarum.

Uva in duo dividit' secun
dū Ysaac Est enim acer
ba et matura. Acerba est
frigida ī tercio gradu/ sic
ca in secundo/ hec tres habet substan
tias in se diversas/ scilicet grana cor
ticem et succum. Granorum natura
sicca est et dura nullius cōversionis
in corpore/ sed integra egreditur/ sē
farina ex eis pistatis facta bibita ɔ
fortat/ et colericam egestionem strin
git/ maxime si assetur. Cortex gros
sus est nec cōvertitur et ideo non nu
trit/ confortativus est stomachi et e
patis calorem extinguit/ sitī aufert
acumen colere rubee mitigat. Pomi

tum ⁊ digestionem colericā stringit.
Oculis appositus palpebraruȝ gros
sos hūores attenuat ⁊ exsiccat. Itē
valet ad pruriginē oculorum ⁊ aspe
ritatem. Succus uero vue acerbe/ an
te dies caniculares ad soleȝ poni de
bet/ ut siccetur ⁊ spissetur ut mel/ hic
ualet humoribꝰ ad gulam descenden
tibꝰ/ ⁊ gingiuas ⁊ auriculas. Si dis
tere facias/ ualet vulneribꝰ intestino
ruȝ/ ⁊ diuturnis humoribus in vul
uam descendentibꝰ. Vua matura q̄
ē in sua cōpleta dulcedine/ sanguinē
laudabilem facit/ ⁊ ceteris fructibus
quemadmodum ficus melior cibus
est. Plus tamen ficus q̄ȝ vua nutrit.
Testatur autem hoc/ quia quidā su
is temporibꝰ eis solis utuntur vnde
pingues fiunt/ ⁊ clare eorum cutes.
desistentes uero ab earum esu/ facile
marcescunt. Eius ossa sunt frigida
⁊ sicca/ granis acerbe vue uicina ha
bent tamen acumen quoddam/ prop
ter quod cito exeunt ante conuersio
nem. Iteȝ cortex eius frigidus ⁊ sic
cus est/ ⁊ ad digerenduȝ durus ⁊ si
cum ossibus ⁊ cortice edatᷣ indurat
egestiōeȝ ⁊ iflatiōē ⁊ uētositatē generat
⁊ hūores lōginquos a sanguine lau
dabili. Si comedantur in hora qua
de vite accipiuntur/ siquidem inuēi
ant stomachum malis humoribꝰ ua
cuū ⁊ cibis/ ⁊ fortis sit digerere/ bene
digerūtur/ ⁊ i laudabilem sanguineȝ
conuertuntur. ⁊ uentris adiuuāt so
lutionem. corpusq̄ȝ a malis purgāt
humoribꝰ. Econtrario si stomachū
inueniant malis humoribꝰ uel cibis
plenum/ ⁊ digerere sit imbecillis/ in
eo morantur ⁊ inflationeȝ generant
ac rugitum/ ⁊ in humores malos ꝯ
uertuntur. ⁊ fumum noxiū plurimuȝ
creant. Appense autem ⁊ ab aere hūo
ribꝰ superfluis desiccate/ ceteris vuis
sunt laudabiliores/ ⁊ subtilibus die
tis conuenientes. Ab inflatione lon
ge sunt ⁊ ventositate uel fumositate
nec stiptice sūt. nec solubiles. In mus
tum misse uel sappam. grosse diete
sunt ⁊ stomacho minus conueniētes
Ventositatem ⁊ inflationem produ
cunt/ propter extraneos hūores ex
musto ulᷣ sappa assūptos. Vue mul
tum carnis habentes/ nutribiliores
et duriores existunt q̄ȝ he que plus
humoris q̄ȝ carnis habēt. Item vua
cuius sapor est dulcis ac grossꝰ mel
liq̄ȝ vicinus/ calidior est sitimq̄ȝ gene
rat ⁊ grossioris est nutrimenti ⁊ ad
digerendum durioris/ inflationē fa
ciens ac rugitum. ⁊ opilationeȝ sple
nis ⁊ epatis. Et vua cuius sapor ē
subtilis aquosus/ frigidior est/ ⁊ di
geri leuior. stomachi confortatiā ⁊
mundificatiua a colericis humoribꝰ
sitis mitigatiua ⁊ conueniens ꝯplex
ionibꝰ temperatis. Et vua cuius sa
por est medius inter predictos est me
die ptātis. Alba vua clara ⁊ aquo
sa. leuiter nutrit ⁊ facile digeritur ue
nas cito perforat/ ⁊ vrinam prouo
cat. Nigra grossa ē. ⁊ digeri dura. sȝ
confortatiua stomachi. ⁊ si bene di
geratur/ nutrimentum bonū prestat
Rufa ulᷣ citrina media est supradic
tarum. Passum siue vua passa/ ē sic
ca ad comparationē viridis. ⁊ ex ea
quedam est dulcis/ que calidior est
⁊ humidior maxīe si nigra sit. et hec
ualet ad dolorem pectoris ⁊ pulmo
nis ⁊ tussim mitigat. Que uero acer
bitatem habet. minus nutrit. et frigi

dior ꝛ siccior est dulci. Ideoq3 stōa chum confortat. calorem extiguit. ꝛ ventrem constipat.

De apparatu vindemie.

Appropinquante vindēiarum tempore/ preparāde ꝛ aptande sunt tine ī his locis in quib9 moris est vinum cu3 suis racemis ꝛ arillis bulire. In aliis vero torcularia. Item corbes cophini ꝛ ciste ꝛ cetera instrumenta ꝛ vasa que unicuiq3 necessaria uel oportuna sunt secundu3 varias ꝛ diuersas locoru3 cōsuetudies ꝛ omnia vasa necessaria sunt mollificanda optime ꝛ lauanda. Et iunci veteres seruati querendi sunt. quia meliores ꝛ durabiliores sunt nouis qui adhuc semimaturi existunt.

De tempore vindemiandi.

Utile est dinoscere quando vindemiandū sit. na3 quidam anteq3 vue maturentur vindemiāt. ꝛ ideo subtile ꝛ infirmu3 ꝛ non permanens faciūt uinū. Alii vero tardi9 vidēiātes non solum vineas ledunt resolutis iā virib9 eius/ s3 tale uinum passibilius ꝛ minus durabile faciunt. Cognoscitur ergo tempus vindemie gustu ꝛ visu. Auicenna enim democritus ꝛ africanus dicunt sex solu3 diebus debere vuam ꝛ non pluribus permanere maturam. Si eni3 granū vue ia3 non viride sit/ sed in ea nigredine vel alio colore in quo tandē eē debet secūdum naturā generis illius vue/ significat eam eē maturā. Quidam autem exprimunt vuam/ ꝛ si q̄dem effluxerit granu3 uue nudu3 nō cōtinens carne3/ maturas esse ad uindemiam approbant vuas. Si uero effluxerit granum cū parte carniū eas non dicunt esse maturas. Quidā aūt ex quo incipiūt passe fieri/ maturas conuciunt vuas. Alii uero probant ita. ex vno densissimo botro unū auferunt acinum. post vnu3 uł secūdū diem considerant si manet in eadem forma locus acini. ꝛ si circunstantes nullam recipiunt augmentationem/ vindemiare festinant. Si vero acini locum minorem factum considerent quasi his que in circuitu sūt acinis adiunctis/ sustinent vindemiam donec augmentatio procedit. Paladius autem ait maturitatē cognosci. si expressa vua/ grana que in acinis celantur sint fusca/ ꝛ aliqua ꝓpe modum nigra. quam re3 facit maturitas naturalis. Oportet ergo tūc vindemiare. ꝛ maxime luna existente in cancro uel leone libra uł scorpione vel capricorno vł aquario. Ea uero finiente ꝛ subterranea existēte festinanter oportet vindemia3 facere vt burgundius ait in libro de uindemiis que3 de greco transtulit in latinum. Et in summa sciendum est. q͞ si vue nimis pingues per latera frondibus denudentur/ uinū quod ex eis fiet minus erit aquosum potentius ꝛ melius duraturum. Si vue collgūtur post tercia3 rore cōsumpto ꝛ aere calido ꝛ sereno/ vinum erit potentius ꝛ melius duraturum. Vue lucide non pingues neq3 cōsumpte/ nec in aliqua parte corrupte/ vinum faciunt potentius ꝛ melius duraturū contrarie vero contrarium operātur

Vue nimis mature vinũ faciũt dulcius/ sed min⁹ potens. minusqȝ durabile/ q̃ eedem tempore priori collecte. Vue nimis acerbe/ faciunt vinum acerbius. Mediocres vero/ faciũt uinum potens ⁊ meli⁹ duraturũ. Vue in augmẽto lune collecte/ vinũ min⁹ seruabile faciunt. In decremẽto magis. Si vue nigre ad buliendum ponantur in fundo tine. uinum erit rubicundius. si mature maturi⁹ si acerbe acerbius. Si mel dulcius. si salui a saluiatum. Et generaliter saporem ⁊ virtutem acquiret eius quod in eo loco ponetur/ si diebus congruis simul ebulierint. si vue collecte quib⁹dam dieb⁹ in aceruo steterint/ vinũ maturius erit. Si mustum in doliis siue graspis ebuliat/ bonum ⁊ durabile erit/ sed tardius clarificatur q̃ si cum eis ebuliat.

Qualiter vindemiandum sit.

Qui portant copbinos maiores vel corbes/ ⁊ qui vuas in cistis colligunt/ eligant folia. ⁊ si quis acerb⁹ vel putridus aut siccus inueniatur botrus auferatur. Oportet autẽ ⁊ calcantes vuaȝ si quid obliti sunt qui presunt copbinis aut corbibus/ ipsa eligere folia. ipsa enim contrita cum vuis/ austeruȝ magis operãtur vinum ⁊ facile corruptibile. De acerbis autẽ putridis ⁊ siccis uuis/ maximum fit nocumentum vino.

Qualiter debent vue calcari. ⁊ ex eis vinum fieri.

Omissas torculari uuas stati pedib⁹ exprimi oportet ab his qui ad hoc sũt ordinati. ⁊ cum omneȝ acinum equaliter calcauerint/ sursum racemos ⁊ grana eleuent ⁊ attrabãt ut multũ hũoris sub torculari defluat ⁊ cũ secundo calcauerit ⁊ in altũ racẽos erexerint ⁊ molles ⁊ calidos ⁊ cum ualde humidos eos fecerint sic sub ligno ⁊ palo eos ponant. Calidi enim ⁊ molles existentes/ facile fluxibiles fiunt. Si uero hũidi valde disponantur/ necesse est graui suposito scindi eorum compositionem. Intrantes autem in torculari oportet ualde pedibus esse nudos. ⁊ non sepe exire ⁊ intrare nudis pedibus. ⁊ est bonũ ꝙ in eo nõ cõedant nec bibant. ⁊ ꝙ sint vestiti ⁊ cincti ꝓpter sudores superueniẽtes. In quibusdã tamen partib⁹ vt Bononie calcant ad uineaȝ in corbib⁹ sicut mediocriter possunt. ⁊ calcate posite sup currib⁹ in uasis ponãtur ad tinas in q̃b⁹ eas stare ad ferueuduȝ permittũt per octo dies ⁊ ultra usqȝ ad quindecim vel uiginti. ex quo multũ purificatur vinũ/ sed sapore racemoruȝ inficitur. Ideoqȝ meliusest ꝙ supra tinam ponatur cratis uel ĩstrumentũ ex assidib⁹ ꝑforatũ ad hoc dispositũ supra quod stet vnus calcator qui calcando perficiat quod in corbe cõpleri non potuit ⁊ cum omnes bene calcauerit racemos cum pedib⁹/ per unam partem in tinam emittat in q̃ tantum buliat solũmodo ꝙ purificatum sit. ⁊ racemi supra liquoreȝ eleuati ab eoqȝ diuisi. quod in paucis euenit diebus. quo facto reponatur

in uasis et i tinis. et aqua ponat' pa
ruz uel multum/secundum q nobili
ores et potentiores autuiliores vue
fuerint. et secundum q hoc uinũ qd
mixtũ dicitur melius uel peius opta
tur. Sciendũ est tamẽ q quanto me
lius vue calcantur/ tanto minus et
deterius fiet mixtũ. sed de puro plus
habebitur. Si uero male calcate fue
rint/econtra erit. et secundum illũ mo
dum vinuz purificabitur et durabi
le fiet. nec viciabitur racemorum sa
pore. scias tamen q vuas debiles a
queas magis/nobiles uero minus bu
lire oportet. Est autem sciendũ q̃s
dam eẽ species vuarum / adeo auste
ros racemos suos habentes/q cum
eis vinum sine sui detrimento bulire
non audet quasdaz vero adeo modi
cum austeros habentes/q cũ eis bu
lire plurimum possit. Notandũ est
etiam q quanto vue pinguiores et
aquosiores sunt/tanto magis cũ ra
cemis bulire debẽt i tinis. Et quãto
nobiliores et sicciores fuerit/tãto mi
nus i eis stare oportet. Itẽ sciẽdũ ẽ q
postq̃ vue collecte sunt et in acervũ
posite si duobus vel tribus diebus
sic steterint/ valde ipsarũ et vini au
getur maturitas et dulcedo. Ideoq
utile est in uiueis habere bitumen in
quo uue ponantur/ubi diu stare po
terunt. et extra i tina parua ex bitũie
facta/colligi matuz vinũ qd inde liq̃
bit qd valde suaue ac delectabile erit
nõ tñ i estate de facili poterit ꝯserua
ri. Sciendum est etiam q õne vinũ
quod cum racemis et pellibus seu cor
ticibus acinorum non feruet est albuz
quod vero cum eis feruet/tinget' ab
eisdem / et corticis colorem nigrum
aut album vel rubeum acquirit vel
aureum.

De his que ex vuis fieri possunt.

Ex vuis fieri possũt agres
tum passum defrictum ca
roenuz sappa vinuz et ace
tum. De quibus omnibus
dicendum est qualiter fiant et conser
uentur. et de natura et virtute quam
habent in corporibus humanis.

De agresto passo defricto caroeno et sappa.

Agrestuz fit duplex liqui
dum et siccum. Agrestum
quidem liquidũ fit hoc mõ
Cũ vue sunt adhuc acer
be/sed ad debitum uel quasi peruene
runt agmentum/colliguntur et pistã
tur et in mastellum vel tinam vel ali
ud vas ponuntur ad solem. et in eis
aliquid de sale ponetur. et postq̃ du
obus uel tribus diebus ad solem stete
rint/accipitur succus et repositus in
sui seruetur. et quidam de sale nõ po
nunt. sed cum eo melius conseruatur
et maxime si ex talibus vuis factũ fu
erit/quarum vinum in estate sanum
seruari non potest. Agrestuz uero sic
cum sic faciendum est. Accipe vuas
acerbissimas et pista et exprime et po
ne in vase ex ere rubeo super ignem
et coque donec coagulationi appropĩ
quat. Deinde pone in uase extenso/
et soli expone donec siccetur et serua
Et quidam ponunt ad siccandũ in
sole absq decoctione aliqua / si sol
calidus adest. Quidam etiam agres
tum faciunt ex vuis aliquid dulco
ris participantibus. sed prior stipti
l

cior ꝛ frigidior est. Potes ꝛ tercio modo facere agrestum spissuz vt mel quod est plurimum virtuosum / vt scilicet dictum est de uirtutibꝰ uuaꝝ Passum vniuersa africa pingue ac iocundū sic conficere solita est ꝛ cō sueuit. leguntur uue passe. ꝗ plurime ꝛ in fistellis iunco factis aliquatenꝰ raro contextu posite. virgis primo fortiter verberantur. deinde vbi v uarum corpus vis concussionis ex soluerit comprimitur hinc passū ē quicquid effluxerit. ꝛ conditum uas culo / mellis more seruatur. Defrictū carenū ꝛ. sappa fiunt ex musto. Nā defrictum a deferuendo dictū effectū est / vbi ad spissitudinem fortiter def pumauerit. Carenum cum tercia p dita due partes remanserint. Sap pa vbi ad tercias redacta descendit quam tamen meliorem faciunt cito nea simul cocta.

De purgatione uini facti ex vuis acerbis ꝛ corruptis.

Oportet omnes uuas acer bas uł aliter qualitercūꝗ corruptas separare a re liquis ꝛ quod ex ipsis est mustum ita est curandū. Aqua plu uialis vsqȝ ad dimidiū est excoquē da. ꝛ ex hac aqua decocta / quanta ē musti decima pars superifundi uino Rursꝰ autem cuȝ vino decoqui / vt co sumatur in decoctione decima pars Quidam autem non ita faciunt / sed ipsis vuis immittūt aquam cōmiscē tes ad futuruȝ mustū terciā partem. post calcatis vuis / mustum coquūt ut cōsumatur eius tercia pars.

De cura vini pluuia agitati.

Si pluuialibꝰ ymbribus multis superuenientibus vue in uinea adhuc existē tes / uel post vindemiam ampliusꝗ oportet madefiant / ex necessitate ip sas calcabimus. Si uindemiatū mus tuȝ imbecillius eē dinoscetis. docebit autem te hoc gustus cum vinum in doliis mittetur / post primaȝ ebulitiō onem confestiȝ transfundatur ī alia dolia manet eniȝ in fundo ōne liosuȝ ł lutosū ꝑpter grauedīē. Quidaȝ au tem melius faciunt / ꝛ vinum coquūt donec uicesima pars eius consuma tur / imittentes gipsi centesimam par tem. Laudaci uero vsqȝ ad ignem uinum decoquūt / quousqȝ quinta ps eius consumatur / ꝛ eo post totā con sumptā vtuntur.

Qualiter mustum in doliis mittē dum sit.

Dolia anteꝗ mittatur in eis mustuȝ / aqua salsa pu ra spongia ablui oportet ꝛ incenso fumigari. opor tet autem neqȝ nimis facere ea plena nec nimis deficiētia sȝ opinari opor tet quousqȝ mustum bulliens augmē tationē faciet / vt non supereffunda tur. Cōmouere postea quod in doli is est mustum per quinqȝ dies / ꝛ ma nibꝰ ꝛ ciphis spumam et si quid ali ud sit superfluum auferre. ꝛ expur gationes omnes a cellario educere. ꝛ longiꝰ ꝓicere. Si enim prope mā serint / conopes inde generātur / et ma lus inde fit odor. que ambo vinum euerti faciunt. Idcirco bonum odorē in torcularibus ꝛ maxime ī apothe cis esse oportet.

¶ Qualiter mustum per totum ãnũ haberi possit.

Antequã calcentur botri ꝙ ex ipsis stillat mustuꝫ qḋ presmonem quidam vocant/ mitte in eodem die i uas pice interius perunctum vel exteri⁹ ut semiplenũ sit uas. ⁊ obstrue diligenter gipso. multo enim tempore permanꝫ mustũ valde dulce. Multo magis seruabitur/ si uase percluso corio. in puteum vas imittit᷑/ quia non superbulliēs semper erit mustũ. Si quis autem ⁊ qescibiliter id ē paulatim conculcauerit vuas / vt nõ cõprimãtur scilicet fortiter/ hoc mustũ vtile ad permanentiam habebitur ut burgundius ait. Alii vas vt est dictum interius ⁊ exterius pice perunctum in puteum ponunt/ vt labia sola supereminеant. hoc per experientiam optime visuꝫ est. Alii in arenam humidam vas suffodiunt.

¶ De cognitione an mustum vel vinum habet aquam ⁊ qualiter possit separari ab ea.

Ut cognoscamus an mustum habet aquam. pira cruda vel secunduꝫ quosdam mora mitte in mustũ ⁊ si aquã habet/ submergẽtur. si nautem/ supernatabunt. Quidam cãnam grecam que nascitur in aquis vel linum uel papirum vel fenum vel aliquid aridum vngunt oleo/ ⁊ ĩ vinũ mittunt ⁊ extrahunt. si aquaꝫ habꝫ congregabuntur gutte ĩ oleo. Et q̃nto plus de aqua habuerit tanto maior esset ⁊ erit guttarum aque congregatio. Alii simplicius facientes imittunt in ollam nouam nondum infusam. ⁊ appendunt duobus dieb⁹ stillat enim olla aquam mixtaꝫ. Quidã in calcem viuam superinfundunt/ ⁊ siquidem aquam habet sonabit/ ampullas faciens ⁊ resiliet. Quidaꝫ uero spongiam nouam oleo vnguẽtes ea obstruunt os vasis ⁊ euertunt. ⁊ si aquam habet/ fundetur in spongiã Eadeꝫ probatione ⁊ in oleo vtimur Alii de musto sibi modicũ ĩ manu mittunt ⁊ fricant. si purum est viscosũ est ⁊ adheret. si aquam habet non adheret. Aqua hoc modo separat᷑ a vĩo Alumen humidum mitte in testam vini. deinde spõgia ũcta oleo obstrue os teste vel alterius vasis. ⁊ inclinans sine effundi. ⁊ effluet soluꝫ aq̃.

¶ Qualiter mustum cito expurget᷑.

In metreta dulcis musti/ cotulaꝫ aceti mitte. ⁊ post tres dies erit puruꝫ.

¶ Qualiter vinum nõ superebulliat.

Coronaꝫ pulegii uel nepite ꝟ origãi collo vasorum circumpone/ vt ait burgũdius. Quidam autem interiora doliorum circa latera pungũt lacte uaccino. detinebit enĩ intusbulliens mustum vt dicunt.

¶ Quo loco debet stare uinuꝫ vt melius duret.

Cellam vinariam septentrioni habere debem⁹ oppositam. frigidam obscuram vel obscure proximã longe a balneis stabulis furno sterq̃liniis cisternis aquis ⁊ ceteris oloris horrendi. In libro tamen vindẽie a burgundio edito dicitur / ꝙ for

tius vinum sub diuo ponendum ē. aduertat autem occasum et meridiē parietib⁹ quibusdā appositis. Reliqua autem vina sub tecto ponenda sūt. Fenestras autem altiores oportet facere ad aquilonem ꝛ orientem versas.

De transuasatione vini et aperitione doliorum.

Oportet vinū transuasare in borealibus ventis. nequaq̄ in australi. et in becilliora quidem in uere. fortiora autem in estate. vina autē que sunt in aridis locis/post solsticium brumale. Dum autem transuasatur vinum in luna plena/acetū fit Scire oportet qm̄ cū vinū a mitescēte id est fece separatur/ subtilius ꝛ imbecillius fit. Affirmant expertissimi viri/ꝙ si circa festum ōnium sanctorum cū vinum ebullire cessauerit et fex ad fundum descenderit/ipsū remoueatur a fece grossa. faciet in hyeme matrem subtilem cum qua meli⁹ conseruabitur. et post hyemē facili⁹ clarificabitur tempore veris. Item dicunt ꝙ si vinum diu cum fece moretur/adueniente calore ipsa ei adeo incorporabitur/ꝙ eius sapore inficietur. ꝛ non poterit aliquibus clarificari modis/ nisi coquat᷑ vsq̄ ad principium ebullitionis lento igne ꝛ claro ꝛ in vase mūdo ponatur cum salua uina habente in fundo duos baculos vel vnam tegulam mundam inuersā ꝛ mantellum de grosso panno Vel ponatur in tina mūda/ꝛ in ideꝫ uas postea reducatur modo predicto. Preuidendum ē etiā vt in hieme quidem calefiat/in estate vero infrigidetur. Oportet autē trāsuasare uinum cum luna augetur / ꝛ sub terra est. Oportet etiā cum a doliis in parua vasa transmutamus vinū/obseruare ortus stellarum. Mouetur enī fex in ortib⁹ stellarum. ꝛ maxime ī flore rosarum/ꝛ florescente vinea. Consulunt autē sapientes ꝛ maxie hesyodus. Cum aperitur dolium/ vinum quod est in principio dolii / et quod est circa fundum/consumere medium autem vinum dolii seruare quod fortius ꝛ permanentius ꝛ ad ī ueterationeꝫ aptius Vinum enī qđ est prope os dolii vt aeri adherens/ est imbecillius quia euaporatur Qđ autem est secus profundum seu appropīquās feci/ cito uertitur. Oportet autem transmutatum in testis vinū vel aliis vasculis/ non vsq̄ ad labia testarū immitti/sed vsq̄ deorsū parū sub collo. vt nō suffocetur/ sꝫ respiratōēꝫ hēat si de acetositate nō tiet᷑ sꝫ si ea timeat᷑ quasi nihil respirꝫ ꝛ fiat viride de salice viridi a corti ce mūdata Itē bonum estꝙ iuxta spinam feꝫariā sit una parua spinella per quam extrahitur parum de uino temporib⁹ calidis ꝛ uentosis. naꝫ ꝑ ipsam egreditur aliquid de feꝫa cum uino/ꝛ ipsum clarificabitur melius

Item oportet aperientem dolia seruare ortum astrorum/ quia tunc uini fit motus. ꝛ nō oportet tunc uinum rimari. Et siquidem dolium in die aperies/oportet intēdere soli vt non eius caliditas incidat uino. Si autem in nocte necessitate multotiēs prouocante dolium aperies/ superintēdere oportet lumini lune. Itē opor

tet euacuata dolia confestiz abluere aqua salsa· ul' cinere uel argillosa terra siccari si uinuz est debile. ¶ Sed si est ualde potens solūmodo bene claudatur vndiq3. quia odor ⁊ potentia eius tuetur vasa.

¶ De tempore ⁊ modo gustandi vinum.

Quidam borealibus existentibus ventis gustant vinum. Immutabilia enim ⁊ sincera tunc sunt. ¶ Alii vero experti vini cognitores austro scilicet vento flante/ vina gustant. Auster enim magis vinum cōmouet ⁊ redarguit quale est. Ieiunum aūt existentem non oportet uina gustare obtunditur enim gustus. neq3 post multam potationem ⁊ comestionem ut burgundius scribit. sed ex consuetudine Bononie ieiuno tantum stomacho gustant. Item oportet gustātem vinuz. neq3 amaram escam neq3 salsam neq3 aliqua que gustum alterent sumpsisse. sed q3 maxime cū pauca comedisset ⁊ bene digessisset. Quidam autem volentes circūuenire ēptores. testam nouam habent quaz ꝑfundunt optimo vino veteri ⁊ bene redolenti/ ⁊ in ea ponunt vinum qđ uendere volunt. Maliciosius autem quidam attribuunt nuces ⁊ caseum gustare volentibus vinum/ vt comedant. vt certissimus falsificetur gustus hec autem dicimus non vt faciamus sed ne decipiamur. Oportet etiam emptorez sepius gustare uinū nouum ⁊ vetus. vt non obliuiscat' quid effugere debeat.

¶ De signis cognoscendi vinuz durabile.

Omisso vino in dolio p9 quoddam tempus transuasandū est in aliud uas quiescibile. In priori vase derelinquenda est ipsa fex / ⁊ diligenter vas precludatur. Deinde itiendum est multotiens odorantes ne aliqua transmutatio fiat circa fecez gignentem conopes uel fangū albuz quem facit subtus butem vel magis aliquid talium existimandum est vinum esse corrumpenduz. Si nihil tale generatur/ credendum est vinū permanens esse. Quidam autez calamū integrum perforantes immittunt vsq3 ad funduz super feces. ⁊ precludētes calami superioris foramen magno digito postea auferentes digituz per olfactū attrahunt inferioris odorez. Deinde exurgentes attrahunt fecis partem. ⁊ secundum qualitatē fecis / uinuz futurū esse opinātur. Quidā uero parū uinū bulliētes ⁊ infrigidantes gustant. ⁊ qualecunq3 inuenitur in gustu. tale futurum uinuz reliquum esse credunt. Oportet autē ex medio uase gustum facere. Alii vero ex tegmine uasorum signum accipiunt. discooperto enim uase quod est in tegimine gustant. siquidē uiosum est/ optimum est uinum. si uero aquosum/ non. Alii autez ex ipso gustu si a principio austerum fuerit/ signum certū. si aūt molle fuerit/ contrariū.

¶ De nocumētis que uino accidūt

Accidit uino propter aquositatem corruptibilem in vite uel postea sibi admixtam

ut corrumpatur ⁊ vertatur. propter uarias causas extraneo colore in ipsam agente. Itẽ si fex uel modicum talis uini in eo de dolio extracto relinquatur in vase nec aperiatur vas/ conuertitur in muffam que vas inficit. Deinde quodlibet uinũ in eo positũ consequenter corrumpit. Et si ex eo uino in sanum doluꝫ uel aliud uinũ misceatur aliquid seu ponitur/ ipsa inficit ⁊ in suam corruptam naturam conuertit. Item uinuꝫ forte ⁊ potẽs ⁊ precipue dulce grossum. si tẽpore calido dimittatur in uase non pleno nec desuper clauso/ euaporat calidũ ⁊ humidum uini. ⁊ remanet frigidũ ⁊ siccum quod in acetositatem cõuertitur. de quorum omnium cura dicẽdum est.

Quibus temporibus vinum facilius uersetur ⁊ corrumpatur.

Omne vinum sepius conuertitur circa pleiaduꝫ occasum ⁊ circa solstitiuꝫ estiuale ⁊ circa sub cane estũ quod vulgariter cũmas vocatur. et generaliter circa omnes vẽtos ãnuales. Et in estu ⁊ in gelu ⁊ in largis imbribꝰ uel propter violentum ventũ ꝗ terremotũ ꝉ ꝓpter durũ tõitruuꝫ ꝉ q̃ndo florescunt rose uel vinee ut burgũdius scribit

Qualiter potest prouideri ne vinum uertatur.

Sales usti imissi in vinum. id vera ⁊ ultra q̃ꝫ bullire oportet ⁊ spumam ampliorem fieri/ ĩhibent. Amigdalas dulces nigris vuis imitte/ et permanens id seruant. Vua passa ablatis granis ⁊ cuꝫ arena immissa musto uel vino cocto/ pingue ⁊ ꝑmanens id facit. Quidam vuam siccam casu in vinea natam eligũt/ ⁊ singulariter vtuntur. Gipsum immissum. in primordio quidem austerum vinum facit. tempore vero ꝓcedente/ austeritatem euaporat. Vtilitas autẽ gipsi multo tẽpe ꝑmanet et ꝑmanẽtiam facit. ⁊ uerti non sinit uinũ. Et eiꝰ q̃dẽ ꝓportio ẽ/ vt si uinuꝫ sit delicatũ ⁊ saporis humecti aut pluuia agitatum/ centesima pars gypsi sufficiet. ꝙ si vinum nascitur virtute solidiꝰ medietas habendi sufficiet. Fenugrecum si teratur cum sale vstum ⁊ cuꝫ uino misceatur/ uina que uertuntur a sua mala fece separata et in boni uini fecem immissa/ permanẽtia erũt. Quidam autem tedas accendentes/ ĩ musto extinguunt/ ⁊ nõ sinunt uinum uerti. Quidam autẽ cedri fructuꝫ vstum ⁊ gallas vstas immiscentes vino/ permanens hoc faciunt. Alii cinerem ex sarmento vinee cõbusto/ ⁊ semen feniculi terentes ⁊ in massaꝫ redigentes/ miscent cum vino. Quidaꝫ vina que vertuntur in alia uasa et in aliã domuꝫ transferunt. Si enꝫ a calore illesa sunt/ in refrigerãtibꝰ locis ea recondunt. Si autẽ ab humore et frigiditate/ ĩ calidis locis et siccis transponunt. Alii uero semen lini vel lignum quercinꝰ comburentes/ cinerem imittunt vino. Alii lac ⁊ mel miscentes ut ualde sint leuia/ immittunt vino uel musto. Argilla pꝰ ebullitionem vini imissa/ expurgat deorsum secum transferens turbulentum ad fecem/ magis autẽ si vsta fuerit ⁊ bene redolens vinum facit ⁊ dulce

Reptilia enim hyeme ea3 cõcedentia viuunt. dulcorat enim argilla uinū ⁊ permanens facit. Eleborum nigrū ⁊ album paucum imissum. expurgat uinum ⁊ permanens facit. Vinū coc tum vsq ad terciam partem imissum musto / permanens id facit. frumēti farina permanētia uina facit. Resina pini retinet uina. Alumē scissū3 / stip tica uina facit. ⁊ acuentia vel acida sedat. Quida3 dicunt q impossibile est vinum uerti si prescribātur in ua se uel i doliis hec diuina verba. Gus tate ⁊ uidete quoniam xpristus sua uis est dominus / ⁊ bonum est q scri bantur i pomo quod mittatur i uas Confectio mirabilis ad vinū seruā dū que vocat paracia. Recipe aloe vncias. ii. Incensi uncias. ii. amomi vncias. ii. melliloti vncias. iiii. cas sie vnciam. i. spice nardi vncias. ii. folii vncias. iiii. mirre vncias duas Hec omnia in pāno ligata mitte in vnoquoq dolio postq̄ uinum ibi fu erit imissum ⁊ iam expurgatum. Im mitte autem in vnoquoq vase cocle arium vnum harum specierum. ⁊ p9 a pāno dissolue / ⁊ uino puluerem di mitte. ⁊ postea per tres dies radices calami moue. Quidam aūt aliā cōfec tionē faciunt. Recipe croci vncias . iii. hoc autem bonum colorem red dit. Incensi masculi cribrati uncias . iii. hoc austerū facit. folii maniplu3 vnum hoc bonum odore3 dat vino. hec omnia cribrata misce / ⁊ ex eis in quamlibet anforam uini mitte. cocle aria duo / cum uinum nō bulliat sed subsistat. In omni vino hoc ꝓpe ser ua vt iam subsistentia ea speciebꝰ cō dias. Alii uero sic vina condiunt. Recipe cardamomi yreos ylirice cas sie spicenardi melliloti sibobalsami squinātı costi picecelt ice. Omnia eq̄ li pondere tere ⁊ recondе ⁊ vino mis ce. Item accipe semē artbimetie ⁊ her bam pentafilon ⁊ pulueriza. Itē ut uinum est bullitum pone intus et non uersabit. Alii ut nō uerseтur in gras pis duobus uel tribus diebꝰ bullire pmittunt ⁊ in Februario transmutāt ⁊ ex eo terciam vel quartam parte3 bulliunt ⁊ simul miscent. deinde po nunt vnam cōmunem parapsidē sa lis in duodecim corbibus vini. Vel aliter in Februario transmutetur. et quarta pars eius bulliatur ad ignē ⁊ despumetur / donec sexta uł octaua pars diminuatur. ⁊ iuxta fine3 ebul litionis ponatur in quolibet caldari o inganula ⁊ lurixi sicci vel lurixii tantum. Ita q parum cum uino bul liant. ⁊ cum eo calido ponātur in ua se. Et si ponuntur in eo graspe bene ablute prius in musto posite / clariꝰ erit uinum. ⁊ obturetur vas ut non respiret ⁊ sit bene circulatum. ⁊ hoc certum est. Vel aliter fit delectabile ⁊ mirabile ad bibendum hoc modo. Quodcunq uinum sit comprimātur vue. ⁊ uinum nihil cum graspis bul litum totum ad ignē bulliat ⁊ despu metur ⁊ in uase ponatur. Deinde ac cipe. xx. gariofilos pro quolibet cor be / ⁊ ih filo uł pecia positos in dsua sis mitte ⁊ est certum. Alii dicunt si mustum expressu3 ⁊ in continenti se paratum a graspis / ponatur in tina ⁊ coopertum cu3 aliquo pāno mūdo uel nouo sextorio sic usq ad dies xv uel. xx. dimittatur. ⁊ quolibet die spumetur. deinde in dolium mittatur

erit mirabile in claritate ⁊ sapore.

¶ Qualiter vinum versatum liberetur ⁊ clarificetur.

Accipe cerasa acria i bona quantitate ⁊ tota integra in vegete vbi est uinū uersatum proice. ⁊ sic uinum incipit ebullire. ⁊ sic dimittatur per tres dies l' vsq3 ꝙ cesset bullire. quoniā in ipsa ebullitione purgatur uinum a fecib9 optime. ⁊ cum vinum clarū videris/in alia vegete repone certum est. Si autem cum vino versato mel in bona quātitate distemperaueris ⁊ in uase ubi est uinū versatū iactauaris. ⁊ per uendonem cū baculo ipsum uinum cū melle agitaueris ⁊ postea sic dimiseris clarescet uinū propter mel. nam mel/quod turbidum est in vino ad fundum descēdere facit. Quidam autem optime facientes tempore vindēie racemos recentes nō compressos in magna quātitate in uase versati uini ponūt ubi racemi pro matre sunt ipsi uino. Nā racemi versum reducunt ad debitā bonitatem ⁊ saporem post aliquod tempus. hoc autem sciendum ꝙ antequā aliquid fiat vino verso / transfundendum est et a sua mala fece liberandum. Quidam autem versum vinū in graspis de quibus recenter vinū sit extractum iactant vt in eis clarescat. ibiq3 dimittunt quantū expedit quod si multū fuerit/non totum subito sed particulariter per uices successiue agendum est/ne calorem graspa rum extinguat/ ⁊ ebullitionem qua clarificatur in totum prohibeat. Et quanto minus mustū steterit i graspis tanto fortius operatur. Palladius aūt dicit uinū ea die limpidū fieri ac optimū/si grana piperis pistacei viginti adiecto modico vini simul cōteras. ⁊ sex uini sextarios mittas. diu āte ōnibus cōmotis/tunc q̄escere patiaris ⁊ coles vsui mox futurum. Item feculentum statī limpidū fieri/ si septem pini nucleos in vnū uini sextariū mittas/diuq3 cōmoueas. ⁊ paululū cessare patiaris mox sumere puritatē. colari q3 debere ⁊ ī usum referri. Quidam autem clarificant cum nucleis persicorū. Alii autem cum sala clara ouorū ⁊ pauco sale. ¶ Vel secundum alios accipe lapides albos fluuii. ⁊ eos in clibano coque donec i eis crepature incipiūt apparere. quo facto in puluerem subtilissimum deducantur. Item accipe sal album ⁊ ipsum tere subtiliter. ⁊ in vase decem corbiū pone sex vncias pulueris lapidis ⁊ quatuor salis ⁊ in uas cōmiscendo immittas. ⁊ si ꝓ quolibet corbe addideris oua duo l' tria/erit optimum. quod etiā de dictis lapidibus crudis et subtilissime puluerizatis ⁊ sine sale fieri potest ⁊ hec ꝓbatissima sunt. Et optimum est ꝙ aliquid de melle addatur/nam mel rubeū albi vini restaurat colorem perditum. ⁊ omne mel est viscosum ⁊ graue/atq3 omnium liquorū conseruatiuum. ¶ Quod si nimis fuerit turbidum/plus de vnoquoq3 addatur. ⁊ hec retinēt fecem ⁊ turbulentiam ad fundum sui pondere vt nō possit sursum facile denuo eleuari. Et nullo prorsus sapore uinū īficiunt. Si vero intantum turbidū est ꝙ efficiat' liuidum ⁊ fluat vt oleum

calore naturali ei⁹ i totū extīcto nl'la tā𝑞 mortuo potest medicina ualere Si uero uinum non extinctum rubeum est habens colorem corruptum ⁊ croceum/cum vino albatice uel alio multum rubicundo aut cum lauatura corticum siccatum vel recentium vue albatice. vel cum colatura seminum ebulorū restaurabitur. ⁊ succ⁹ ipsoꝝ sēinū saporē vsati uini corrigit Et similiter mel rosatum. Idem etiā fieri poterit cum lauatura dictorum seminum siccatorum. Itē optime clarificatur hoc modo. ¶ In uase vigin ti corbium/ accipiantur quadraginta oua. ⁊ in aliquo vase fracta cum manib⁹ uel mundo granatello plurimum agitentur ¶ Deinde vna cōmunis parapsis tartari misceatur. ⁊ vino addito in vase ponat'. Quo facto cum claua per vendonem in uase posita fortissime agitetur/ ⁊ pluribus vicib⁹ desubtus per fezariā extrahatur ⁊ in vas iterū reponatur Cū uero clarificatū fuerit ōnis turbulētia per spinam i costis desubter extrahatur. Sed est sciendū 𝑞 in vino albo sola clara ponatur In rubeo uero uitella ⁊ clara. Et in multum turbido plus de reb⁹ apponitur. ¶ Item loco tartari optime sal ponitur. ⁊ tandē modicū aque fluminis in vase ponatur Alii colligunt in uindemiis vuarū semina. quib⁹ optime siccatis ⁊ ex his facta farina/manum plenā in qualibet corbe ponunt/ ⁊ diligenter permiscent. Clarificari optime atq sapore uersati liberari ab experto ualde dicitur si i tartareo vase libra media aluminis de rocha tbari. ⁊ tātundem zuchari rosati cum libris decem mellis ponatur hoc modo. Mel coquatur ⁊ optime despumetur quo refrigerato/ alumē valde puluerizatū ⁊ zucharum dissolutum in eo permisceatur. ⁊ cratere uel situla vini i bis cōmixto/ cuncta ponātur in uase optimeq cum scissa pertica agitentur. ⁊ vas disclausum vsq ad diē dimittatur sequentem ⁊ in secunda die ul' tercia clarū erit. Vl' si ualde turbidum ⁊ putridum erit vinū/de uno quoq p̄dictorū plus aliquid apponatur Ex acerbo autem maturū efficitur/si in predicta mensura libra vna prefati zuchari cū uno mellis rubio ponatur modo prenarrato. que res etiam vinū faciet boni saporis ⁊ odoris. Vel clarificatur optime ⁊ fit purum ⁊ odoriferum hoc modo. Accipe mediam libram de bono alumie roche ⁊ mediā albūinis zuchariti ⁊ subtiliter puluerisa. ⁊ pone mediā unciā de predictis pro qualibet corbe si ē paꝝ turbidū ⁊ si ē multū turbidū pone unā ūciā ⁊ accipe vnā librā taxi albi l' rubei secundū 𝑞 est vinū in. xxiiii. corbibus. ⁊ accipe plenam manū salis albi/ ⁊ tria oua recentia pro qualibet corbe. ⁊ si uinum est albū/non ponas vitella ouorum. Si est rubeum/pone totum. quib⁹ ouis fractis in aliquo uase et fortiter agitatis ⁊ apposita in ipsis ouis una situla aque fontis uel putei. ⁊ iterum agitatis ⁊ supradictis rebus appositis ⁊ fortiter iterum agitatis ⁊ in dictam vegetem. xxiiii. corbiū positis ⁊ cum pertica scissa optime cum vino in vegete agitatis ⁊ permixtis/donec totum fuerit turbidū extrahendo de subtus per fezariam et ponendo de

super p coconem dimittatur· et in se cundo die clarum erit. Et vsq ad octo dies quolibet die vnus cyathus extrahatur· et similiter per spinam inferiorem in costis tercii die tota turbulētia donec cōsumpta fuerit extrahatur. Sciendum est tamen quanteq predicta fiant/ transuasari debet vinum in aliud vas/ et a sua mala fece liberari. Potest etiam clarificari si parum fuerit/ cum colatoriis pannorum ut claretum colatur.

¶ Qualiter vinum denigratur et in alium colorem mutatur.

Postq vinum albū de sua uindemia in aliquod uas transmutaueris/ et p vnā diem resederit. in tinaz de qua vinum nigrum extractū fuerit iacta. post duos dies extrahes clarissimum et ualde rubeum. ¶ Item si in tuis vuis tot sunt albe q parū esset rubeum/ vindemientur diuisim. et in tina tunc nigre primo ponant/ et albe desuper. et totum optime nigrum erit. Paladius dicit vitib᷒ hāc esse naturam· ut alba uel nigra si redigatur in cinerem uinoq imponatur · ei vnamquamq formam sui coloris imponere. Candidum vero reddat ex rubeo et albo eadem ratione scilicz ut cōbusti sarmenti cinis modii unius mensura mittat in dolium quod habebit anforas decem· et triduo sic relictum operiatur et lutetur. eritq album vel nigrum quadraginta dieb᷒ exactis. Vel rubificatur et denigrat optime tempore vindemiarum cum vuis que vocantur albatice· et cum lambruscis bene maturis/ cuz steterit circa duodecim dies conquassate in aliquo vase. si ponat earū viuū nigerrimuz in illud quod intendimus denigrare. et ex denigrando vino plu ries lauentur racemi dicte albatice et lambrusce. Et est etiaz optimus modus ad denigrādum vinum purum vel mixtum in tinis/ vt cum graspe eleuate sunt super liquoremq meli᷒ fieri potest premantur in eundem. et iterum bis vel ter fiat idem. et sic a corticibus vuarum nigrarum tingetur. Rubificatur etiaz siue denigratur et clarificatur et eius color mortuus reuiuiscit hoc modo. pro quali bet corbe accipiatur media libra seminum siccorum ebuli. et in vino calido mollificentur. Deinde manibus uel cū piscatorio conterantur. et pluries cum uino lauentur. et lauatura in vase cuz ouis et tartaro et vino rubeo et sale mittatur et agitatum seruetur.

¶ Qualiter vinum de vno sapore mutetur in alium.

In condiendo musto greci mustuz decoctuz ad medietatem vel terciam partem musto adiiciunt. Suaue de duro fieri dicunt/ si ordeacii pollis ciathos duos simul tantuz vino subactos mittas in vini vasculo et hora vna ibi esse patiaris Aliq vini dulcis feces admiscent. uel melius postq vnus currus vuaruz posit᷒ in tina fuerit/ mel liquefactum ad ignem in bona quantitate iactetur. Deinde quocunq portentur/ in tina ponantur q si puluerem piperis melli miscueris/ potēs fiet. Et si gariofilos

addideris uel aliud odoriferum/eorum acquiret odorem. Idem erit si i musto sine graspis bulliente ponat. Vinum ad potandū suaue sic dicūt fieri. Feniculi vel satureie singulorū congruum modum vino infundi ac ꝙ turbari. Vinū quoq; optimo modo ris fieri inter paucos dies/ si baccas mirti agrestis montanas siccas ⁊ tōsas mittas in cadum. ubi aliquot diebus saltem decem requiescere patiaris ⁊ tunc coles ⁊ vtaris. Flores etiam vitis arbuscule collectos/in umbra siccare curabis. tunc diligenter tonsos ⁊ tritos habebis in vasculo nouo. ⁊ cum volueris tribus cadis vnam floris mensuram quā syriacā vocant addicis. ⁊ dolium superlinis ⁊ sexta uel septima die aperis ⁊ utaris. Potest etiam recens in paruissimis manipulis ad funiculum ligari habentem in capite lapillū quo mergatur in uino. ⁊ tot diebus suspēsū eneri donec ipm odoriferū reddiderit ⁊ non vltra / quia malo sapore inficeret. Vinū velut vetus efficitur de nouo/si amigdala amara ⁊ absinthium ⁊ pini gummam ⁊ fenugrecum simul fricas quantum sufficere estimabis. ⁊ pariter fundas ⁊ ex his vnū ciathum in anforā mittas. Vinum quoq; asserunt ex molli forte sic fieri. Altee hoc est ibisti folia vel radices aut eius caulem tenerū decoctum mitti. aut gypsum aut ciceris cotulas duas/aut cipressi pillulas tres. aut bussi folia quātū manus ceperit. aut apii semen ⁊ cinerem sarmētorum. cuius vis flamme corpus reliquit exile. omni soliditate detracta. Et generaliter quocunq; tempore in acerbum vel forte vinū/dulcissimū poni potest. ⁊ vinum acerbū in dulce/ si dulcedo displiceat. ⁊ uinum nobile in ignobili/⁊ potens in debili. Et si vis ei addere aliquem saporē extraneum. pone quod voles in gropolis ad filum ligatis cum paruo lapillo . ⁊ omni die de uino temptando gusta. ⁊ cum habet de sapore ꝙ sufficiat vt non perpendat/omnino extrahe filum. Et probatum ē folium/optimum saporē vino cōferre.

Qualiter vinum ⁊ vasa liberentur a muffa

Si vinum moydam id est muffā habet vel aliū malum saporem/vitem albā id est vitalbam cum suis radicibus accipe. ⁊ subtus botem infunde radices eius sub terra / ita ꝙ ueniant radices eius recte ad foramē dolii desuper. ⁊ immerge ramos in uino palmum unum per foramen dolii desuper. ita ꝙ tribus dieb9 ibi pmāeat/⁊ perdet illum malum odorem . Alii accipiunt uitalbam longam/et procurant ꝙ ab uno capite infigat in uase in loco spine fezarie ⁊ flectatur ad terram ⁊ sub ea mergatur. ita ꝙ stet firma ⁊ aliud caput reuoluat duobus uel trib9 digitis supra terram. ⁊ uidebis quotidie per poros uitalbe muffam exire. ⁊ sic minorabitur sapor muffe. Ad idem fac unum panem panicii inter testos/⁊ calidū pone super monifros dolii. Item uinum a muffa curari fertur si diebus pluribus pane calidissimo obturet quod quidem totiens dicitur faciendum/ donec appositus panis nulla

tenus denigretur. Vel accipiantur se mina lauri/que dicuntur orbata. et bulliāt in vino ⁊ ponantur in vase. hoc enim modo dicitur liberari vas ⁊ uinum/ sed malo sapore inficitur. Et ideo melius est ꝙ rami lauri bulliāt in caldario uini/ ⁊ in uase ponātur ⁊ misceatur uinum Rami uero simul uel diuisim ligati p uendonem suspendantur in uino. ibiq; diebus aliquibus dimittant'/ donec uinum fuerit liberatum. deinde auferantur. ⁊ hoc mō non inficitur vinum malo sapore. Item expertus sū; ꝙ multa mespila acerba in quatuor uel pluri b9cordulis infixa/posita per coctionem vt descendant in vinum et ibi per quindecim dies vel vnū mensē dimissa optime liberant vinū ⁊ uas a mussa. Item curari fertur si mane ⁊ sero in uase manipulus saluie suspendatur/ne vinum contingat. ⁊ extractum aqua lauetur. foramine optime obturato. Item a mussa vinum curari fertur/si sacculus strictus plenus panicio panici calido in foramine dimittatur per vinū natans ⁊ aliquotiens permutetur/ Item ꝑ certo liberari dicitur si accipiatur māipul9 herbe que vocatur nierella. ⁊ ī superiori parte cum cordula ligatus ī mane per vendonem in vase ponat' taliter ꝙ duobus digitis tantū desce ndat in uinum. ⁊ funiculo supra vas ad aliquid ligato/ipsū; uas optime obturetur. ⁊ sic per illā diem solūmodo dimittatur deinde in sero tollatur/ ⁊ tantundē de recenti herba ponatur. ibiq; vsq; in ortū diei sequentis dimittatur. ⁊ sic p tres vel q̄tuor uices fiat/ ⁊ liberabitur uinū. Vel ponatur sacculus subtilis mundus lineus uel de scamigua/ plenus sale vel gypso aut calce p uendonē cū funiculo ligat9. vt in medio vini descendat. ⁊ sic semper teneatur ⁊ confe ret. Vas infectū mussa hoc modo curatur. ponatur calx extincta scilicet vna quarterola in uase. xii. corbiū ⁊ vase bene stricto/ponatur aqua uel vinum feruens in eo. obturetur ne respiret. quo sic per aliquam morā dimisso/pluries reuoluatur. ⁊ apertum aqua infrigidata lauetur. Vel aliter ;anipr9 in caldario uini decoctus/in vase cum feruenti uino ponatur/ ⁊ fiat vt supra. Et melius erit si vtrunq; scilicet secundum post p mum fiat. ⁊ optime sine dubio liberabitur. Aliū dicunt ꝙ curatur i sale ī vase posito/ ⁊ tribus mensib9 ibidē contrahente moram. Et forte idē fit cum calce uel gypso aut cinere/ Vel liberatur hoc modo. Radatur optime vas iteri9 cū gratusa vel assa ⁊ ī rimulis ⁊ ginis cū puncta cultelli. et ab omni nigredine vel mussa mūdetur. ⁊ ponatur in vase. x. corbium vna quarterola cineris sarmentorū cū omnibus prunis suis/ ⁊ plus si erit nimis infectum. ⁊ ducatur cinis cū prunis per singulas partes vasis Deinde claudatur vas ⁊ per uendonem in eo ponatur aqua feruens et obturetur/ ⁊ ad omnes partes uasis reuoluatur. ⁊ sic dimittatur donec cinis ⁊ aqua infrigidata erunt. ⁊ tunc optime lauetur vltimo roretur cū aqua calida bene salsa. Eodem modo curantur tinatia. sed q2 non possunt ita claudi cooperiantur sextoriis et pannis ut parum respirent. Item ui

num et vas ab expertis dicitur libe
rari muffa/ si folium pulverizatum
in subtili sacculo positū/per uendo
nem in uase ponatur. ut in medio ui
ni pluribus diebꝰ moretur. ⁊ non in
ficiatur malo sapore. ⁊ una uncia in
uase quinqȝ corbium sufficit. Itē di
citur vas curari cū aceto fortissimo
bullito/ si ex eo lauetur et aliquantu
luȝ dimittatur. Alii dicunt si fiat
ignis palearum in eo/ curatur. ul' for
te melius liberabitur cuȝ igne sarmē
torum. Conseruantur vasa a muffa
si cum euacuata erunt usqȝ ad uini p
uam quantitatem aperiantur / et ex
trabatur ⁊ optime siccentur uel aqua
sallita uel vino rorētur. vel eo non
extracto/ si fortiter obturentur ne ui
ni odor ⁊ fumus exalēt. quod i mix
to non obtinet nec in debili ut in ua
se audeat remanere. Nota q̄ si sint
plures caude ⁊ vis scire que sit meli
oris uini/ percute cuȝ digitis contra
fundum. ⁊ que clarius sonabit/ illa
melior. que uero obtusius illa peior

Qualiter prouidetur ne uinum fiat acetum. et qualiter ab acetosita te liberetur.

Cinerem de vite alba idē
vitalba pone in vino . et
non fit acetum ut quidaȝ
dicunt. Melius tamen p̄
cauetur ne vinum fiat acetum / si te
neatur in cella frigida/plenis doliis
et clausis optime ne respirent. Et
si vas nō est plenum ⁊ ē in loco cali
do ⁊ de acetositate futura timetur ac
cipiatur frustuȝ lardi grossi optimi
⁊ in alba ⁊ subtili pecia lini suatur.
⁊ ab uno capite ligato funiculo p uē
donem imittat'/ ut in mediuȝ uentrē
vini descendat. ⁊ cum vinum biben
do minuetur / ipsius lardi fiat descē
sus/ ⁊ desuper uas claudatur. ⁊ sic te
neatur donec vinum consumptū fue
rit. Et quanto plus lardi fuerit. tā
to melius ab hoc vinū p̄seruabit'. Ne
acetū mutet' i uinū i ip suȝ semē porri
dicit' debere imitti. Alii dicunt q̄ de
acetositate iuuatur / super vendone
frondibꝰ vitis positis ⁊ sepius per
mutatis semper lapide aliquo superi
us existente. Alii dicunt si oleum oli
ue. ponatur in uase tantum q̄ coope
riat superficiem vini/optime ab ace
tositate defenditur ⁊ cuȝ vltima pte
vini exibit oleū. ⁊ colligi poterit.

Qualiter fiat acetum.

Acetum fit hoc modo. pōa
tur bonum vinum ita q̄
sit semiplenum vas. et p̄
cipue uinum dulce in lo
co calido/ ⁊ uase aceto infecto et dis
cooperto. ⁊ fiet acetum. Item si po
nas vinum clarum uel turbidum in
graspis vnde sit vinum extractum /
⁊ paruam quantitatem superaddas
aceti. ⁊ dimittas per mensem vnū ul'
amplius/optimum efficietur acetuȝ.
Si uis cito facere acetū calefacies ca
libem uel lapidem. et pones in vino/
ore uasis manente discooperto. Vel
vas ponatur ad solem per tres ul' q̄
tuor dies cum uino/addito sale. Vt
potes adhuc facere citius hoc modo.
Accipe quod uis uas/ ⁊ imple optio
uino. ⁊ bene opila. ⁊ i caldario pleno
aqua facias uas diu bullire. ⁊ stati
acescet. Ad faciendum acetum fortis
simum / accipe cornalia quando in

cipiunt rubescere et centimora que nascuntur in campis quando simili ter rubere incipiũt/ ⁊ de lambruscbis autem incipiãt tumefieri/ ⁊ de prug nolis sepiũ acerbis · ⁊ pulueriza sub tiliter omnia simul · et tunc accipe de meliori aceto quod inuenies ⁊ distẽ pera illud puluere illo/ ita ꝙ facies panes bene desiccatos. ⁊ quando uo les facere acetum fortissimum de ali quo uino si fuerit uinum forte/ pone unciam unam ⁊ si fuerit debile/ pone plus secundũ ꝙ uidebitur tibi de il lo pane. ⁊ statim erit acetum fortissi mũ/ uel infra octo dies · Itẽ dicũt exp ti ualde. si graspe uuarũ uindẽiarũ tempore bene lauentur/ ⁊ a corticib9 ⁊ imũdicia õni purgentur. et modi cum ad solem siccentur/ et in aliquod uas ponãtur ut medium impleãt · ⁊ tãtundẽ uini addatur/ ⁊ desuper uas claudatur/ fiet acetum fortissimũ cui ut putoproderit/ si graspe ꝑus forti madefiant aceto/ ⁊ toto tempore po terit inde acetum extrahi ⁊ uinũ ad di. Si radices raphani siccentur et puluerizentur ⁊ in uase ponatur/ fit acetum. Item accipiat̃ acetosa sicce tur ⁊ puluerizetur. et ex ea cũ forti aceto fiat panis et exsiccetur et in ui no ponatur/ statĩ fiet acetũ quod e tiam in mensa fieri poterit. Et idem de radice raphani dicitur.

De uirtute aceti.

Acetum frigidum est ⁊ sic cum in secundo gradu · Penetratiuã habet uirtu tẽ et diuisiuã ex sui sub stantia. ⁊ constrictiuam ex qualitati bus. Contra uomitum ⁊ fluxum uẽ tris bulliant in aceto galle uel rose ꝉ similia. ⁊ in tali aceto ponatur lana uel spongia. si sit uomitus/ super sto machum. si fluxus uentris super re nes ⁊ umbilicum. Sirupus acetosus qui fit de aceto ualet ad simplicẽ ter cianam ⁊ ad quotidianã de fleuma te salso · ⁊ ad omnes acutas si detur mane cũ calida materia · diuidit enĩ materiam · fit aũt sic · zucharum debz resolui in aqua et aceto et coquatur donec adhereat cacie · Item ualet cõ tra õnem materiã calidam. Oximel fit similiter ex aceto · quandoqꝫ sim plex. quãdoqꝫ compositũ · Simplex fit ex duabus partibus aceti ⁊ tercia mellis. Compositũ aũt fit hoc mo do. Accipe radices apii feniculi et pe trosilini · ⁊ tere aliquantulum. et per diem et noctem iaceat in aceto · secun do die coque simul · ⁊ postea cola. et in tali aceto pone mel ad terciã par tem. et coque ut supra · Squilliticum fit · accipe squillã et omitte per di em ⁊ noctem in aceto et coque ⁊ cola. ⁊ oportet interiora et exteriora abi ci ⁊ mediana admisceri · Deide admis ce mel · ⁊ coqũ ut supra · Si uero nõ ha bes squillã/ loco eius pone radices raphani et similiter fac de eis · Datur oximel simplex uel compositum con tra frigidam materiam/ sicut sirup9 acetosus contra calidã. qui diuidit ⁊ digerit eam. Salsa ex aceto saluia petrosillino mẽta ⁊ pipere/ appetitũ confortat. Item si carnes comedan tur cum ãceto/ appetitus confortat̃ Item notãꝙ si acetũ inuenit stoma chum plenum/ laxat uentrem Si ue ro inueniat uacuum constipat. Itẽ ualet contra debilitates ex egritudie

si in eo ponatur panis assus. et ex eo pane mollificato tangatur os nares ⁊ labia patientis/ ⁊ vene pulsatiles in brachio. ⁊ super ipsis venis lige turpanis predictus Et plus adhuc ualꝫ pāis īinct⁹ in succo mēte. Valꝫ etiam acetum contra litargiaꝫ ⁊ frenesim/ si fiat fricatio circa uolas manuum et plantas pedum cum aceto ⁊ sale Auicēna aūt dicit ꝙ acetuꝫ etiam confert adustioni ignis/ veloci⁹ omni re Et quando miscetur cū uncto olei ⁊ cuꝫ oleo rosaceo ⁊ conquassatur ⁊ infundit᷑ in eo lana non ablutа ⁊ ponitur super caput/ confert sode calide ⁊ fortitudini eius. Et oris collutio ex eo ⁊ proprie cuꝫ alumine/ confert motioni dentiū. Et uaporatio aceti calidi/ cōfert difficultati auditus. ⁊ acuit ipsum. Et aperit opilationes coloratorii fortiter. ⁊ resoluit sonitum. Et quando bibitur calefactum post medicinas mortales/ confert.

De vino ⁊ uirtutib⁹ ei⁹.

Vinum secundū Ysaac bonum dat nutrimentum. et corpori sanitatem reddit Et si accipiatur secundū ꝙ oportet/ ⁊ quantum valet natura sufferre/ digestiuam virtutem cōfortat tam in stomacho ꝙ̄ in epate. qꝛ impossibile est actionem virtutis digestiue confortari absqꝫ caloris naturalis fortitudine. Nullus autem īuēitur cib⁹ aut pot⁹ adeo naturalis virtutis ꝯfortatiu⁹ ⁊ augmētatiu⁹ ꝓut uinū/ ꝓpter fāiliaritatis ꝯfortium qnod cum natura habet ⁊ ideo cito conuertitur in naturalem ⁊ mūdissimum sanguinem. Vnde ruffus ait. Vinum non solū naturalē cōfortat calorem/ verum et turbidum clarificat sanguinem. Aditus corporis maxime uenarū aperit ⁊ mundificat epatis opilationem aufert ⁊ aperit. tenebrosam fumositatem tristicie generatiuā a corde ēpellit. totiusqꝫ corporis membra corroborat. Et nō solum sua bonitas in corpore ostenditur/ sed etiam in anima/ facit enī illā obliuisci tristiciam ⁊ angustiā et dat sibi leticiam. confortat eam ad īuestigandum rem subtilem. eiqꝫ tribuit sollicitudinem ⁊ audaciam. neqꝫ ab ea sentiri laborem neqꝫ dolorē dimittit. Est igit᷑ conueniēs ōnibus etatibus temporib⁹ ⁊ regionib⁹/ cū sumptum fuerit secūdū vim ⁊ consuetudinem bibentis. ⁊ secundum ꝙ natura ferre poterit. actio eniꝫ uini nō eodem modo operatur in senibus iuuenib⁹ adolescentib⁹ ⁊ pueris. In senib⁹ eni est secūdū medicinam/ quia calor vini/ eorum frigiditati repugnat. Iuuenib⁹ vero est secūduꝫ cibū qꝛ natura ei⁹ est similis nature iuuenis. Adolescentib⁹ vero et pueris est cibus ⁊ medicia. quia licet calor naturalis eorum sit fortis substancialiter/ tamen nondum est in perfectiōe propter habundanciaꝫ humiditatis eorum. proinde vinuꝫ naturali calori eorum dat augmentum ⁊ nutrimētum/ ⁊ eorum desiccat humiditatem vnde ē medicina. Preterea sciēdum est ꝙ in hyeme ⁊ frigida regione vinum cōuenit purum/ in estate uero calidaqꝫ regione/ vini parum multū cōmixtum necessario cōgruet. corpora enim refrigerat ⁊ humectat pro aq̄

que ei cōmixta est. Repugnat etiam calori aereo/ ne calida ꝛ sicca faciat corpa portat. ꝛ velociter cibū cū sui subtilitate ad totius corporis mēbra Est igitur contra duas causas contrarias iuuatiuum Calefacit eni corpora frigida. ꝛ desiccat humida naturaliter infrigidat calida. ꝛ humectat sicca accidentaliter. qꝛ cuꝫ sui subtilitate ꝛ perforatione aquaꝫ apportat/quando necesse habet refrigerari ꝛ humectari. ¶ Diuersitas vini generaliter ē triplex. Recens videlicet unius anni. vetus quatuor annoꝝ ꝛ ultra mediocre scilicet duoꝝ ānorū vl triū. Recens vero calidū est in pmo gradu. vnde pertinet frigiditati et hūiditati. Idcirco ceteris ē nutiribilius. Malosq; generat hūores ꝛ inopinata somnia. ventositatem stōachi ꝛ intestinorum. Vnde galien9/ vinū quodcunq; recens non habet viꝫ ducendi cibum per corpus/neq; vrinā prouocandi. oportet ergo frigidas ꝛ hūidas habentes naturas illud cauere. Ideoq; si necessitas fuerit/ eligat vinum clarissimum aquosum diu a torculari expressum. Vetus autē vinum calidum ꝛ siccuꝫ ē in tercio gradu ꝛ habet quādam amaritudinis. huiusmodi vinū paꝝ nutrit. caput cito ascendit ꝛ mentem percutit. ꝓ sue pūctionis acumine. maxime si ex eo multū bibat/ ꝛ ei paruꝫ misceat aq̄ propter hoc igitur caueant illud/ debiles neruos habentes. et qui sensus acutos habent. magnuꝫ enim eis nocumētum prestat/nisi multam in suis corporib9 humiditatem habeant/ q̄ ei resistat. Vnde Galienus. multum inquit est vinum vetus conueniens

his quorum in vasis multitudo humorum crudorum est accumulata. Vinū vero mediocre est bonum vt pote temperatū. ꝛ hoc est calidum et siccuꝫ in secundo gradu. proinde huiusmodi vinum eligatur ꝛ vetustissimuꝫ spernatur. Similiter nouū vitetur quod ab ebullitione non quieuerit nec terrestria ad suum naturalem locuꝫ descenderunt. nec quod est aereum ad suū locum idest ad superiora ascendit. nec liquor eius clarissimus ꝛ lucidissim9 apparet. Preterea sciēdumq; color sapor odor liquor debilitas ꝛ fortitudo diuersificant vinū in eius qualitate ꝛ actione. Et color quidem generaliter est quadruplex. sunt enim albus ꝛ niger qui sūt simplices. Et rubeus ꝛ aureus qui sunt ex his cōpositi. Sunt ꝛ alii colores inter hos/scilicet glaucus ꝛ roseus q̄ sūt inter rubeum et album. Et pallidus ꝛ subpallid9 / qui sunt inter aureum ꝛ citrinum. qui omnes hoc modo generātur. ¶ Vinū namq; de vuis albis factum/ primo est album ꝓ aquositate ꝛ cruditate ꝛ defectiōe sui caloris naturalis. Sed cum aliq̄ntis per inueterauerit/ꝛ vnum ānuꝫ trāsiuerit/calor eius confortatur/ꝛ ipsius humiditas minuitur. Fit q; coloris subalbidi. Qꝫ si plus inueterauerit ut duos trāseat ānos / multo pl9 calor eius confortatur. suiq; humiditas minuitur. fit q; color eius pallidus. Qꝫ si iterum plus fuerit vet9 ut quatuor annos excedat/ suamq; digestionem cōpleat ꝛ naturalis caliditas i statum uenerit. color eius fiet citrinus. Similiter vinum de vuis rubeis factum/cū in initio adhuc

est crudum eiusq; calor defecit/ colo
rem habebit albedini vicinu3. Cumq;
vnum transierit annum/ confortat'
calor 7 digestio eius. 7 fit rosei colo
ris. Et si duos ãnos transeat 7 suã
digestionem compleat 7 virtute3/ru
fum habebit colorem . Et si vinum
fuerit ex vuis nigris/in initio est ni
gerrimum et obscurum propter ter
restrem partem sibi dominantẽ/ 7 de
fectionem caloris sui 7 digestionis.
Et si ãnum transierit vnum. eiusq;
calor 7 digestio confortatur/7 descẽ
derit terreũ ad suũ locũ/et incipit cla
rificari/fit inter rubeũ 7 nigz medio
cre. Si ãt duos transeat ãnos et ca
lor eius suam cõpleat perfectionem
7 digestionem/ 7 descendat terrestre
ad inferiora. 7 clarificatu3 sit/fit ru
bei coloris. Palam ergo intelligim9
vinum 7 album 7 nigrum esse min9
ceteris apta. sed albũ magis q̃ nigrũ
hu miditati 7 aquositati pertinet ni
grum vero terrestreitati 7 grossiciei
Diuersitas vini propter saporem ẽ:
q2 aliud est dulce. aliud ponticum si
ue acetosum. aliud insipidũ. 7 aliud
forte. Dulce calidũ ẽ in secundo gra
du/siccum in primo. Aliquantulum
hũiditati pertinet. vnde est grossum
7 illaudabile in sua actiõe. vbiq; vẽ
trem soluit quia in omni re dulci est
vis laxatiua 7 colatiua. quod vinũ
si aliquid inuenerit quod sue actioni
sit contrariu3 7 cohibeat' ad excũdũ
calefit 7 bullit/ ascenditq; ad superi
orem partẽ stomachi. 7 in colericos
humores conuertitur. sitim generat/
7 ventositatẽ et iflatiuã opilatiõe3
in epate 7 splene generat. 7 lapidem
in renibus creat. 7 maxime si mẽbra
talib9 preparata inuenerit/aut diges
tiuam virtutem debilẽ. propter hoc
caueant illud hi quib9 grossa 7 humi
da natura dominatur. sua eni3 gros
sitie facile subtiles uenas epatis opi
lat' sed pulmoni non nocet/quia nõ
transit ad eum nisi quod de ipso est
subtili9. quod uenas pulmõis q̃ ual
de late sunt opilare nõ potest. sed cũ
uinum dulce rubori 7 claritati ptin3
et bibitum fuerit quantum oportet
7 secundum q̃ nature sufficit/ conue
niẽs est egritudinem exeuntibus/7 q̃
bus necessaria ẽ multitudo nutrimẽ
ti. Ponticu3 vero vinum quod acer
bum dicit'/durius clarius 7 grauius
ẽ. tardiusq; digerit' 7 venas difficul
ter perforat/q2 dulce calidi9 ẽ/ 7 ac
ceptabiliorẽ habet saporem. sed pon
ticum est terrestre 7 asperz hab3 sapo
rem. Unde difficile ẽ ad perforandũ
venas. neq; egestionem neq; sudorẽ
prouocat. preterea ergo bonu3 sangui
nem generat. uentrem tamen 7 intes
tina cõfortat. Uinum autẽ insipidũ
melius est pontico/q2 temperatum est
ad cõparationem pontici. Unde cõ
gruit calidas cõplexiões habentib9
maxime stomacho/parum tñ nutrit.
citoq; urinã eicit. Uinu3 fortissimũ
est cunctis calidius. 7 fortioris acti
onis. citoq; caput ascendit. 7 ebulli
re 7 feruescere facit corporis humi
ditates. Unde fum9 ascendens a sto
macho noc3 cerebro/mentemq; percu
tit. Necesse est ergo vt illud caueant
cõplexiões habẽtes calidas/nisi mul
tum fuerit cõmixtum. q2 si multum
fuerit cõmixtum/7 q̃tum oportet et
decet accipiat'/7 secundum q̃ conue
nit etatib9 7 regionib9 7 cõsuetudini

laudabile est quia grossos dissoluit
humores/ ⁊ vias venaruꝫ a putredi
ne mundificat atq́ꝫ sanguinem clari
ficat. Senibus autem ⁊ qui eoꝝ vici
nantur etati/ ꝓpter suꝑfluitatis co
adunationem in eorum corporibus
est huiusmõi vinuꝫ optimũ maxime
si puritati fuerit vicinum/ qꝛ eoꝝ ca
lorem cõfortat/ crudorũq́ꝫ humorũ
habundantiã dissoluit. cõuenit etiaꝫ
his quibus grossi humores ⁊ crudi
collecti fuerint. Diuersitas vini prop
ter liquorem ē. qꝛ aut ē subtile aquo
sum. aut terrestre grossum. aut medi
ocre. Vinum autē subtile aquosum
semper inuenit᷑ cuꝫ albedine ⁊ clarita
te. Vnde facile in stomacho digerit᷑ ⁊
venas perforat ⁊ vrinam ꝓuocat.
Ideoq́ꝫ ē utile febricitantibus/ quia
nõ fortiter calefacit neq́ꝫ menteꝫ per
cutit. nullũ etiam cerebro vel neruis
nocumentum infert. Et si mixtum nõ
fuerit/ erit melius. maxime ad extenu
andum sitim. Vinuꝫ terrestre ⁊ gros
suꝫ/ oppositũ est subtili aquoso. Vñ
stomachum grauat qꝛ duruꝫ est ad
digestionem faciendũ ⁊ difficile ad
perforanduꝫ venas. vrinam non ꝓ
uocat. ⁊ tarde ad caput ascendit ꝓp
ter sui grauitatem ⁊ grossicieꝫ. Idcir
co nõ facile facit ebrietatem. Itē vi
num quoddam est odoriferũ / quod
cito sensum odorabilem in pellicula
cerebri stantem perforat propter sui
leuitatem. Quoddam est nullius odo
ris propter grossiciem ⁊ grauitatem
sui. ⁊ quoddam est horribilē odoreꝫ
habens. Vinum odoriferum suum li
quorem significat esse tempatum et
subtilem. õni sordicie mundificatum
penitusq́ꝫ digestũ. Vnde clarum san
guinem generat laudabilē ⁊ mundũ/
cordis confortatiuum. animãq́ꝫ leti
ficat/ tristiciam ⁊ angustiam expellit
quoniã mundificat sanguineꝫ a pu
tredine in corde existentem. propter
hoc huiusmõi vinuꝫ õnibus etatibꝫ
⁊ cõplexionibus cõueniens est. si ac
cipiat᷑ secunduꝫ ꝙ oportet ⁊ ꝙ natu
ra sustinet. Preterea mutat vicium
anime in virtutem. vertit enim eam
ab impietate ad pietatem. ab auari
cia in largitateꝫ. a superbia in humi
litatem. ex pigricia in sollicitudineꝫ
de timore in audaciam. ab ignauia
in facundiam astuciam ⁊ ingenium.
sed hoc fit cuꝫ temperate prout opor
tet bibit᷑. Sed si usq́ꝫ ad ebrietatem
bibat᷑ / generabit sup radictis cõtra
riuꝫ. quia ebrietas rõnalis anime lu
mē extinguit. Vnde permanet caput
velut nauis in mari absq́ꝫ guberna
tore/ ⁊ velut milicia sine rectore. Vi
num uero nullius odoris/ innuit sue
fumositatis grossiciem ⁊ grauitateꝫ
⁊ indigestibilitateꝫ. Idcirco illauda
bilis ē nutrimēti/ ⁊ turbidũ et gros
sum generat sanguinē. ⁊ fumum tur
bidum ⁊ obscurum. quare fit causa
tristicie. sed nõ cito caput ascēdit. Vi
num autem grauem ⁊ horribilem ha
bens odorem est pessimum. nam sui
odoris horribilitate ⁊ grauitate. cere
bro nocet ⁊ mentē percutit. ⁊ neruis
cerebriq́ꝫ pelliculis lesionem infert. ⁊
pessimum generat sanguinē. ⁊ maxi
me si est ponticũ.

¶ Et sic est finis quarti libri.

Incipit liber quintus.
De arboribus. ⁊ de natura ⁊ utilitate ipsarum arboꝝ.

Superiꝰ in libro secūdo mlta de arboribꝰ generaliter dixi. cuꝫ de natura plantarū ⁊ rerum cōmunium cultui cuiuslibꝫ generis agrorum sermone cōmuni locutꝰ fui. Nunc autem in hoc quinto libro specialiter de singulis arboribus est pertractandum. Veruꝫ quia quedā sunt eis cōmunia quedā ꝓpria. Primo generali loquar sermone de cultu omnium in cōmuni. postea uero dicaꝫ de cultu singulorū que in nostris inueniunt regionibus/secundū ordinē alphabeti. ut facilius uniuscuiusqꝫ inueniat tractatus. Et pmo quidē de fructiferis latius. Ultimo de infructiferis ⁊ eaꝝ utilitatibꝰ/breuiter pertransire intendo. Dicā igit de fructiferis quid sunt. ⁊ de diuersitatibꝰ earum. ⁊ qualem terram desiderant. et qualem aerem/⁊ qualiter plantent. ⁊ quando ⁊ qualiter inserant. ⁊ qualiter colant. ⁊ qualiter forment. ⁊ q̄liter a nocumentis liberent. Item de fructibꝰ ipsaruꝫ qualiter colligant ⁊ quando ⁊ qualiter seruari possint. ⁊ quid ex eis fieri potest. Et de uirtutibus quas hñt in corporibꝰ hūanis

De arboribꝰ in cōmuni.

Descriptiones arborum et diuersitates ipsaruꝫ ponere non oportet in cōi aut numerare/ quia satis unicuiqꝫ note sunt in regione ꝓpria. et p singulares ipsaruꝫ tractatus apte patebunt. Aerem uero quedā calidū ualde desiderant/sicut palme. quedā frigidum/ut castanea. Plurime uero temperatū/ut fere omnes. ⁊ quedaꝫ in omni aere uiuunt. ut malus pirus ⁊ q̄dam alie. Et quedam desiderāt terrā pinguem ualde. ut morus ⁊ ficus ⁊ similes. Quedam macrā ⁊ sabulosaꝫ ut palma ⁊ pinus. In hoc tamen arbores omnes cōueniunt ꝙ desiderāt terram in superficie siccam/⁊ subtus in uisceribus humectam ad quaꝫ dirigunt radices eaꝝ. Magna quippe corpora arboꝝ multuꝫ desiderant cibum precipue corpa domesticarū/q̄rum fructꝰ magnꝰ ⁊ plurimus singulis desiderat annis. Qualiter autem plantent ⁊ quādo ⁊ qualiter inserantur/sufficienter dixi in secundo libro Colende sunt hoc mō. circa autūnuꝫ oportet effodere terraꝫ circa eas usqꝫ ad denudationē radicum. et aliquid imponi letaminis. ut hoc ipm coopta radice ɔtinue per pluuie fluxum radicibus apportet. Et si nimium est sabulosa terra ɔueniēter recipiet cretam pinguem. Et si nimium cretosa eidem sabulum fimi loco ponat. hec autem nō solum stipiti appodianda sunt. sed tribus quattuor aut quinqꝫ pedibus circū quaqꝫ secundum magnitudinē arboꝝ ⁊ radicum. ⁊ cuꝫ ea que ibi pmo fuerat cōgrue misceat. ꝙ si hoc usqꝫ ad extensionem radicū fieret/sine dubio plurimū arbori iuuamen afferret. Ex his enim emendato nutrimēto iocūdior efficit arbor ⁊ redit ad ipam aliquid iuuentutis ex tali cibo. propter quod in loco inter duas aquas sito/ optime proueniunt arbores/aut i loco qui est sup

rinos. Et talium arborum planior ē
⁊ subtilior cortex· et rami magis cō
fortati ⁊ exaltati ꝗ̄ aliarū. In loco
etiam declivi ad quē fluit humor de
montibus ⁊ pinguedo ꝓpter similē
humoris abundantiā. Nā in vallis
visceribus optime colit̄ ager consit⁹
⁊ nobilitat arbores sua bonitate ta
lis locus. Si autem aliud haberi nō
possit/per cānalia inducat̄ riu⁹. qui
quandoqꝫ ad radices arborū claus⁹
inūdet/⁊ reddat terre viscera humec
ta. Si autē nec hoc apte fieri possit
neqꝫ terra sit bona/prouenient arbo
res cito. spissos ⁊ hyspidos cortices
habētes qui sui spissitudine incremē
tum ⁊ fructum arboris impediunt·
Formāde sunt arbores vt anqꝫ plā
tentur siquidem parua fuerit planta
ōnes circūdantes recidant̄ ramusculi
⁊ sola summitate relicta / ponat̄ in
scrobem ¶ Si uero magna sit planta
ōnibus prorsus amputatis ramis/
⁊ solo stipite eidem relicto/plantet̄.
Si autem fuerit insita que duos ha
buerit stipites· debilior auferat̄ / vt
relict⁹ solus letior in arborem eriga
tur nisi sit forsan ficus aut maluspu
nicus vel similis· que pōt vnum vel
duos aut plures habere cōmode sti
pites pro domini voluntate· Cū vo
plantata cōprehenderit/ usqꝫ ad triē
nium non putet̄/nisi forsan loco in
congruo nascerētur in ea ramusculi
adeo leti/ ꝙ summitati cuius optat̄
augmentū/nutrimenta subducant.
quo casu tales relictis ceteris/tanꝗ̄
toti⁹ arboris inimici tollant̄· Post
prenarratam etatē putent̄ quecunqꝫ
in parte stipitis nata erunt. ea tamē
consideratiōe adhibita/ ꝙ stipes eri
gatur a terra plus vel min⁹ secundū
naturam arboris vel maciem loci· ut
in pingui solo altius in exili/ depres
sius erigat̄· ibiqꝫ ramorū diuisio in
partes cōgruas procuret̄. Si stipes
sursum directus nō porrexerit/ perti
ca cum vinculis corrigat̄. Et si diui
sus supra truncum in partes non fe
cerit ramum cuius summitas sursū
directa celum aspiciat/ ꝑ ductor sen
sim eleuetur in altū. ⁊ directe parte
alliget̄· Qꝫ si nec hoc quidē cōmode
fieri poterit/nihil utilius erit/ꝗ̄ plā
tam p̄cidere ubi conueniens ramus
nasci sperat̄/ ut cū natus erit ⁊ con
ualuerit/leuibus vinculis alliget̄. ut
qd̄ sponte noluit/faciat iusticia vio
lenta coactus · deinde per tempa ubi
rami nimiū spissi aut scabri aut nō
conuenientibus nascunt̄ locis/ duris
⁊ acutis ferramentis ab arbore reci
dant̄. Et si aliquam celi plagā dese
rentes ad quasdā se cōspirantes cō
tulerint/a prauo reuocati ꝓposito /
desertum locum inhabitare cogant̄.
Si uero superbiēs humor se per late
ra nō diffundēs ramusculos in altū
extulerit in eo recidat̄ loco ut fragra
sint cōuenientius ꝓcessura. Sic ergo
ab adolescentia eius usqꝫ ad debitū
cōplemētum procuret̄ sollicite/ut sti
pes in ramos/ ⁊ rami in virgas / et
virge in fragra fructifera diuidant̄
Deinde cum minorata virtute ⁊ suc
cedente senescentis arboris impoten
tia/pōdere fructuū rami rumpunt̄
aut humore deficientes arescūt ⁊ tā
tum proferunt uel fructificant alter
nis annis/amputet̄ ab ea ōne ramo
rum superfluum/⁊ importabile pon
dus ut nō totus humor necessario ·

sed pars potius in substantiam conuertat' ramoꝝ. ⁊ alia nutrimēto fructuum ne pereant tribuatur Considerarē tamen oportet q̄titatē nutrimēti quod potest p̄stare locus generationis arboris. In ea enim ꝓportiōe oportet desalcari de virgis ⁊ ramis/ q̄ nō relinquant' nisi tot/ q̄ nutrimētum sufficiens possit esse in loco ⁊ sugere ex loco. Si autē nō fiat ita/ erūt arbores intermissis annis reddentes fructuꝫ. ⁊ nō satisfacient cultori ad votum. Dicte autē putationes ⁊ formationes fieri possunt a principio nouēbris vsq; ad finē martii. vel vt naturalius ⁊ magis ꝓprie loquar/ a tēpore casus folioꝝ q̄cunq; in his que frondes amittunt preter gelidū acumen vsq; q̄ incipiunt pullulare. Accidit quandoq; nouellis plantis ut quasi arescant/ ꝓpter vehementē intemperantiaꝫ estus solis. Quibus subuenire oportet fossione ac irrigatione frequenti. obiectis etiam defendant' vmbraculis. ut straminib9 ad plantā ligatis. uel luxuriosis ⁊ frondentibus herbis. uel viscosa emplastrentur argilla. uel sepo aut oleo uel vnguēto frigido regio corticis liniatur australis. Formice preterea plātam uel insitam teneram cōualescentem inuadere cōsueuerunt ⁊ in frondibus q̄busdaꝫ ab eis generatis vermiculis folia cōtrahere. ramusculoꝝ etiam impedire augmētū. Cui subueniendum est/ ut recisis foliis q̄ lesa ⁊ detrita perspicis nimia q̄ in summitate cōsistunt/ a vermiculis diligenter manuuꝫ seu digitoꝝ cōstrictiōe purgent'. quo facto/ ab eius importunis hostibus plantula liberata in altuꝫ recta cōscendet. Et ut plantis paruis uel magnis vel etiam fructuū lectoribus ascendentes formice p̄fataꝫ aut aliam nō inferant lesionem/ eisdē ne sursuꝫ repere possint/ tale obstaculū faciamus. succum portulace cuꝫ aceti media parte permixtū p̄cipit Paladius debere infundi. uel vini fecibus truncuꝫ arboris allinire. aut rubrica cuꝫ pice liquida. sed modeste ꝓ arboris noxa/ ne id q̄d pro remedio exhibet' faciat ⁊ venenuꝫ. Vel quod puto melius. vellus lane aut lini vl' feniculi aut palee q̄titas circa stipitem in altiori dictaꝝ rerum parte ligetur. inferiore sparsiꝫ ⁊ quasi pectinata pēdente. Vel fiat vas figuli rotundum ⁊ latum in cuius medio sit amplum foramen per quod planta figat' sicq; ut aquā vndiq; possit sine effusione tenere/ ut ad plantā formice accedere nō possint. ul' circa trūcum plante viscus circulariter inuoluatur. sic eniꝫ eaꝝ exercitus nocuus a solito impeditus ascensu/ inuitus ab arbore deuiabit. Alii dicunt q̄ si corodula serica oleo uncta cingatur/ ꝓhibebit' formicaꝝ ascens9. Pre omnibus autem cauēdum est ab animalium ingressu/ quoniam illa plerūq; plantas rodunt. ex quo planta plurimū contristat'. ⁊ quandoq; arescit aut nimis nodosa efficit'. ita q̄ substantiam eius crescere impedit ⁊ fructificare nō permittit. Qz si est in tali loco q̄ ab ingressu animaliū defendi nō possit. affixo eidē cōgruo palo spinis pungentib9 muniat'. Contra impulsus ⁊ rabieꝫ uentoꝝ quibus nouelle instiōes ⁊ maxime in locis eminentibus facte facile dissipantur.

vnicuiqꝫ virge insite cõueniens ãmi niculum spissis vinculis alliget᷑. ⁊ si facta fuerit insitio scisso trũco dupli ci cum amminiculis relinquat᷑ estate Surculis vero inter corticeꝫ lignũqꝫ depositis/tutum est eas triennio sub ãminiculorũ custodia remanere. Oꝫ autem in õni arbore attẽdere/ne spu ria in arbore nata. aut ex radicibus iuxta stipitem erũpentia dimittant᷑. quoniam illoꝝ nutrimentum subtra bitur arbori/ ⁊ cum conualuerint et multiplicata fuerint/ arescet arbor. ꝓmum quideꝫ in ramis/postea uero in stipite. Oportet igit᷑ talia in ꝓnci pijs amputare. Amputãda etiã sunt quecũqꝫ in ramis ⁊ virgis aruerint ne vicina sibi erumpant arboris mẽ bra. Accidit etiam plerunqꝫ arbori bus ꝙ humor superfluus indigestus ad partem expellit᷑ cutis. ut in homi nibus ⁊ animalibus plerũqꝫ videm⁹ cuius putrefactio vermes generat / qui arboris salutẽ neq̃ter persequun tur. Ideoqꝫ cuꝫ in aliqua parte stipi tis corticem tumefieri vides/illico lo cum scinde ut inde virus noxiuꝫ ela bat᷑. Qꝫ si vermes iã creauerit/unco ferreo eos inde trahabis auferre. Si uero perpẽderis in plurib⁹ locis hu moribus indigestis ⁊ fluidis corticẽ viciari/eãdem in quibusdã scinde lo cis ab alto stipitis vsqꝫ ad imum/ vt putrescentia in ipo durescant. Si lã guida est arbor ut fruct⁹ vermiculo sos aut lapidosi generis ferat/ vicio forsan hũoris a malicia qualitatis terre ꝓcedẽtis/sublata terra circa ptẽ radicũ. alia melioris addat᷑ saporis Et perforato circa terraꝫ stipite/ cu neus ex quercu foramini affigatur.

Quod etiã agẽdum puto/cum in ar bore adeo nutrimentũ abundat/ꝙ calor naturalis eiusdeꝫ quasi extrac tus diminuta digestiõe succũ inspis sare nõ põt ad debitam fructuũ gene rationem. Ideoqꝫ luxuriare cogit᷑ in multitudinem folioꝝ. Sed ⁊ nascun tur super arbores alie plãte capilla res virides. Studium autem est rade re aliquid de hyspiditate corticis et deponere viridia desup nata. ⁊ sepi⁹ stercorare radices maiores. ⁊ infun dere eas bene apte/ ⁊ imponere lapi dem in scissuram/ut melius attrahen do possint restaurare tempore humi do sitim quam ex ariditate agri pa tiunt᷑. Si autem terra nimis cõcul:a ta est aut magnas habꝫ herbas ⁊ ꝓ fundas radices habentes/ plurimuꝫ generat impedimẽtum. Consolidata enim ultra mõm terra/nõ ꝑmittit ad radices descendere humorẽ. ⁊ sua cõ pressiõe implet ⁊ obturat poros ra dicum/ut extrahere nutrimentũ non possint. Impedit etiam euaporatio nem que ab inferiorib⁹ fit / ad radi ces pertingere. eo ꝙ vaporis debilis calor/tãtam virtutem spissitudinis loci penetrare nõ valet. Huic autem impedimento fossione succurrit᷑ nõ aratione. quoniam aratri cõtinuus sulcus/multam infert radicib⁹ lesio nem. herbe autem magne que radici bus vsqꝫ ad ima pertingunt/ꝑripiũt nutrimenta arborib⁹. eo ꝙ habẽt ra dices molles/ uel molliores ⁊ rario res q̃ arbores. ⁊ ideo citius trahunt nutrimentum. Oportet igit᷑ eradica ri illas ⁊ radicitus euelli. Sed forte quia loco denudato penitus ab her bis indelectabilis efficeretur/dimitti

possunt germina subtilia sicut fila/ q̄ nō nisi de suprema sup̄ficie nutrimētum trahunt. hoꝝ enim germinuȝ nocumentum/ aut ōnino nulluȝ est/ aut nō tantum de quo sit curandū. Plurimum etiam nocet arboribus erucarum genus/ folia ⁊ quicq̄d viroris est in eis corrodēs. ⁊ flores dissipās ut ōnino fruct⁹ pereat. Igit̄ in decēbri ianuario ⁊ februario ipsarū oua q̄ sunt super ramusculis quibusdaȝ telis inuoluta. priusq̄ȝ nascant̄ optime colligant̄ ⁊ igne crement̄. q̄ȝ conculcatione aut concussione vix ōnia deleri possunt. sed ignis cuncta cōsumit. Accidit etiam plerunq̄ȝ piris in decrepita etate ut duricie corticū radicis trahere nutrimentū nō possint sufficiens ad nutrimentū ramoꝝ arboris ⁊ fructuum. quare sequit̄ ut alternis aut rarioribus ānis fructum ferant. Scindant̄ ergo per medium grossiores radices arboris. ⁊ in scissuris ne claudi possint/ fluuiales immittant̄ lapides. ut humor in terra sufficienter digestus qui per compactum corticem intrare non poterat/ p̄ scissuram aptos ingrediat̄ meatus. Ramoꝝ etiā superflu⁹ adeo minuat̄ numerus/ ꝙ sucus attractus sufficere possit nutrimento fructuū ⁊ ramorum. Arboribus igit̄ p̄dictis modis excultis/ si ager est nimis humidus ꝓferent arbores fructus vermiculosos/ eo ꝙ humidum cōceptū indigestum ⁊ molliter passum putrescit interius. a qua putredine cū subtile humidum vaporare incipit/ animal de genere vermium procreat̄ q̄d postea fructum arboris corrodit ⁊ inutileȝ reddit cuius signum est ꝙ semper in loco seminis vbi subtilior est humor vermis generat̄. Oportet igit̄ si possibile ē ut ꝓportionaliter desiccet̄ locus/ ut plante nō ultra modū bibent̄ Si autem forte faciliter fieri nō poterit/ perforent̄ stipites arborū iuxta terram ubi ad stipitem vniunt̄ radices maiores ut per foramen illud distillet humor superfluus/ ⁊ curabuntur tunc fructus Si autem ecōtrario aridus est locus ⁊ proprietates h̄ns heremi ita ꝙ vix cultu curari potest arbores efficient̄ spinose/ ⁊ fructus afferent paruos ⁊ acidos. ⁊ ideo a talibus locis plante precidende sunt.

Fruct⁹ colligant̄ sine ramoꝝ fractura ⁊ colligentis euitato casu p̄cipiti in arboribus/ quaꝝ fructus perticis non excutiunt̄. si rami altiores debiles congruis funibus cuȝ fortiorib⁹ alligent̄. Inferiores vero/ longis secundū ꝙ sufficiat scalionib⁹ erectis fructu exonerent̄. uel habeat̄ pertica fortis non multum longa cuȝ unco ferreo ab utraq̄ȝ parte bene firmato cuius vnum caput ad ramum inferiorem debilem colligendū ponatur aliud vero ad ramuȝ superiorem fortem/ vbi melius confortabit̄ ⁊ apte confirmet̄. Cum ipso etiam possunt rami colligendi ad locum colligētis trahi/ ⁊ tracti in aliqua parte cū opposito vnco firmari. ⁊ colligi sine piculo collectoris. Legunt̄ autem fructus p̄cipue pira diuersis temporib⁹ secundum diuersitateȝ maturatiōis ipsorum. hac consideratione adhibita/ ut hi qui tempore maturant̄ estiuo/ tunc legant̄ cum odore colore et sapore sibi attributis maturitatē habent̄. qui si aliquātulū legant̄ ante/

videlicet cum pma indicia maturita
tis apparuerint/ diebus pluribꝰ ser
uabunt᷑ ad vsum/ q̃ꝫ hi qui fuerint
ultima maturatione collecti. Qui ue
ro in fine maturantur autumni/ ad
vsum veris vel saltē hyemis seruan
tur. Octobri mense legantur/ sereno
⁊ sicco tēpore existente/ cum luna sui
fulgoris quarta potitur etate. ⁊ hec
de arboribꝰ i cōmuni dicta sufficiāt

De amigdalo.

Amigdalꝰ est arbor satis
nota. Eius quidem diuer
sitates in fructu due sunt
quoniam quedam faciūt
fructus dulces/ quedā amaros. Dul
ces esui hominū cōpetunt. Amari q̃z
sunt calidiores/ magis cōpetūt medi
cine q̃ꝫ esui. Item quedā sūt grossuꝫ
valde ⁊ durum habentes corticeꝫ/ q̃
dam subtilem Et quedam amigdala
sunt longa. quedam quasi rotunda.
⁊ quedam grossa ⁊ quedam parua.
Eligenda sunt grossa rotunda subti
lem corticem seu testā habētia. Amāt
aerem calidissimū/ licet ⁊ in tempera
to proueniant ⁊ consueuerunt matu
re florere. nam in terris calidis mul
tum fructificant propter abundan
tiam sui humoris vt ait albertus. In
terris autem frigidis/ inspissatus ē
succus eius/ ita ꝙ fructui non est ha
bilis. ⁊ ideo in terris multū frigidis
aut ōnino perit aut parum uel nihil
fructificat. ⁊ fructꝰ eius nō diu du
rat in terris frigidis natus. ⁊ est eua
nidus frequenter/ ita ꝙ ex ipso non
orit᷑ planta. ⁊ ideo in terris frigidis
oportet plātare nucleos/ q̃ ex terris
calidis sunt allati. Terrā durā siccā
⁊ calculosaꝫ desiderat/ licꝫ i mediocri

pura terra satis apte ꝓueniat. Sed ī
nimis aquosa modice uel nullꝰ uti
litatis existit. Amigdalꝰ seritur ianu
ario ⁊ februario mense i locis tꝑatis
In calidis vero octobri ⁊ nouembri
semine ⁊ plātis que de matris radi
ce tollunt᷑. Sꝫ in hoc arboris genere
nihil vtilius est q̃ꝫ seminariuꝫ facere
Fodiemus ergo altam secundum pa
ladium vno semipede aream. Vel se
cundum albertum duobus pedibus
mihi auteꝫ vnius pedis fossio satis
sufficiens eē videtur. Deinde in ipa
area seu seminario obruemꝰ amigda
la nō amplius quattuor digitis/ ita
ut cacumina figamꝰ in terra spacio ī
ter se binoꝝ pedūꝫ uel vnius solum
modo separata. Sꝫ ipa amigdala ad
ponenduꝫ grandia legamus ⁊ noua
nō nimis grossam testam habentia.
que an̄q̃ꝫ ponamus mulsa maceremꝰ
nimis aquata/ ne germen extinguat
ex multo melle mordacitas. Aliqui
eas nuces prius liquido fimo per tri
duum macerant. deinde die ac nocte
eas stare patiunt᷑ in mulsa. sed que
suspicionem tantū possit habere dul
cedinis. Terra autem seminarii debꝫ
habere letamen admixtum. cui multū
ꝓderit si etiam misceat᷑ sabulum ut
terra sit soluta ⁊ mollis. Cum uero
in seminario disposita erunt/ si sicci
tas interuenerit/ ter in mense cōueni
enti aqua rigemus/ herbis circunstā
tibus sepe purgantes. Erit etiam di
ligentis cultoris/ vnicuiq̃ꝫ nuci eius
posite signum paruum infigere vt se
minarium sine lesione graminū an̄q̃ꝫ
supra terram emineant fodi possit.
Proderit etiam multum seminario.
si āteq̃ꝫ in eo ponant᷑ amigdala terra

noua que subtus fuerat desup deiue
tur. et optime pulueri zata semen reci
piat. Cum in seminario adoleuerint
duobus ãnis elapsis/ poterũs mensi
bus transferant ad locũ ubi perpe
tuo tempore stare debebunt. Stamiẽ
te autem sunt ut ad meridiez spectẽt
.xx. aut. xv. pedibus abinuicez sepa
te. Inserit mẽse decembri et ianuario
et locis frigidis februario. Si surcu
los colligis/ et cõdias añq gemmẽt
Uales autem sunt qui de summitate
sumunt. Sub cortice et in trũco inse
runt in se in persico et in pruno. Sed
eius insitio nõ est ita utilis ut satio
ut ait Albertus pmo anno quo plan
tat ut optime cõualescat. a mense fe
bruarii usq ad mensem octobris sin
gulis circũfodiat mẽsibus. et herbis
ibidem n ascentib9 liberet. uel quater
ad min9 in tempore dicto/cum terra
nõ nimis mollis .ẽ. s3 talis q in pul
uerez aliqd humoris habentẽ possit
cõuerti. Sequentibus uero ãnis ter
uel bis ad minus circũfodiat/ut im
bres superuenientes accipe possit. qui
conculcata nimiũ terra denegant ei
dem. Tempore autem floris non cir
cũfodiatur quia flos eius facile fos
sura excutit. ut idem ait. si terra ei9
macra fuerit in autũno effossa leta
men accipiat. Si nimiũ sabulosa cõ
uenienter lapides letamen et cretã ac
cipiet. Formari autez debet ut supra
dixi cum in cõi de formatiõe arborũ
locutus fui. Sit autez uno solo stipi
te cõtenta qui a sex pedibus usq ad
decez erigat a terra usq ad ramos p
mos. Eidem multa nocumenta emer
gunt/que aliis arboribus plurimis
quandoq eueniunt. et eaꝝ cura supe
rius est cõuenienter inserta. Preter ea
tamen accidit eis/ q si rodant/fruc
tus eaꝝ fiunt amari. et ideo plurimũ
a pecore sunt seruande. Item cum ti
met ne pruina ledant /nudent radi
ces eaꝝ anteq floreãt. ut marcialis
asseruit. Albertus uero addit/ q lapi
dibus paruis albis cũ arena gros
sa operiant. Et si de pruina nõ time
tur/arena subueniat/ et reponat hu
mus. Teneras nuces creare dicit pa
ladius marcialem asseruisse / si ante
florez radicibus oblaqueatis aqua
calida per dies aliquot inferat. Ex
amaris dulces fiunt/si circũfosso sti
pite tribus digitis a radice fiat ca
uerna/per quaz noxius humor exsu
det. uel medius terrebret truncus et
melle ligni cuneus impmat oblitus.
Uel si circa radices eius sterc9 suis
parui infundas/ut paladius ait. Cõ
fixa clauis multis plurimũ iuuat ad
fructũ. et maxime si aurei sunt. ut ait
albertus. Si feraces nõ sunt/tede cu
neum terrebrata radice mergam9 uel
sic silicem inseramus/ ut cortice tegẽ
te claudat. hec arbor hoc hẽt ꝓpriũ
q in senectute plus fructificat/ eo q
humor eius tunc a calore nõ exsicca
tur sicut in iuuentute. Fructus eius
colligunt/perticis excussi cum matu
ri sunt / licet acerbi et adhuc teneri a
mulieribus et maxime pgnantibus cũ
multa auiditate petant. Matura aũt
sunt amigdala/cũ cortex circa testã
existẽs aperit et separat ab ea. Deco
riata autem si aqua salsa lauent / cã
dida fiunt/et plurimum duratura.
S3 sine aliqua industria uel cura ser
uantur in longum. si fuerint exsicca
ta. si difficulter corium dimittant

paleis obruta continuo relaxabunt Ex virgis amigdali/fiūt optime vir ge clavaꝝ quib9 milites vtunt᷑. Itē ex stipite ei9 iuxta radices fiunt for tissimi maꝫi ad scindendum ligna. Amigdala dulcia calida sunt ꝛ humi da in medio ꝑmi gradus. Viridia tenuiora ꝛ laudabiliora sunt ꝙ sic ca/propter eoꝝ humiditateꝫ. Ideir co si sicca in aqua calida vna nocte excorticata iaceant/fiunt in actione viridibus vicina. Porro si viridia priusꝗ͂ habeant cortices edant᷑/ gin givas cōfortabunt/stomachiq; calo rem refrigerabunt. Dyascorides ideꝫ affirmat ꝛ addit/ꝙ caput gravant. Caligineꝫ nutriunt. ventrē accendūt somnum faciunt. ꝛ ebrietati resistunt Amigdala amara calida ꝛ sicca sunt in secundo gradu. valent contra as ma ꝛ tussim ex frigiditate cuꝫ zucha ro/ad repmendum eaꝝ amaritudinē Oleum ipsorum valet cōtra surdita tem ꝛ saniem in auribus immissum. Item valet contra lumbricos cū fa rina lupinoꝝ super vmbilicum posi ta. Item valet optime ad menstrua ꝓvocanda cum trifera magna suppo sitorium factum. Auicenna dicit ꝙ a migdala amara sua ꝓprietate inter ficiunt vulpem/ si cuꝫ aliquo cibo co medant᷑ ab ea. Item cōferunt posita supra pannum ꝛ lentiginē ꝛ cycatri ces ꝛ percussiones/ꝛ applanant con tritionem faciei. ꝛ cum radix coquit᷑ ꝛ linit᷑ super pannuꝫ/ē medicina for tis. Et cortex ꝛ folia sunt mūdifica tiua ꝛ extenuatiua ꝛ sanatiua vt di cit diascorides. ꝛ comedere amigda la dulcia impinguat. Galienus vero dicit ꝙ apiunt opilationes in epate mirabili aptione/amigdala amara.

De auellanis.

Auellane noce sunt Ex his quedam sunt siluestres ꝙ in nemorib9 ꝛ sepib9 nas cuntur. quedaꝫ domestice Siluestres sunt pue saporose gros sam testam habentes. Domestice ve ro/quedam sunt rotūde grosse ꝛ que dam longe. ex quibus longe saporo siores sunt. ꝛ citius maturant᷑. ōnes tamen maturitatē facent᷑/cum a suis folliculis separant᷑. que cum ad solē siccate fuerint/diu servant᷑. In ōni fere aere ꝓveniunt. loco gaudent ma cro. frigido. humido. sabuloso. licet ī ōni fere genere terre nascant᷑ ꝛ cōua lescant. Ponende autem sunt in nuci bus suis/ nec amplius duobus digi tis terra supra eas ducēda est. Me lius tamen plantis ꝛ sobole ꝓveniūt. mense februarii plantande sunt/licet mense martii octobris vel novēbris plantari possint/ꝛ conualescāt. Ex ligno huius arboris fiūt optimi cir culi vasoꝝ vini. ꝛ arcus ad sagittan dum satis boni. Auellane sunt calide ꝛ paꝝ sicce. ꝛ sunt nucibus frigidio res ꝛ ponticiores. eaꝝ enim corpora sunt solidiora ꝛ spissiora/ vnctuosi tate carentia. Ideoq; plus nucibus sunt nutritiue. tardiores tamē ad di gerendum/ꝛ ad descendenduꝫ ex cor pore ventris. inflationeꝫ in corpore generāt. maxime si cum interiori cor tice comedant᷑/ablato fiūt digestibi liores/ꝛ vtiles antiquam habentib9 tussim. precipue si pistate cuꝫ melle esui dent᷑. Item eius cortex ē stipti cus. ꝛ stringit ventrem.

De berberis.

Berberi sunt fruct9 cuius
dam arboris parue ualde
spinose/sicut arbor mali
punici. ⁊ sunt rotundi ru
bei quasi subnigri. sicut fructus spi
ne albe. aliquantulum oblongi. Plā
tantur ut malipunici. Frigidi sunt ⁊
sicci in secundo gradu/ valet contra
febrilem discrasiam/ sirupus ex eis
⁊ zucbaro factus. cōtra calefactionē
epatis/puluis eoꝝ cum suco solatri
conficiat᷑/⁊ epati superponat᷑. Aui
cenna dicit ꝙ sunt frigidi ⁊ sicci in
tertio gradu. dixit etiam ꝙ sunt vin
centes coleram valde. ⁊ sedant sitiz
valde. Huius fructus arbuscula op
tima est ꝓ sepibus ⁊ clausuris / si ha
beret plantaꝝ copia. que q̄dem per
sationem fructus vel seminis ei9 ha
beri potest.

De ceraso.

Cerasus est arbor nota. et
desiderat aerem frigidum
aut temperatū. Calidum
uero sustinere non potest.
In tepidis tamē regionibus pua ꝓ
ueniunt cerasa. Montana uel in col
libus vel ꝓpe mōtes cōstituta regio
ne/letat᷑. Solum autez desiderat/po
sitionis humecte. Quedā sunt dulcia
quedaz pontica. ⁊ hec magnā faciūt
arborem. ⁊ sua sponte directe sursuz
ascēdunt. ⁊ hec ꝓprie dicunt᷑ cerasa
Alia vo sunt ualde acria. ⁊ hec arbo
rem ualde minorez faciunt/ ⁊ sursuz
nō dirigunt᷑. sed solūmodo per late
ra diffundunt᷑. ⁊ hec vocantur ma
rene siue marasce. que multas plan
tas faciunt super radices in circuitu
suo valde radicib9 plenas ⁊ ad plā
tandum habiles. Plantat᷑ semen ei9
posito tempore octobris vel nouem
bris. Virgulta etiam ipsius ꝓ āmini
culis posita affirmant᷑ a paladio fa
cile in arborez ꝓsilire. q̄ autem semi
nibus plantate fuerint/p̄dictis men
sibus transplantant᷑. Inserit᷑ mense
nouēbris. vel si necesse sit extremo ia
nuario. Ego autem inueni eius insiti
onez factā tempore februarii ⁊ mar
tii optime prouenire. licet melior sit
eius ⁊ omnium arboꝝ gūmam haben
tium insitio/ quādo gūma uel his nō
est/uel fluere desinit. Varro aūt scri
bit/ꝙ inserit᷑ temporib9 brumalib9/
hoc ē a die duodecimo decēbris vsq3
ad kalendas februarii. Inserit᷑ autē
optime sub cortice ⁊ in trunco scisso
⁊ in summitatibus eius. sz q̄ in trun
co inserunt/ōnem lanuginem auferre
debebunt. Inserit᷑ in se. in pruno. in
platano. ⁊ ut quidam dicunt in po
pulo. Amat scrobes altas ⁊ spatia
largiora videlicz. xxx. pedum uel. xl.
assiduas fossiones. putari in ea pu
trida ⁊ sicca debebunt. ⁊ que densius
artata protulit/ut arescat. Fimum
nō amat/atq3 ide degenerat. Formā
tur ut stipes dulciuz/ab octo pedib9
vsq3 ad duodecim erigat᷑ a terra. pl9
etiam uel minus secundum ꝙ in leto
solo fuerit uel exili. stipes vero mare
narum acrium sex pedibus vel circa
eleuet᷑ in altū. Si cerasus humore cō
cepto putrescat/ in trunco foramen
accipiat. Si formicas patit᷑ uel alio
mō ledat᷑/ei subueniendum est ut su
pra dixi cuz locutus fui de arborib9
in omuni. Cerasa nō aliter ꝙ̄ in sole
siccata seruant᷑. Vt sine ossibus nas
cant᷑ sic fieri dēre asserit marcialis.
Arborē tenerā ad duos pedes recides

ꝛ eam uſqꝫ ad radicē findes. medul laꝫ partis vtriuſqꝫ abradere ferro cu rabis. ꝛ ſtatim vtraſqꝫ partes uincu lo ſtringas. ꝛ oblinis fimo ſummam partē vel creta. ꝛ laterum diuiſuras poſt ānuꝫ ſolidatur dicta cycatrix. hanc plātam ſurculis q̄ adhuc fruc tum non attulerint inſeris. ꝛ ex his abſqꝫ oſſibus poma naſcent᷑. Cera ſa dulcia cito de ſtomacho deſcendūt ꝛ eoꝝ iuuamentuꝫ ſtomacho eſt par uum. Et pontica faciunt contrariuꝫ hoꝝ. Acetoſa uero deſiccant plus q̄ pontica. ꝛ cum hoc incidunt. ꝛ confe runt ſtomacho fleumatico pleno ſup fluitatibus. Diaſcorides auteꝫ dicit ꝙ humida molliunt ventreꝫ. ꝛ ſicca retinent eum. Et gummi eius cuꝫ vi no ꝛ aqua mixtum/curat tuſſim an tiquam ꝛ meliorat colorem faciei. ꝛ acuit viſum. ꝛ ꝓuocat appetitū. ꝛ cū vino ſolo confert lapidi.

De caſtanea.

Caſtanea ē arbor nota. Ex his quedam ſunt domeſti ce. quedam ſilueſtres. Et domeſtice/ quedā ſunt me diocres fructus facientes. qui caſta nee dicunt᷑. Et quedam faciunt fruc tus valde groſſos. quos. mediolanē ſes marones vocāt. Diligunt celi ſta tum frigidum ꝛ tepidū nō recuſant Si humor aſſenſerit/delectant᷑ decli uis ꝛ opacis regionibus. ac maxime in ſeptētrionem verſis. Amant ſolū molle ꝛ ſolutum nō tamen arenoſuꝫ In ſabulo ꝓueniūt/ſꝫ humecto Ter ra nigerrima illis eſt apta. ꝛ carbun culus ꝛ tofus diligenter infractꝰ. In agro ſpiſſo ꝛ rubrica/ vix ꝓueniunt In argilla ꝛ glarea/nō poſſunt naſ ci. Serit᷑ plantis que ſponte naſcunt᷑ ꝛ ſemine. Sed q̄ plātas ſeruntur ita egre ſunt/ut biennio de earuꝫ vita ſe pius dubitet᷑. Serende ſunt ergo ca ſtaneis ſuis nouēbri ꝛ decēbri ianu ario ꝛ februario. Eligēde ſunt caſta nee ad ſerendū recentes grandes. ma ture. ſed ita faciendum eſt/ut durent uſqꝫ ad februarium. Caſtanee in um bra ſiccent᷑ expanſe/tunc in anguſtū ꝛ ſiccum locum tranſlate cumulateqꝫ diligenter fluuiali operiant᷑ arena. Poſt dies. xxx. eas arena remota: ī aquam frigidam mittes. q̄ ſane ſunt mergunt᷑. que ſupernatāt/non valēt Iteꝫ quas probaſti ſimiliter obrues ꝛ poſt. xxx. dies iterum probabis. ꝛ hoc cū tertio feceris/ad veris initiū ſerere debebis que manſerint illibate Aliqui in vaſculis ſeruant/arena pa riter immiſſa. paſtinari ergo locꝰ de bebit/qui huic deputat᷑ arbuſto/altu tudine pedis vnius ꝛ ſemis vel duo rum uel totus. vel ſulcis in ordine deſtinatis. aut trite aratris reſolui. qui fimo ſatiatus/ ꝛ redactꝰ ī pul uerem caſtaneaꝝ ſemē accipiat. non amplius pedis dodrante demerſum vnicuiqꝫ ſemini propter notam/ ſur culus dēt affigi. ꝛ ipſa ſemina ſimul trina vel quina ponantur. ꝛ inter ſe quattuor uel trium pedum ſpacio ſe parata. quas cum transferre placue rit/binas plantas transferre debebit Ita tamen ꝙ in nemoribus/ ſpiſſio res. in agris vero ſeminalibus /rari ores ſcꝫ ſexaginta pedum diſtantes ut poſſint per latera diffundi/plan tentur. Locꝰ tamē deductoria liquo ris accipiat ne incidēs humor/limo germē extinguat. Inſerit᷑ mēſe martiꝫ

⁊ aprilis ⁊ mai in se/ ⁊ in salice. sed
in salice tardi9 prouenit ⁊ maturat
In cortice inserit̃ ⁊ inoculat̃. Et me
lius inserit̃ ad buccellum hoc mõ/ p̃ci
dat̃ arbor nobilis generis. ⁊ cum se
quenti anno pullulauerit ad modũ
populi/ colligant̃ surculi anteq̃ gem
mēt. ⁊ in frigido ⁊ umbroso loco ser
uentur obruti/ ut postmodum de mē
se aprilis ⁊ mai habeantur. ⁊ tunc ex
eis cõmode fiet insitio ad buccellũ
uel more emplastri. Et si multas fie
ri insitiões oportet. ex surculis inse
rendis mult fiant buccelli cũ gēma
longi secundum latitudinem unius
grossi digiti ⁊ pluris. deinde inciso
surculo inserendo in loco congruo/ ⁊
cortice in tres uel q̃ttuor partes scis
so. eligat̃ buccellus equalior stipiti.
qui tantum deprimat̃ inferius q̃ eq̃
tur. ⁊ cortex eleuatus longus min9
buccello formet̃. ⁊ quod excorticatū
est supra buccellum/ totaliter incida
tur. Nouum castaneum circũfodi de
bet assidue mēse martii ⁊ septēbris
incrementũ magis acq̃rit/ si putatio
nibus adiuuet̃. In nemorosis locis
depressi9. In agris uero qui seminā
tur/ altius in eis rami formet̃. Cas
tanee colligunt̃/ cũ ꝓpter maturita
tem de riciis suis ceciderunt in terrā
uel cum in eis apparere incipiunt/ ex
cutiunt̃ perticis. ⁊ collecte cum riciis
in aceruum intra sepem rotundam et
more porcoꝝ coaceruant̃. ⁊ cum sic
in carzaram quibusdã diebus stete
rint/ aperiunt̃. ⁊ he meliores q̃ ꝑdic
te sunt ad seruandum uirides. quia
usq̃ per totũ martiũ possunt uiri
des seruari/ sȝ alie que mature ab ar
bore cadunt/ usq̃ ad quindecim dies
solum nõ seruant̃ uirides/ sed ad fu
mum posite ut siccentur/ diu seruari
possunt ⁊ saporosiores ceteris eē di
cunt̃. Seruant̃ uirides in sabulone
ut dixi. uel in cratib9 ad fumũ duo
bus fere mensibus posite/ ut postmo
dum desiccate mundent̃/ ⁊ diu seruē
tur. Lignum castanee optimũ est in
domibus. ⁊ mirabilis durabilitatis
sub terra. ⁊ ad pluuias extra tecta. ⁊
ideo ex eo fiũt optimi pali pro uine
is ⁊ pergularis. Et ex eo fiunt opti
me degetes ⁊ tine. et uasa in quibus
castanee sicce seruant̃. Castanee secũ
dum ysaac calide sunt in primo gra
du ⁊ sicce in secũdo. Significatio ca
loris eaꝝ est dulcedo. earumq̃ sapo
rositas ⁊ ponticitas innuit siccitatē
Et ad digerendum satis sunt faciles
et nutribiles. nõ multum stiptice uel
diuretice sunt. Si assent̃/ eaꝝ corp9
rarificat̃. ⁊ in aqua dixent̃ quia ea
rum cõplexio temperat̃ ex aque mol
licie ⁊ humiditate/ sunt boni chimi ĩ
corpore generatiue. ⁊ siccitatem pec
toris/ ⁊ corporis temperamentum ⁊
urine difficultatē dissoluunt. Cole
rici eas cum zucharo comedant. fleu
matici cum melle. Item he secundũ
medicinam uirtutē habent laudabi
lem/ quia abbominationis ⁊ uomit9
cõstipatiue sunt. ieiuniq̃ intestini cõ
fortatiue. Cathaplasma quoq̃ ex
eis cum ordei farina ⁊ aceto siue ui
no factum/ ⁊ super mamillaꝝ tumo
rem positũ/ eis potenter auxiliabit̃
Castaneaꝝ quidem corticib9 ustis ⁊
puluerizatis. ⁊ cum sappa tēperatis
capitiq̃ adolescentis in modum ca
thaplasmatis positis/ eoꝝ capillos
ꝯfortat ⁊ augmētat. ⁊ ꝯtra alopiciā

valet. Auicēna dicit q in castanea ē
absterſio ⁊ inflatio in ventre inferio
re ⁊ stipticitas ⁊ confortat membra
⁊ est tarde digestionis / sed ē boni nu
trimenti. si ergo cum zucharo miscea
tur / eius nutrimentum est bonū. Ga
lienus dicit q est nutribilior omni
bus granis / adeo q est proxima gra
nis panis.

De coctano.

Coctanus siue citonius est
arbor nota. et ex his que
dam sunt que faciūt pira
citonia. ⁊ he arbores ma
iores sunt ⁊ minora habēt folia. Et
quedam sunt arbores minores ⁊ lati
ores habent frondes. quarum fructus
proprie vocantur coctana siue citonia
Amant locum frigidum ⁊ humectum
si in tepido ponantur opus est illis
irrigatione. Ferunt tamen statum me
diocris situs inter naturam frigoris
⁊ caloris. ⁊ in planis ⁊ decliuibus p
ueniunt / magis tamen inclinata ⁊ cō
nexa desiderant. Terram desiderant
satis pinguem / ⁊ in soluta magis q
creta letantur. Plantantur plantis cum
radicibus iuxta ipsas arbores inuen
tis. Item taleis ⁊ cacuminibus in lo
cis calidis de mense octobris ⁊ nouē
bris. Frigidis vero martii ⁊ februa
rii. Temperatis vtroq tempore fieri
possunt. Ita longe ponēde sunt secū
dum paladium / ne alteram quatien
tem vento / stillicidium tangat alterius
Mense februarii inseruntur melius in
trunco q cortice in seipsas. Inserantur
autem nouelle arbores / quibus sucus
in cortice est. Si maior est circa radi
cem / melius inseritur. nisi cortex ⁊ lignū
beneficio loci adherentis / humescit.

Item recipiunt in se surculos prope
ōnis generis. scilicet punici sorbi / ōnium
malorum que meliora producunt. Dū
minor est / iuuetur stercore. Maior vo
cinere. vel crete puluere semel toto an
no misso radicibus. poma in his ⁊ ci
to matura / ⁊ maioris prouētus. assi
duus humor efficiet. Rigande sunt.
quotiens celestis negatur infusio. ⁊ cir
cūfodiēde locis calidis octobri ⁊ no
uēbri. locis frigidis februario ⁊ mar
tio. ⁊ nisi circūfodiatur assidue aut ste
rilis efficitur. aut eius poma degenerāt.
Formantur ut vnum solum stipitē ha
beant quattuor vel quinq pedibus
eleuatum a terra. Presentande sunt
⁊ a viciosis ōnibus liberāde. Si egra
ē arbor amurca equaliter mixta aq
radicibus debet infundi. quod ānis
singulis factum / custodiet a viciis.
sed arboris longe derogabit etati ut
ait paladius. Colliguntur coctana mē
se octobri / cum aduenience pruina.
maturitatem aureo colore fatentur. et
que magis odorifera sunt / debent eli
gi. Si per cotilidones suspendantur in
frigida regione / forte durabunt per
annum ⁊ amplius. vel seruantur in
ter binas tegulas posita / si luto ex
ōni parte claudantur. vel si defricto in
coquātur / aut passo. Alii siccis locis
tantum reponunt / a quibus ventus
excluditur. Alii in melle dimittunt / in
quo genere condiendi satis matura
diligūtur. Alii milio obruunt / vel in
paleis separata demergunt. Alii vas
culis optimo vino plenis immittunt
Alii doliis musti immergunt. quod ⁊
odoratum vinum reddit. Ex citoniis
fiunt bone ⁊ spisse sepes. spinas tū
non habent sed ingressum bestiarum

inbibent. ⁊ quandoqꝫ fructum ferūt ⁊ incise satis igni respondēt. Citonia ut ait ysaac generaliter diuidūtur in duo. videlꝫ in crudum ligneuꝫ. et perfecte maturatum. Crudum itaqꝫ ligneum pessimum est ⁊ durissimum ad digerendum. ⁊ nihil nutrit. Ideir co ea ōnino vitari oportꝫ. Maturatum vniuersaliter frigidum est in fine ꝑmi gradus. siccuꝫ in medio secūdi. Propterea ponticitas in eis maior est / ꝙ̄ in ceteris malis. Ideo valet ad sanguinis fluxum ⁊ egestionē ac vomitum. Confortatiuum est stomachi si moret' in eo. Et si comedat' stomacho vacuo / cōstringit ventreꝫ Si post cibum accipiat' / laxat. comprimendo ⁊ cōstringendo os stomachi. Sed ex his quedaꝫ sunt pontica ⁊ quedaꝫ dulcia. Pontica ⁊ stiptica frigidiora sunt. ⁊ ad digerendū duriora. ⁊ ideo non sunt cum carne sua edenda / sed liquor eius tantum. Nā stomachum confortat. vrinam ꝓuocat. ⁊ egestioneꝫ vomitumqꝫ cōstringit. Et si cum carne edant' / ingeniari oportꝫ ut carnis duricies auferatur vel elixando. aut supra aquam calidam apponendo. Aut ꝙ melius ē scidant'. ⁊ abiectis granis mel ī concauitate ponat'. ⁊ excorticent' ⁊ in lino uel stuppa / uel quod melius est in pasta mittant'. sic enim erunt stiptica valde cōfortatiua. Acetosa subtiliora ⁊ penetrabiliora sunt. Ideo sitim extinguunt ⁊ acumen colere rubee / et vomitui colerico ⁊ egestiōi conferūt vrinam ꝓuocant. ⁊ vim appetitus augent. Odor eaꝝ vomitum ꝓhibet ⁊ sucus post vinum bibituꝫ / deponit fumum salienteꝫ ad caput. Unde dicit auicenna. ꝙ citonia cōferunt vomitui ⁊ ebrietati. ⁊ sedant sitiꝫ. ⁊ cōfortant stomachum recipienteꝫ superfluitates. ⁊ cōferunt dissinterie. ⁊ qn̄ sumunt' post cibum soluunt adeo / ꝙ quādo plurimuꝫ ex eis sumit' / extrahunt cibum ante digestionē. Dulcia vero sunt magis temperata / quiddā caloris habētia. vnde vis eis manifesta nō inest ad sitim extinguendaꝫ vel calorem.

De citro.

Arbor citri nota est. Desiderat aerem calidum. sed irriguis ⁊ maritimis locis maxime gaudet / quib⁹ exundat. Si quis tamen hoc genus arboris in regione frigida nutrire desiderat / loco parietibus munito / uel in partem meridianaꝫ verso / disponat hanc arborem. sed hybernis mensib⁹ tectum stramine velet agresti. ⁊ vbi estas refulserit / aeri arbor nuda ⁊ secura reddat'. Terram rarioris nature desiderat. Mense martii serit' multis modis scꝫ semine. ramo. talea. ⁊ claba. Si granis velis serere / ita facies. terram in duos pedes fodies ⁊ eidem cinerem miscebis. breues areas facies vt vndecunqꝫ per cannales aqua decurrat. In his areis palmarem scrobem manibus aperies. ⁊ tria grana deorsum verso cacumine iuncta / cōstitues. ⁊ obruta quotidie rigabis. Citi⁹ procedent / si beneficio aq̄ tepentis vtaris. natis germinib⁹ / sp ꝓxima herba runcetur. pōt hinc trima planta transferri. Si ramum velis ponere / non amplius sesquipede debebis immergere / ne putrescat. clabam seri cōmodi⁹ est / q̄ sic manubrii

grossitudine· longitudine cubitali·
Ex vtraqꝫ parte leniget᷑/nodis ⁊ acu
leis recisis. sed integra summitate gē
marum/ per quas spes futuri germi
nis intumescat. Diligentiores tamen
fimo bubulo adlinunt vtriqꝫ quod
summuȝ est· uel marina alga vestiūt
vel argilla subacta/ partis vtriusqꝫ
extrema cooperiunt. atqꝫ ita in pasti
nato solo deponunt· Talea ⁊ gracili
or ⁊ breuior eē potest. que similiter
ut claba merget᷑· sȝ talea palmis duo
bus supersit· claba ōnis obruit᷑· Ali
is arboribus nō debet ānecti. Talea
siue claba eius/ calidissimis regioni
bus ⁊ per autumnum ponit᷑· frigidis
simis/iulio ⁊ augusto positas· ⁊ quo
tidianis irrigatiōibus animatas/pa
ladius vsqꝫ ad poma ⁊ magna incre
menta perduxisse affirmat. Inserit᷑
mense aprili /locis calidis· maio fri
gidis· non sub cortice/sed fisso trun
co circa ipas radices ⁊ in piro ⁊ mo
ro secundum quosdaȝ· Gaudent assi
dua fossione· ⁊ hinc perueniunt po
ma maiora· nisi que arida sunt/raris
sime debemus abscindere. Hec arbor
pomis nō caret/ cum humoris habū
dantia maturis se acerba substituāt
Acerboꝝ uero etatem florentia conse
quant᷑· orbeȝ quēdam continue fecū
ditatis sibi administrāte natura. Fe
runt᷑ acres medullas mutare dulci
bus/si per triduuȝ mulsa aqua semi
na ponēda macerent᷑ uel ouino lacte
Aliqui mense februarii truncum ali
quo foramine imo terrebrant/ita ut
altera parte non exeat. ex hoc humo
rem permittunt fluere/ donec poma
forment᷑. tunc foramen luto replent
sicqꝫ quod est medium dulce fieri cō

firmāt· Poma eius possunt in arbo
re fere toto anno seruari. vel in pale
is. Mediusqꝫ si vasculis quibuscūqꝫ
claudantur· Poma citrina secunduȝ
ysaac/ex quatuor rebus sunt cōposi
ta· prima est cortex· secūda est caro.
tertia medulla· q̄rta semen· Cortex
est calidus i primo gradu siccus in
secundo· quod/acumē eiusqꝫ odor os
tendunt. ei⁹ tamen substantia dura
est/⁊ solida. Idcirco nō est pro cibo
accipienda· sed si exigua pars ei⁹ ꝓ
medicina sumat᷑/stomachuȝ confor
tabit. ⁊ digestiuam vim adiuuabit
bonūqꝫ odorem ꝓstabit. atqꝫ erit cō
tra venenum mortifeꝝ potenter cuȝ
vino datus· Cui siccus inter pānos
missus/eos a tineis cōseruat incolu
mes. Item pregnantibus datus esui
escaꝝ irrōnabilem appetitum curat·
Caro autem frigida est ⁊ humida in
ꝓmo gradu· vnde est stomachi refri
geratiua· ⁊ ad digerendum difficilis
propter eius duriciem· quapropter
necesse est stomacho exinanito · ante
ōnem cibum accipi cū melle ⁊ zucha
ro· ⁊ si in medio vel in fine prandii
edat᷑/fit cā ⁊ materia dure ac grosse
febris· Medulla uero subtilis est et
aquosa. ōniqꝫ caret nutrimento. Sȝ
hec ē duplex. qꝛ q̄dā ē insipida. que
dam acetosa. Insipida frigida est et
humida in secundo gradu· vnde calo
rem refrigerat ⁊ sitim mitigat· Aceto
sa uero/frigida est ⁊ sicca in secundo
gradu Virtutem habet incidentē ex
tenuantem ⁊ refrigerantem. Idcirco
sit caloris epatis mitigatiua/ ⁊ stōa
chi cōfortatiua· Virtutē appetitiuā
excitat/ ⁊ acumini colere rubee miti
gationem prebet· sitientibus perfecte

subuenit. Suspicionem ac tristiciam
de colerica cardiaca generatã/ remo
uet. Egestionem/ vomitũq3 colericũ
sedat. Impetigines ac lentigines cum
ea fricatas /destruit. quod testatur/
quia panni incausto madefacti cum
ea purificati/ad pristinum redeũt co
lorem. Semen calidum est ⁊ siccum
in secundo gradu/quod sua amaritu
do ostendit. Ideoq3 secundum cibũ
est incõueniens / sed secundum medi
cinam ẽ solubile. apostematũ quoq3
dissolutiuum. et contra venenũ/pro
pinatum cum vino. Frondes quoq3
ipsi9 arbois quia sunt odorifere ⁊
quiddam acuminis habẽt/ sunt corti
cibus pomorum propinqua i iuua
minis actione.

De corino.

Orinus est arbor parua.
q̃ licz nascat in nemorib9
⁊ sit ɔmuniter arbor siluest
tristrũ quia domesticata p
cultum / facit fructũ ad quedã vtilẽ.
ideo de ipsa dicam. Hec arbor fere
omnem aerem sustinet. ⁊ in omni ter
ra ⁊ maxime pingui et humida con
ualescit. Plantatur semine suo ⁊ plã
tulis que cum radicib9 iuxta ipsas
inueniũtur. fructus eius maturitatẽ
fatetur cum ex rubedine colorem ni
grum assũpsit/ ⁊ facile ab arbore ca
dit. Ex ligno hui9 arboris/ quia du
rissimũ est ⁊ tenax. fiunt optimi den
tes molendinorum. ⁊ manubria mal
leorum. ⁊ virge ad triturandum fru
menta ⁊ garminandum lanam. ⁊ ge
neraliter omnia que ligni duriciem
⁊ tenacitatem requirunt. ⁊ ideo vtile
est ex eis facere sepes. vbi nõ ẽ neces
saria clausura spinorum. Nam hec
arbor spinas nõ habet. Et quia nõ
habetur ipsarum plantarum copia/
fiat seminarium de semine eius tarde
collecto/ ⁊ ad solẽ siccato. seminentur
autez de mẽse octobris ⁊ nouembris
Corina valde põtica sunt ⁊ stiptica
⁊ q̃nto minus sunt nigra tãto magis
sunt pontica. ad vsum cibi non com
petunt. sed propter medicinaz valẽt
ad ventris fluxum/ ⁊ vomitum con
stringendum qui fit ex acumine cole
re/propter ipoꝶ frigiditatem ⁊ stip
ticitatem. Itez ex eis fit optimũ ace
tum si pistent. ⁊ cum fortissimo ace
to misceantur. ⁊ in panes formata ⁊
siccata seruent ⁊ vino cum opus fue
rit misceant.

De ficu.

Ficus est arbor nota. Et
eius quidem diuersitates
sunt multe. Ideoq3 vnus
quisq3 illa genera eligat /
que in loco in quo plãtare desiderat
uel in simili/ videt melius prouenire
hoc tamẽ ꝓuideat ut in locis aridis
⁊ macris non plantz eas/ q̃ tempore
magni est9 in talibus locis ab arbo
re cadunt. Itez in locis nõ tutis/nõ
plantet ea genera q̃ ante folia ficus
producunt. Hec arbor aerem calidũ
uel temperatuz desiderat/ ⁊ in medio
criter frigido cũ hominis auxilio sus
tentatur. videlz si ab oriente ⁊ meri
die discoopta. ⁊ ab aliis duab9 par
tibus aliquibus obstaculis munita
Item nõ impinguet terra eius/ ne eã
nimis teneraz hyems inueniat/ ⁊ tũc
stipes ei9 paleis muniat/ vsq3 ad ra
mos circũquaq3 ligatis. ⁊ supra ter
ram circa pedẽ fim9 animaliũ recẽs

ponat᷑ / ⁊ maxime colũbinus. qui re cedente frigore post hyemẽ auferat᷑ nisi terra fuerit macra nimis. Frigi dum uero aerem recusat. Terrã pin guez uel mediocrẽ desiderat. ⁊ in ma cra etiam ⁊ sicca quedam ei⁹ species defendunt᷑. In qua sicciores ⁊ dulcio res fructus ꝓueniunt. In pingui vo ⁊ humida / aquosiores ⁊ minus dul ces / magisq̧ insipidi ⁊ grossiores. Plantat᷑ plantulis aliunde acceptis locis siccis mense octobris vel nouẽ bris. Temperatis / mẽse februarii. Fri gidis vero mense martii uel aprilis cum taleam uel cacumen ponas ulti mo martii uel in mense aprilis / cum ei se viridior suc⁹ infuderit. Si cacu men ponas / ramum binum vel trinũ ab australi parte decides. ⁊ sic obru es vt diuisa cacumina terra interia cente / uelut tres surculos reddãt. Ta leã sic ponemus / ut ei leuiter ab vna parte diuise lapidem mergamus in fisso. Eligende sunt plante in quibus frequens nodus exuberat. que uero nitide sunt ⁊ oculos suos per longa internodia distulerũt / steriles eẽ cre dunt᷑. Si plantam fici nutrias in se minario / ⁊ maturam in scrobem trãs feras / poma generosiora producet. Scrobes amat altas / ⁊ magna inter ualla / ꝓpter longitudinem radicuz eius. In locis frigidis / ficus seram⁹ que cito ꝓueniunt. ut ãte ymbres ge nus hoc possit occurrere. Calidis vo ⁊ estuosis / eam que sero maturat. Fi cus inserit᷑ mense aprilis inter corti cez. vel si nouelle sunt arbores / scisso ligno. statimq̧ operiendu; est ⁊ ligã dum / ne uentus introeat. Melius cõ prehendunt si circa terram recisa / in

serant᷑ arbusta. Aliqui ⁊ iunio mense inserũt. Varro scribit q̧ ea q̃ verno tempore inserebant᷑ / possunt etiã cir ca solstitiuz inseri / ut ficus. q2 densa materia nõ est / ⁊ ideo sequit᷑ calidio rem. A quo fit ut in locis frigidis fi ceta fieri nõ possunt. aqua recenti in sicco munita tu ellum enim cito facit putrem. Itaq̧ canicule signo / cõmo dissime existimat᷑ ea inseri. Que autẽ natura min⁹ sunt mollia / vas aliqđ supra ligent vnde stillet lente aqua / ne prius exarescat surculus q̃ cõua lescat. Cuius surculi corticẽ integrũ dicunt seruandum / ⁊ eum sic exacuẽ dum ut non denudes medullã / ne ex trinsecus ymbres noceant aut nimi⁹ calor. argilla oblinendum / ac libro obligandum. Catho autem scribit q̧ etiam per vindemiam ficus inseri pt. Surculus est legendus a vinculis. Inutilis enim credit᷑ minoris vl̃ ma ioris etatis. Itez inoculari siue ẽpla strari ficus põt ⁊ ad buccellum inse ri potest mense iunii ⁊ iulii. tamen ad buccellum fieri põt / ⁊ mense aprilis ⁊ mai. inserit᷑ aũt in caprifico in mo ro ⁊ in platano. ⁊ oculis ⁊ surculis ut paladius ait. ⁊ in se multo melius Gaudet assidua fossione cui multuz proderit / si per autumnum sterc⁹ ap ponas. maxime de auiariis. Forma tur ficus in locis frigidis / vt vnum solum habeat stipitem a terra modi cum eleuatũ. quo sic melius a frigo re defendat᷑. In locis vero calidis / vnu; uel plures dũmodo non ultra tres vel quattuor stipites habeat / ꝓ domini voluntate. Recidenda sunt ĩ ea quecũq̧ aut putria aut male na ta reperis. ⁊ ea rõne putanda est. vt

inclinata per latera possit expandi. Truncus arboris scarificandus est quo loco tumet / vt possit humor fluere ne vermes creet. qui si creati fuerint / vncinis ferreis tollantur a fico. Alii solam calcem viuā latebris vermium apponunt. Si formice moleste sūt / rubrica butiro ⁊ pice liquida mixta circa truncū debet induci. Si fructus suos velut egra proiicit. aliq radicā terrebrate cuneum figunt. uel securi / arboris corium sepe pscindunt cum folia incipiunt producere fici. Vt multum ⁊ pinguem ferat fructum. in pncipio germinis cacumina summa decidimus. Vel hoc tantum cacumē qd ex arboris medietate pcedit. Vt ficus cito maturet / suco cepe longioris cum oleo ⁊ pipere mixto. vnge poma quando grossa incipiunt subrubere ut paladi9 ait. Sed tunc sine aliquo medicamine / propinque maturitati existunt. Ficus virides seruari pnt. uel in melle ordinate ne se ptingant. uel singule intra viridem cucurbitam clause / locis vnicuiq cauatis ut ait paladius. Siccent autem ⁊ seruentur hoc mō / quo campania tota custodit. In cratibus ficus expanditur usq ad meridiem. ⁊ adhuc mollis in qualum refundit. tunc calefacto furno ad panis coquendi modum. suppositis trib9 lapidibus ne ardeat qualis includit. ⁊ clauso furno vbi bis cocta fic9 fuerit / sicut est calida interpositis foliis suis in vas fictile claudat / bene picatū densius pssa ⁊ operculo diligenti9 obducitur. Si pluuiis abundantib9 crates nō possis expandere / sub tecto eas ita pōis ut semipede erigat a terra. ⁊ eas ad vicem solis cinis subiectus vaporet ⁊ subinde ficus sicut est diuisa / vertatur. vt ficoꝝ coria siccent. ⁊ pulpe tunc duplicate in castellis seruent aut loculis. Alii maturas mediocriter ficus ⁊ diuisas in cratibus expādunt / totas sole siccādas. ⁊ nocte recipiunt sub tecta. Ficus sicce cum pīguedine sua seruant secundū hyspanorum morem hoc modo / siccent mediocriter. ⁊ optime refrigerate / ī vase aliquo cōponant. ⁊ bene ponderate seruent. Fic9 scisse quas cesenates optimas hnt / pcurantur ab eis hoc mō. Colligunt ficus grassule mediocriter hoc modo mature. ⁊ ad solem p biduū integre dimittunt. deinde pinguiores scindunt per medium ex trāsuerso. ⁊ iterum parte interiori ad solem cōuersa / duobus vel tribus dieb9 siccant. ⁊ duabus simul iunctis ⁊ iterum duob9 vel tribus diebus ad solem relictis / tandem in cesta ponunt. ⁊ iterum ad solem triduo dimittunt. Deinde in scrinio per xv. dies tenentur ⁊ postea iterum ad solem si necessarium videbit reponunt. quibus postea refrigeratis in aliquo vase stricte fortiter ponderant. Et caue cum siccantur / q rorem uel pluuiam nusq tangant. Ficus ceteris fructibus laudabilior ac nutribilior est / sed grossos creat humores. Viridis quedam est cruda nō perfecte matura. ⁊ quedam perfecte matura. Cruda nō bene matura. parum est calida. magis grossa propter dominiū terrestris partis ī ea. Unde ypocras. Ficus qto lōginqor a maturitate / tāto min9 calida ē / ⁊ magis grossa. Perfecte matura est calida in pmo gradu / ⁊ tēperata

inter humiditatem ⁊ siccitatem. Ficꝰ
ex trium rerū cōpositione consistit
scilicꝫ ex semine. pulpa. ⁊ cortice. Se
minis nutrimentū nullū est. ut are
ne vel lapidis. Cortex siccus est ut
cutis / propterea durissimꝰ ad dige
rēdū. Caro nutribilior solubiliorqꝫ
existit. Sicca uero ficus calida est in
principio secundi gradꝰ. sicca in me
dio primi. ob quam rem calefacit et
sitim creat. ⁊ in colericos mutat̄ hūo
res. ceteris tamē fructibꝰ nutribilior
est. minusqꝫ inflationis habet. sed si
superfluos in stomacho humores in
ueniat. dura fit ad digerendum. ad
corruptionēqꝫ mutat̄. ⁊ inflatiōem
⁊ ventositatem generat ⁊ pessimum
sanguinem. in superficie etiam corpo
ris pediculos creat. Si autem humo
ribus mundificatū inueniat / bene di
gerit̄ ac sanguinē laudabilē facit cor
pusqꝫ mundificat ⁊ pulmonē renes
ac vesicā humoribus grossis. Qui
vult eius noxietates vitare / ieiunus
accipiat. ⁊ post ipas piper uel zinzi
ber. ⁊ ut laudabilē sanguinē generet
nuces simul aut amigdala manducet
Item secundū medicinam ualet si cū
ysopo coquat̄. pectus pulmonemqꝫ
mundificat. Tussim diuturnam emē
dat. Gargarizata cum apozimate eiꝰ
in cannalibus pulmonis apostema
dissoluit. Cocta in vino si clistere fi
at. valet ad dolorem uentris. qui ex
grossis humoribus ꝓcedit. Auicēna
preterea dicit ꝙ est alba melior. dein
de rubea ⁊ postea nigra. ⁊ sucus foli
orum uehementis est calefactionis / ⁊
abstersiōis. ⁊ in ipa quidem lenifica
tio ultima. ⁊ lac quidem eiꝰ coagulat
liquefactionem sanguinis ⁊ lactis. et
calefacit coagulatum. Et illa quidem
que est humida / velocis est nutrimē
ti. Et ramis quidem fici inest tantū
subtiliatōnis / ꝙ quando caro coqui
tur cum eis dissoluit̄ / et ficuū decoc
tio confert apostematibus gutturis
⁊ apostematibꝰ radicum aurium gar
garizata. lac eiꝰ cōfert pūcture scor
pionis inunctum ⁊ similiter rutele.
Et similiter illa q̄ est immatura aut
folia recentia. ponit̄ sup morsum ca
nis rabiosi ⁊ cōfert.

De lauro.

Laurus ē arbor satis mag
na. cuius frondes sunt la
te longe ⁊ solide. semp vi
rides ⁊ odorifere ualde. q̄
arbor orbatam facit / que est fructꝰ
paruus niger. In omni fere aere ꝓue
nit ⁊ maxime in temperato uł calido
delectat̄. Terram solutā ⁊ maritimā
diligit. Plantat̄ ramis ⁊ surculis aut
semine eius de mēse martii / ꝓprie cū
humor ad corticem ramoꝝ peruene
rit. Eius frondes ⁊ rami optimi. ut
in eis ficus sicce seruentur / ⁊ in gela
dia ponunt̄ / ut eam odoriferam red
dant. ⁊ circa diacitonitē / siue in pua
ipiꝰ frustula diuisa disponunt̄. In
quacunqꝫ autem re ad coquendū po
nantur / plurimū eius odorem augēt
⁊ cerebrum ac stomachum odore ac
sua ponticitate confortant. Fructꝰ
eius qui est orbata / in vino mussa ī
fecto positus / ipm sanat. sed idē suo
sapore satis ingrato afficit.
Auicēna dicit ꝙ grana cortices ⁊ fo
lia eius sunt calida ⁊ sicca sed grana
sunt calidiora ⁊ sicciora. nam sunt
in secundo gradu. ⁊ eius oleū est ca
lidius oleo nucis. ⁊ cōfert doloribꝰ

nervoꝝ ōnib9. et resoluit laxitudinē Et quando de cortice ei9 aut granis bibit᷑ aureus id est pondus dragme unius ꝛ semis/frāgit lapidē ꝛ interficit fetum propter suā amaritudinem additā super amaritudinē aliorum. ꝛ cōfert mordicationi scorpionis cū vino. ꝛ est bona vespe ꝛ api quando pungunt. Et ōnino est tyriaca venenis ōnibus bibitis. Dyascorides dicit ꝙ frōdes lauri/libros ꝛ vestes cum quib9 ponunt᷑ a tineis defendunt ꝛ vermibus/ꝛ a corrosione tutos reddunt.

De malo.

Malus est arbor notissima Et eius quidē diversitates multe sunt. nā quedā mala mense iunii et iulii maturitatem recipiūt. que si usq̄ ad cōpleta maturatiōē ī arbore dimittant᷑/fiunt dulcia ꝛ odorifera valde Quedā vero sunt que usq̄ ad hyemē non maturant᷑. ꝛ adhuc colliguntur acria ꝛ acerba. sed postea p se maturationem tempore procedente recipiunt. Et quedam sunt grossa valde q̄dam parua. quedam mediocria. Et quedam rubea. ꝛ quedā crocea. ꝛ q̄dam viridia. ꝛ quedā diu servabilia ꝛ quedam paꝝ. Et quedam dura et solida. q̄dam tenera ꝛ facile frāgibilia. ꝛ q̄dā in arbore durabilia. q̄dā ab ea facile cadentia. Sunt autē multe maloꝝ species q̄rum meliores aut deteriores q̄libet poterit per experientiam in qualibet regione eligere aut vitare. Hec arbor in ōni aere provenit. ꝛ pingue ac letum solum diligit. cui humorem/non tā rigatio q̄ natura suppeditet. Et si in arena vl᷑ argilla sit/rigationib9 adiuvet᷑. Montanis locis debet ad meridiem versa constitui. Macrum ꝛ aridum solum poma vermiculosa ꝛ caduca facit. Serit᷑ ramis ꝛ semine sꝫ tardus est i utroq̄ proventus. Melius igit᷑ est ut in locis calidis octobri ꝛ novēbri In frigidis vero februario ꝛ martio plantas silvestres maloꝝ ponamus ꝛ cum cōvaluerint inserant᷑. Spacia vero inter ip̄as arbores viginti aut triginta pedum eē debebunt. Mal9 inseri pōt. in piro. in spino. in coccano. in sorbo. ī persico platano. populo. ꝛ salice/mense februario ꝛ martio ꝛ per solsticiū quinquaginta dieb9 ut ait catho. ꝛ aliis arboribus q̄bus pirus. Et in cortice ꝛ in trunco. ꝛ emplastro ꝛ ad buccellum. ꝛ in amedani vel salicis pertica perforata. ut in generalib9 plene traditū est in libro secundo. De arbores p̄mo plātationis sue anno circūfodiant᷑. ꝛ ab herbis singulis liberent᷑/quolibet mēse estatis. dein de quibusdam annis bis vel ter qualibet circūfodiant᷑ estate. Sed postq̄ cōvaluerint ꝛ suas radices fundaverit/neq̄ exarari neq̄ etiā effodi desiderant. Idcirco magis eis prata cōveniunt. stercus nō exigunt q̄dem/sed libenter assumunt/ꝛ maxime si ei cineres misceant᷑. Amant modestas irrigationes. putatio bis apta est/sed maxime ut arida aut male nata tollant᷑. Formant᷑ ut sex vel octo pedibus/stipes erigat᷑ a terra/q̄ alio stipite nunq̄ sociat9 existat. Curetur q̄ ut stipes in multos dividat᷑ ramos. ꝛ rami in virgas ꝛ fragra q̄ fructum ferant. Et ꝙ eq̄liter per omnia latera expādatur taliter ꝙ rami

quandoq3 nimium onerati ligamine
apposito sustentent᷑. ut hec in ca. cõi
de arboribus plenius sunt tractata
Accidit facile huic arbori ut poma e
ius caduca sint. qd si euenerit/ scisse
radici lapis immissus poma tenebit
Si spissa poma ramos onerauerint
iunii ⁊ iulii mense interlegenda sunt
queq3 viciosa/ ut suc⁹ q̄ ingrate his
posset impendi/ ad meliora vertat᷑. ⁊
generosis abundantiã ministret/ quã
numerosa vilitate perdebant ¶ Et si
hoc cõmode fieri nõ possit/ palis per
ticis ⁊ funib⁹ defendat᷑ a ruptura ra
moru3/ ne copiosa ipius liberalitas
in eius interitum ⁊ perniciem conuer
tatur Cito senescit hec arbor. ⁊ in se
nectute degenerat. Estiua poma tunc
colligenda sunt/ cum colore ⁊ odore
ac dulci sapore maturitatem fatent᷑
Seruabilia uero colligenda sunt/ cir
ca finem septẽbris/ ⁊ usq3 ad mediũ
mensis octobris. quãdo casu pluriũ
sanoꝝ/ ⁊ nigredine seminum/ maturi
tatem portendunt. Cũ longis scalis
vsq3 ad ramos quos attingere bñt.
Abinde supra cu3 manibus debilib⁹
ramis cum funibus vel vncinis ad
fortes bene formatis. Legenda sunt
diligenter q̄ volumus mala seruare.
⁊ ea in obscuro loco ubi uentus non
sit vel paruus vt ait varro nã si for
tis est/ fenestre claudant᷑. stramentis
prius i crate subiectis vel paleis. aut
loco in cumulos secreto disponimus
Aliqui õnia simul ponunt / ⁊ locum
operiũt. Vinum ⁊ acetũ fit de malis
sicut ex piris infra dicet᷑. Poma di
uidunt᷑ in duo/ sc3 in cruda nõ matu
rata ⁊ in complete ac perfecte in sua ar
bore maturata. Cruda dura sunt et
lignea. male nutriũt. stomacho nocẽt
dolorem generant. ⁊ venas nõ pene
trãt. ⁊ eoꝝ assuefactio/ causa ẽ febris
diuturne/ que dure dissoluit᷑/ qd et
de ceteris fructib⁹ intelligendũ est. q̄
nõ sunt perfecte in suis arborib⁹ ma
turati. Perfecte in sua arbore matu
rata. diuersa sunt ꝑ sua diuersitate
sapoꝝ. Quedam eni3 sunt pontica. q̄
dam acetosa. quedam dulcia. Et põ
tica q̄dem sunt terrestria frigida ⁊ sic
ca. ad digerendum tarda. multum ãt
stomachi cõfortatiua/ propterea ꝙ
stomachum comprimunt ⁊ humidi
tatem superfluam ibi inuentã descen
dere faciunt. Sunt etiam egestionis
cõstrictiua/ ⁊ maxime si ãte cibu3 su
mãtur. ⁊ cõuenientia sunt his/ in quo
rum stõachis calor ⁊ humiditas do
minant᷑. sed grossa sunt ad digeren
du3 ⁊ dura/ tarde penetrãtia venas
inflationẽ faciunt. neruis nocent. Li
quor uero eoꝝ laudabilior est ⁊ sub
tilior ⁊ leuior. Idcirco stomachum
confortat ⁊ intestina. ⁊ valet ad san
guinis fluxum. ⁊ dissinteriam ex co
lerica egestione/ ⁊ vomitu3. Propte
rea pomoꝝ huiusmõi sucum/ oport3
mandendo exp̄mi. carnem vero eiici/
aut ingemari/ quo mõ eaꝝ duricia ⁊
asperitas auferat᷑. ¶ Hoc itaq3 fit tri
bus mõis. aut illa elixando in aqua
ut ex aqua humiditate3 extrahant ⁊
molliciem. aut super fumum aque ca
lide suspendendo/ ut humectent᷑ ⁊ ma
turent᷑. aut secta per mediu3/ granis
interioribus duris eiectis/ eoꝝ locis
mel aut zucharum apponendo/ secun
dum naturam accipientiũ. ⁊ pasta ĩ
uoluẽdo. ⁊ i cineribus calidis aut pru
nis dimittendo/ donec pasta exteri⁹

Ersicus ẽ arbor nota/ cito tamen crescit: ꝛ paruo tempore viuit. Locis quibuscunq proueniunt/ sed pomis ꝛ frondibꝰ ꝛ durabilitate pcipua sunt/ si celum calidum/ solum arenosum ꝛ humidũ sortiant̃. Frigidis vero ꝛ maxime ventosis/ intereunt/ nisi aliquo defendant̃ obiectu. Mense nouembris in locis calidis/ ceteris vero Januarii/ persici ossa ĩ pastinatis areis sunt ponenda binis vel vno a se pedibꝰ separata/ ꝛ cum ibidem plante excreuerint/ transferãtur et nõ amplius q̃ duobꝰ palmis vel tribus/ secundũ Paladiũ obruant̃. Dum tenera sunt germina / herbis persepe circunfossa liberent̃. plãtam bimã recte transferimus breui scrobe/ nec a se longe statuende sunt vt inuicẽ a se calorẽ solis excutiant Januario vel Februario: locis frigidis/ Nouẽbri calidis/ psci ĩserit̃ maxĩe circa terrã surculis plenioribꝰ ꝛ ꝓpe arborem seu stipitẽ natis/ nam cacumina / vel nõ tenebunt vel diu durare nõ poterunt. Jnserit̃ in se in amigdalo. et pruno Aprili mense vl̃ Mayo locis calidis. Jn ytalia vero Mayo existente vel iunio / persicus ĩoculari potest/ quod emplastrari dicit̃ preciso desuper trunco/ ꝛ emplastratis plurimis gemmis/ eo more quo dictum ẽ. Ego autem inueni insitionem / in pruno factam mense Februarii/ optime conualere. Oblaqueãde sunt p autumnũ/ ꝛ suis foliis stercorande. Jtem putande sunt vt putria ꝛ arida tantum virgulta tollant̃. na3 si aliquod uiride resecemꝰ arescunt/ ut Paladius ait. sed apud nos experientia contradicit/ immo si rami virides loco incongruo nati tollunt̃/ pulchrior ꝛ melior efficitur arbor. sed forsan ĩ sua regione/ loca erant nimis arida. Hec arbor ardor̃ solis arescit/ et ideo tumulet̃ aggestione frequenti/ vespertino iuuet̃ humore. et obiectis defendatur vmbraculis. ut idem Paladius dicit. Ed intelligo in locis nimium calidis et siccis/ quia in nostris partibꝰ temperatis nõ eget. Vnum solum stipite3 habere debet/ a terra modicum eleuatum. Languenti arbori veteris feces vini aque mixtas/ oportet infundi. Contra pruinas/ stercus ingerat̃ persico vel ut modo diximus/ feces uini cum aqua permixte/ vel quod magis prodest/ aqua in qua faba decocta ẽ ut idem Paladius scribit. Si vermes patit̃/ cinis amurce mixtus/ eos extĩguet vel bouis vrina cum aceti tercia parte confusa. Si poma caduca fiũt radici eius nudate vel trunco/ lentisci vel terebinti cuneus ut ait Paladius affigatur. vel terebrate in medio palus salicis imprimat̃. Si poma rugosa creabit. aut putria/ circa imũ truncum cortex recidat̃/ ꝛ cum inde modicus humor effluxerit / argilla vel paleato luto plaga tegat̃. Contra vicia persici/ fert̃ proficere/ sparcea ad ramos suspensa. Persica seruant̃. si detractis ossibus melle condiunt̃. et saporis fiunt iocundi. Jtẽ seruari dicunt̃ si vmbilicum eius

gutta picis calentis compleueris ꝛ in uase clauso reponas. ¶ Persica frigida ꝛ humida sunt ĩ secũdo gradu. flegma generãt. ieiuno stomacho sunt edenda. et post: vinũ vetus odoriferum est potandum. Persica diuidũtur in duo. Quedam enim sunt grossa mollia. ꝛ hec sunt magis aquosa/ scilicet frigida ꝛ humida. Et quedam sunt parua solida ꝛ dura. ꝛ hec sunt magis terrestria: scilicet magis frigida ꝛ quodãmodo sicca. ꝛ maxime si non fuerint perfecte in arbore maturata. aut fuerint omnino acerba et cruda Frondium eius sucus potatus: lumbricos cucurbitinos eicit. idem facit: si ex eo cathaplasma feceris vmbilico. Et secundum Auicennam. sucus foliorum eius in aurem imissus: vermes iterficit. Matura: sunt bona stomacho. ꝛ in eis ẽ virtus faciẽdi appetitum cibi. Et oportet quidẽ: vt nõ comedantur post alium cibum. quoniam corrumpunt post eũ: ꝛ corrũpunt ipsum. sed precedant ante cibũ Et sicca: sunt tarde digestiõis. ꝛ nõ boni nutrimenti. q̃uis sint multi nutrimenti. Et matura leniunt vẽtrẽ. ꝛ immatura: stringunt.

¶ De palma.



Palma est arbor ferẽs dactilos. aerem desiderat calidum aut temperatum. nã in climate calido: ante hyemẽ maturat fructum. sed in frigido quod est quintum vel sextum clima non maturat nisi post hyemẽ ad principium veris/ aut estatis ãni sequẽtis. ¶ Sed circa septimũ: pullulat. sed propter frigus: non cõualescit. Sed est veri⁹ dicere: ꝙ nec in sexto climate viuat. ꝛ in quĩto difficile. Terrã solutam ꝛ sabulosam requirit. nam constat locum nullis proprie fructibus vtilem: in quo palme nascunt᷑. Serit᷑ plãtis Aprili mẽse vl᷑ Maio. ita tamen ꝙ quando planta ponit᷑/ circa eã vel sub ea terra pinguis fũdat᷑. Itẽ serit᷑ mense Octobris semine siue ossibus dactilorũ non veterum/ sed recentium ꝛ pinguiũ. ĩ cui⁹ seminario: terre cinis miscend⁹ est. Notandũ est tamẽ: ꝙ ex vno nucleo vix vnq̃ palma crescẽs cõualescit. sed potius ex multis simul positis. Et hoc ideo est/ quia plantula q̃ ex vno orit᷑: adeo debilis est/ ꝙ truncũ qui arborẽ portare possĩt/ facere nõ potest. Multe autẽ plante simul exorte: ꝛ propter compressionem sibi ĩuicem continuãte/ perficiunt illi⁹ arboris truncum. Adhuc cum nuclei ꝛ semina aliarum plantarum habeant virtutem pullulatiuam/ quedam in summo quedam in imo/ quedam ĩ circuitu/ ꝛ q̃dam in medio. nucleus palme qui est os dactili/ habet q̃si a dorso suo. ꝛ ibi est foramen strictũ ꝛ aliquantulum longũ/ per quod germẽ suum egreditur. Quare optima plãtatio ei⁹ est. ꝙ hec ossa in sacculo lineo in sabulo ponant᷑. ꝛ quantũ fieri potest/ foramen vni⁹ foramini alterius applicet᷑. vt plantula vnius fortiter penetret plantam alterius. ꝛ tunc vires multarum diuncte/ perfectiorem facient arborem. ¶ Palma enim vnius virtutis non proficit. tum propter sexum qui in ea est distinctior q̃ ĩ aliis plantis. tum etiã propter ligni debilitatem. Iterũ pal


ma masculus nūq̄ facit aliquē fruc
tum. sȝ plantatus masculus ꝓpe fe
minam/ incluat se ad eam. ita ꝙ tā
gunt se rami maris ⁊ femine. ⁊ com
primit bifurcatio ramorum femine/
ramos maris. ⁊ tunc pfecte palme re
cedunt a seinuicem. ⁊ tunc femina cō
cipit/ non substantiam aliquaȝ emis
sam a masculo/ sed virtutem ipsius.
Similiter autem hoc ostendunt ope
ra rusticorum. quoniam cum longe
abinuicem sunt plantata mascul⁹ ⁊
femina/ abstrahunt ramos masculi:
⁊ ponunt super feminam. ⁊ illa in su
is furcis/ comprimit eos ⁊ concipit
ex eis. Cum autem stat femina fruc
tu onusta/ per ventum qui spiritum
⁊ humorem masculi ducit super fruc
tus femine/ maturant' fructus. Non
autem est arbitrandum/ ꝙ ista ipreg
natione ⁊ maturatione femina indi
geat/ quando ex pluribus feminibus
planta conualescit. quia tūc plures
masculos in virtute ⁊ substantia in
se habet. Annua vel bima debet trās
ferri/ mense Junio ⁊ Julio inchoante
circūfodiat' assidue/ vt irrigatione/
cōtinuos estatis vicat ardores. aq̄s
aliquatenus salsis palme iuuant'. Si
egra est arbor. feces vini veteris ob
laqueate oportet infundi. vel radicū
supuacua capilamenta decidi. vl' cu
neū salicis interfossis radicib⁹ premi
Hec arbor difficile crescit. ⁊ lōgissi
mo tempore viuit. ⁊ ante centum an
nos ficus non facit vt dicit Plini⁹
Et est sciendum: ꝙ fruct⁹ dactiloꝝ
non per coltilidones depēdȝ a ramis
ei⁹. sed poti⁹ habens sedes quasdam
in quibus immediate sup ramos cō
sistunt. Et quod mirabile est/ i vna
siliqua profert fruct⁹ suos/ ⁊ ramu
los in quibus fructus sui cōsistunt.
q̄ siliqua non in superiori parte ape
rit' sicut fit i siliq̄ rose ⁊ liliū ⁊ aliorū
multoꝝ florum/ sed aperiunt' inferi
us ex parte rami. et cadūt postq̄ exi
uerūt dactili ⁊ rami super quos sunt
eo mō quo aperit' siliqua papaueris
et porri. In supremo autē cacumine
habet hec arbor capsaȝ. i qua est sub
stātia mollis/ que multuȝ accedit ad
substantiā dactili. que cū abscindit'
palma arescit. Dactuli calidi sunt ⁊
humidi in secundo gradu. grossi san
guinis generatiui. et difficiles dige
stioni. ficub⁹ tamē siccis sunt digesti
biliores. ⁊ magis vrinā prouocātes
sed illis assuetātes/ epatis et splenis
cōstipationeȝ duriciem atq̄ grossici
em ⁊ tumorē patiūtur. gingiuis ⁊ dē
tibus sunt nociui. et dolorem in ore
stomachi faciunt.

De pino.

Pinus est arbor nota que
credit' ꝓdesse oib⁹ que sub
ea sunt. Amat locū gracilē
sepe maritimum iter mon
tes ⁊ saxa vastior ⁊ ꝓcerior inueit'.
Uentosis ⁊ humidis locis/ arboruȝ
fiunt incrementa leciora. sed huic ge
neri deputabis ea spacia vl' mōtes
que alteri vtilia esse nō possunt. Ex
arabis autem ea loca diligēter atq̄
purgabis. atq̄ frumenti more semen
asperges ac leui sarculo curabis ope
rire/ nec plus q̄ palmo debet abscin
di. ⁊ nata non transferunt'/ quia nō
facile comprehendunt/ ⁊ vix crescūt
nec aliquo tēpore incidant'/ quia mo
riunt'. et loco rami seu radicis incise
alie non nascunt'. Serit' igitur mede

is suis aqua p triduū maceratis. ca
lidis et siccis regionibus mēse Octo
bris vel Nouēbris. frigidis vero et
humectis/ Februario ⁊ Martio. Ali
qui dicunt fructuȝ pineum trāslatio
ne mitescere. sed isti plātas hoc modo
procurant/ vt prius multa semina ī
caliculis terra ⁊ fimo repletis/ obru
unt q̄ ibi processerit. relicto eo quod
solidiꝰ est: auferunt alia. vbi iustuȝ
ceperit incrementum: totā plantam
cum ipsis caliculis transferunt. qui
bus fractis in scrobe indulgent radi
cibus largitatem terre. tamen eq̄ ster
cus admiscēt. Seruandum est auteȝ.
vt radix eiꝰ q̄ vna ē ⁊ directa vsq
ad summitatem eius possit itegra ⁊
illesa transferri. ¶ Defendenda est ar
bor tenera: a pecore. solum ne calcet
inualida. putatio pini nouellas arbo
res tantum promouet/ vt spata incre
menta duplent. Iteȝ fert ꝙ sub eiꝰ
cortice nascuntur facile vermes qui
lignum corrodūt ⁊ destruūt. ⁊ ideo
longiori tempore durat: si sepe corti
cibus spoliatur. Nuces pinee vsq ad
menseȝ Nouēbris in arbore esse pos
sunt. Maturiores pinee legent. priꝰ
tamen q̄ȝ patescant nuclei. q̄ nisi pur
gati durare non possunt. tamen aliq̄
in vasis fictilibus nouis ⁊ terra re
pletis/ cum testis suis asserunt custo
diri. Pinea calida ⁊ humida ē in. ii.
gradu. Et scd̄m Auicennā est calida
⁊ humida in. iii. gradu. Optimus ci
bus est laborantibꝰ in spuinalibꝰ ⁊
apostemate ex frigido humore. as
maticis/ ⁊ sicce tussientibus. Ethicis
⁊ cōsumptis sanguineȝ augmentat.
libidinem incitat: per se potest dari.
vel cum syrupo. vel cuȝ electuario.
vel in cibis. Contra tussim valȝ cor
tex exterior/ cuȝ primo pinea ab ar
bore sumitur. si decoquat bene ī aq̄.
⁊ postea sup carbones ponat: vt pa
tiens fumum recipiat.

¶ De pipere.



Piperis arbor parua ē ⁊ nas
citur ⁊ optime fructificat
sub cancro. ⁊ in primo cli
mate: vbi ē multa adustio
solis. ⁊ pcipue in monte caucaso. vt
dicit Ysidorus. Dicit etiam ꝙ eius
siluas serpentes custodiunt. sȝ icole
illius regionis tempore maturitatis
siluas incendunt. ⁊ serpentes fugiūt.
⁊ ideo grana piperis que naturaliter
alba erant/ efficiuntur nigra ⁊ rugo
sa. Sed diascorides dicit ꝙ saraceni
collectum ponunt in clibano. vt vir
tus generatiua auferat ⁊ nō possit
in aliis ptibꝰ mūdi seri. In locis eti
am temperatis nascitur. sȝ ī eis fruc
tum nō facit. ⁊ ideo apud nos ipsiꝰ
plantatio et industria/ nullius exis
tit vtilitatis. Piper calidū et siccuȝ
est in. iii. gradu. virtutē hȝ dissoluē
di et cōsumendi. puluis eiꝰ naribus
appositus: sternutationē prouocat
et cerebrum a supfluitate fleumatica
mundificat. Vinum decoctionis eiꝰ
et ficuū siccarum. spumalia mūdifi
cat a glutinoso humore. et miro mō
valet contra asma frigidū. Puluis
etiam eiꝰ cuȝ ficubꝰ datus digestio
neȝ cōfortat. sanguineis et colericis
nō est vtilis vsus pipis. Dissoluit
enim et quandoq inducit lepram.
Item puluis eiꝰ sup carnem positꝰ:
eam corrodit. Auicenna dicit ꝙ cum
melle positus in palato/ est cōueniēs
ad squinanciam. et pulmonem mūdi

ficat. Cum aceto bibitum et linitum est bonū apostematib9 splenis. Item prouocat vrinā/et eiicit fetum et p9 coitum corrumpit fetū cū fortitudie.

De quercu rouere et cerro.

Quercus Rouer et Cerrus: sunt arbores magne. que sunt fere eiusdem nature. multāq3 similitudinez habent in soliditate et duricie lignoruz et forma foliorum et fructus. Nam ōnes pducunt glādes. omnesq3 pfūdas multas et magnas radices faciunt. s3 in arboris forma differunt. Nam quercus breuem facit stipitez. et ramos magnos ab omni pte diffusos. Rouer stipitem facit directuz et altum. cum paucioribs ramis. Cerr9 vero stipitem facit lōgissimū et valde rectuz/et paucos ramos. He arbores solidā terrā aut mediocrē querūt et mōtuosam vel montib9 pximaz. Resolutam vero et aquosam et precipue sabulosam/fugiunt. Serunt glādib9 suis i seminario vel i capis vel ripis fossatorum positis: mense Januarii et Februarii. vel etiam mense Nouembris. Colligunt etiā glandes tēpore quo mature ab arbore cadūt et ad solem siccate: seruant pro cibo porcorum. quib9 est valde cōueniēs cibus. Omnes pdicte arbores laborerius sub terra diu durabiles/cōpetunt. supra terram non Rouer ē optima. cetere min9 bone. Glandes frigide sunt in. i. gradu. sicce in. ii. non vtimur eis in cibis hominū sed porcorum. quia sunt digestioni inobedientes. et ventrum cōstipatiue. et ideo valent dissinterie vlcerib9 intestinorum et fluxui sanguinis. sed tamē vrinam pucāt. et corporis sunt nutritiue quasi quedam grana. tardeq3 de stomacho descendūt. et capitis dolorem faciunt/propter fumū earuz ex stomacho ascendentem. Sed ei9 supficies multum est stiptica et similiter ipsarum arborum galle. vnde valēt ad sanguinis fluxum mulierū. Item apozima eorum cōuenit intestinoruz vulnerib9. Puluis etiam eorum cōbustorum in loco mulieris immissus humores putridos fluentes desiccat. Auicenna dicit q folia earz sunt vehementis stipticitatis. et fructus qđ glandis cōfert in pricipio apostematibus calidis. Folia pterea glandis faciunt coherere plagas: cum terunt et puluerisant desup. et galle ipsarū liniunt cum aceto sup impetiginem/ et auferunt eam. Et puluis earz spargit super aquam / et bibitur ad vulnera intestinorum et ad fluxum antiquum. et similiter quādo ponit i medicis/ouenies ē ad hanc operationē

De sorbo.

Sorbus est arbor nota. cuius fructus duplex est videlic3 paru9 rotundus. et hic ex femina pducitur. vel maior parum lōgus et acut9: qui ex masculo pcreatur. Amat loca humida et frigidis pxima. et in montibus vel locis proximis montibus/ magis q in vallib9 remotis a mōtibus/delectat. Solum pinguissimuz desiderat. cuius indicium certissimū facit/si frequens vbicūq3 nascatur. mēse Januario et Februario et Martio/locis frigidis. Calidis vero Octobris et Nouembris sorba seruntur egregie. ita vt matura i seminario ipsa

poma pangantur. ¶ Plantas etiaꝫ si
qs ponere voluerit habebit arbitriũ
dũmodo locis calidis mense Nouem
bri. Temperatis Januarii ⁊ Februa
rii. frigidis Martio īclinãte dispo
nat. Planta est transferenda: robusti
or. scrobem desiderat altiorem / ⁊ spa
cia largiora / vt qd illi maxime pro
dest: a vẽtis frequentibꝰ agitata grã
descat. Mẽse Aprili uel ultimo Mar
tii: sorbi inserunt in citonio. ĩ spina
alba / licet in ea parua proueniat sub
cortice ⁊ in trunco. vel vt puto etiã
in malis competenter inseri potest.
Gaudet irrigatione temporibꝰ siccis
⁊ assidua fossione. Formanda ẽ vt
vnum solum habeat stipitẽ / circa de
cem pedes vel. xii. eleuatũ a terra. Si
vermes patiat infestos: q in ea rufi
⁊ pilosi solent in intima medulle sic
care: aliquos ex his absqꝫ arboris ĩ
iuria: incendio vicino cremari debere
Paladius ait quo igne alii credũt
fugere vel perire. Sorba seruantur
hoc mõ. lecta duriora ⁊ posita vbi
mitescere ceperint / fictilibus vsqꝫ ad
plenum claudit vrceolis / gipso de
sup tectis ⁊ bipedania scrobe locosic
co sub sole mergunt / ore peruerso. et
desup spissius terra calcatur. Itẽ sec
ta per tres partes / siccantur in sole ⁊
seruant. vel per mediuꝫ diuisa siccã
tur. Cum volueris vti aqua feruen
ti macerata. reuiuiscunt sapore iocũ
do. Aliqui cũ pediculis suis viridia
lecta / suspendũt locis opacis ⁊ siccis
Ex sorbis maturis fit vinũ sicut ex
piris. Lignum sorbi est solidum nõ
corrigineum / sed facile frãgibile. qre
optime leuigatur. Ideoqꝫ valde con
ueniens est operibus vasoruꝫ scrine
orum ⁊ assidum. que superficiem ter
sam ⁊ politam requirunt. Rubeũ ta
men habet lignuꝫ. Sorba frigida est
⁊ sicca / ventrisqꝫ cõstipatiua. etiam
si sit perfecte matura.

¶ De zezulo.

Zezulus est quedam arbor
parua / multuꝫ scrabrosa.
Cuius folia q̃si in vno ra
mulo sũt cõiũcta. simulqꝫ
tempore hyemis ab arbore cadunt.
Huiꝰ fructus similis est bacis rosarũ
uel fructuuꝫ oliuarum. vnum tãtuꝫ
habet os. ¶ Eiusqꝫ lignum est interiꝰ
rubeum valde pulchrum ⁊ solidũ.
Ideo fiunt ex eo musica instrumẽta.
⁊ precipue cythare. que fiũt ex eo op
time. Aerem desiderat temperatũ. nec
frigus formidat. Et in terra pingui
⁊ soluta letat. Seritur nucleis suis ĩ
seminario mẽse Nouẽbri aut Febru
ario satis et diligenter nutritis. que
cum cõualuerint biẽnio vel triennio
trasferunt. Seritur etiã plantis su
per radicibꝰ matris natis. Inseri eã
posse puto in spina alba et forsan ĩ
pruno mẽse Februarii et Martii scis
so ligno. et format vt vnum solum
habeat stipitem: per sex pedes vel cir
ca eleuatum a terra. Colligunt autẽ
zezula vindemiaꝝ tempore. quando
rubedinem vel varietatem ostendũt
que q̃dem satis sunt delectabilia ad
edendum. modicũ tamẽ durant.

¶ De zanipro.

Zaniprus est arbuscula p
ua satis nota. Que aereꝫ
calidum aut temperatum
desiderat. et terram areno
sam solutam et fere sterilem. et maxi
me orit et fructificat in litore maris

aut in montibus q̃si sterilib9. ĩ qui bus est terra soluta que lima uocatᷣ In locis valde aquosis ⁊ vallibus non viuit. quia nimia hũiditate cor rumpitᷣ. ⁊ nutrimento sicco ⁊ hũido sustẽtatᷣ. Huius arbuscule due sunt species. videlicꝫ mascula que in altũ erigitur / ⁊ valde modicum fructũ fa cit. ⁊ femina que iuxta terram quasi serpendo ramos expandit. que miro modo quasi toto tempore anni fruc tificat. ⁊ fructum maturat. Item est tertia species valde pulchrior ⁊ meli or. cui9 fructus est rubeus ⁊ grossus vt pua cerasa. sꝫ fructus superioris est niger ⁊ paru9. Hec arbuscula sil uestris est. et in dictis sponte nascitᷣ locis. Tamen si quis eam plãtare de siderat / nucleis suis serat. vł plantu lis eradicatis de loco matris / quo voluerit transferat. nec ei9 radices multum sub terra demergat. que nec fossione letatᷣ / nisi loc9 fuerit nimis adustus. mẽse Februario vel Mar tio ẽ serẽda. Putari aut formari nõ eget / nisi forsan quis masculam ve lit propter voluptatem aliquam / in altuꝫ extollere. Colligitur ei9 fruct9 cum successiue sua nigredine vel ru bedine maturitatem fatetur. Ei9 lig num rubeum pulchrum ⁊ quodãmõ varium est. ⁊ odoriferum. cõpetitq̧ verubus / que suum saporem carnib9 ĩ ipsis assatis conferre dicuntur. Fi unt ex eo coclearia satis pulchra.

Fructus ei9 calid9 ⁊ sicc9 est. ⁊ mul tum valet contra frigidam tussim co mestus ⁊ in vino coctus. si vinuꝫ bi batur ⁊ ipse fructus edatᷣ. Rami ei9 cum fructu ⁊ frõdib9 in aqua vel vi no cocti: ⁊ in vasa ex muffa infecta cum ipso vino vel aqua calidissima positi / ⁊ obturato vendone in eodeꝫ agitati / vasa mirabiliter liberant. ip sisq̧ saporẽ ⁊ odorẽ laudabilẽ p̃stãt.

Incipit alia pars hui9 quinti li bri. De arboribus nõ fructiferis. ⁊ de omni vtilitate ipsarum.

Sufficienter dictum est supra de arborib9 fruc tiferis / ⁊ de cultu ⁊ vti litate ipsarum. Nũc au tem dicitur breuiter / de õnibus arboribus ⁊ fruticib9 ĩfructi feris que repertuntur in partib9 nos tris. ⁊ de utilitate ipsarum secũ duꝫ eundem ordinẽ alphabeti.

De abiete.

Abies piella ⁊ arexe quasi eedẽ arbores sunt. nõ eniꝫ coluntur. ⁊ in alpibus ⁊ locis niuosis magne ual de pueniunt. Tõnes miro modo di recte in altum extolluntur. Frondes uirides omni tẽpore habẽt. Ex ipsis fiunt arbores. ⁊ antẽne magnaꝝ na uium. quib9 nulle alie arbores suffi cere possent. Optime sunt in õnibus operibus siccis edificiorum. quia le ues ⁊ rigide ⁊ diu durabiles sunt. ⁊ assides facte ex eis ubiq̧ plurimuꝫ domum exornant. Fiunt etiaꝫ ex eis uasa uinaria. tam magna q̃ parua. sꝫ in eis facile mutatur ĩ acetũ. Sed arexe precipue cõpetit situlis: in qui bus aqua defertur. Nam abies ⁊ pi ella per eam facile uiciantur.

De amedano.

Medeanus que aliꝰ uocatur / est arbor que non colitur. sed in locis palustribus et aquosis precipue delectatur. Fabricis inutilis est. sed necessaria: si humidus locꝰ fundamētis palandus est. nam sub terra illico radices viridis infixas emittit. ⁊ ingrossata ex pluribꝰ palis prope positis ⁊ in vnū corpus redactis: fortissimū ⁊ diu durabile fundamētum facit. Item ex ea conuenienter incisoria fiunt. ⁊ parapsides. quibꝰ rarissime accidunt crepature.

De asero.

Aserus ē arbor satis magna que in alpibus inuenitur. que optime conuenit cipbis parapsidibus aliisq rebus ⁊ incisoriis faciēdis / ⁊ vitellis ⁊ ōnibꝰ delicatis operibꝰ. quia eiꝰ lignum est album ⁊ solidū. ⁊ valde politū efficitur. sed eius parapsides / faciliter propter calorē scindūtur. nisi facte sint de quartino id est de ligno in quattuor partes scisso. ā de nodoso id est de neruosa radice.

De auorno.

Auornus ē arbor parua q̄ similiter circa alpes oritur. cuiꝰ medianus cortex datus in cibis aut potibus / mirabiliter ventrem laxat.

De agnocasto.

Agnuscastus est frutex. id est arbuscula parua. que ōni tempore viridis reperit. In aquosis locis magis: ⁊ in siccis minus. ⁊ eius lignum est durū: ⁊ eiꝰ folia sunt / sicut folia oliue. sed sunt teniora. Calidus est ⁊ siccus in tertio gradu. Et secundū Auicennam est calidus in primo / ⁊ siccus in secundo. Flores ⁊ folia cōpetūt vsui medicine. ⁊ magis flores q̄ folia. et flores quidē agnuscastꝰ vocāt. qui in vere colliguntur. et p annū tantū seruātur: et virides maioris sunt efficacie q̄ siccati. Dicitur autem agnuscastus / quia libidinem reprimendo: castum vt agnꝰ latorē reddit. Lectus enim ex eo stratus / libidinem stringit prohibendo pollutionem: et virge erectionē. vt dicit Auicenna. Fomententur etiam genitalia ex aqua decoctionis eiꝰ: et succus potetur. Contra gomoream decoquat modicum castorei in suco eius. et detur in potu. Item folia eius decoq̄ntur in aceto addito castoreo. et genitalia cathaplasmētur. Et nota ꝙ q̄dā extinguunt libidinē / īspissando sperma. vt semen lactuce psilliū citrulli melones. cucumeres. cucurbite. portulace scariola. acetum camphora. et similia. Quedam inaniendo spiritꝰ et cōsumendo sperma. vt ruta. maiorana. agnuscastus. ciminū. calamētū. et anetum. hec enī sunt calida. apertiua. et ventositatem exterminant et soluunt. Item fomentum factum ex aqua decoctionis agnicasti: matricis exsiccat superfluitates. et ipsius āgustat orificium. Contra litargiam: valet decoctio agnicasti / apii et saluie ī aqua salsa: si ex ea fortiter capitis posterior pars fricetur. Auicenna dicit / ꝙ suffumigatur mulier cum vehemens desideriū coitꝰ adest / et liberatur. et eius folia fugant venenosa.

De busso.

Buxus est arbor, que soli dissimum croceum et pulcherrimum lignum habet. que pulchris frondibus et viridibus semper vestita est. Ex quibus domicelle serta faciunt. Plantari potest non solum si plantule radicate de stipite matricis euulse ponant sed etiam si rami eius frondibus denudati/ infigantur in terram. Rasura huius ligni quia frigida est et sicca: decocta in aqua putei constringit fluxum capillorum ut dicit Dyascorides. Tingit etiam crines/ si eius decoctione sepius abluant. Ex ipsius lignis: fiunt optimi pectines et coclearia et manubria cultellorum. et calculi et tabule ceree. et omne opus paruum/ quod pulcherrimum lignum sculpendum requirit. recipit enim et retinet comode omnem formam.

De brillo

Brillus est arbuscula parua que in arenis fluminum oritur. que pulchras valde virgulas et multas emittit. que colligunt de mense Aprilis/ cum sucus in eis mouetur et excorticantur. Deinde fiunt ex eis corbes et cauee auium et cauee casei siccandi et seruandi. et canistra in quibus panis portatur et fructus. Item ex radicibus eius /ligantur manubria falcium. et falcinellorum que ad incidendum ligna et putandas vineas necessaria sunt.

De cypresso.

Cypressus est arbor nota et pulchra. que viridis semper existit. et ideo libenter in claustris monachorum et fratrum plantatur. Eius enim lignum est valde odoriferum et pulchrum. et ex eo fiunt pulcherrime atque odorifere assides. quas homines libenter ponunt in fundis instrumentorum musicorum vt licii cythare et aliorum. et in omnibus operibus delicatis. Hec arbor vt ait Auicenna calida est in primo gradu/ et sicca in secundo. Et quidam dicunt quod est frigida. folia et nux eius stiptica sunt. et eius folia delent morphea et consolidant vulnera. et nux eius. et confortant neruos. et roborant mollificationem et stringunt etiam. et decoctio nucis cum aceto/ delet dolorem dentium.

De canna.

Canna siue arundo nota est. Terram desiderat mediocriter humidam et pinguem. Canneta fiunt hoc modo. videlicet quod pastinata equaliter terra de mense Februarii/ et breuissimis scrobibus vno pede distantibus. cannarum oculi per scrobes singulas obruantur. si calida et sicca prouincia est/ valles humidas et irriguas opus est deputare canetis. si est humida regio/ locis mediis instituantur/ sed suco villarum subditis. Ligonizantur vt vinee. et ligonibus in equalitate terre inciduntur/ de mense Octobris et Nouembris. Sed si que sunt antiqua caneta: mense Februarii sarrentur/ recisis que sunt in radice purganda. id est putribus male proiectis. et si qua gignendi non habent oculos. Ex cannis fiunt pali et pertice vinearum et scoria quibus iter se domus pauperum distinguuntur. Et secundum Auicennam sunt vehementis infrigidationis. Et folia canne radix et cortex: conferunt alopicie/ et abstergunt sordes. Et radix eius cum cepa siluestri extrahit carni infixa. Et la

nugo que est ei9 flos quando cadit in aurez/facit euenire surditatẽ quoniam inuiscat' in ea et nõ egredit'.

De Fago.

Fagus ẽ arbor magna: nascẽs in alpibus· ex qua optime fiunt lancee. ꝛ sellaruz assides et librorum· Item fabricis vtilis est in sicco· sed humore corrũpitur· Ysidorus autem dicit ꝙ glans siue fagi fructus: est multum dulcis ꝛ nutribilis eius medulla muribus est multũ accepta· ꝛ gyros impinguat. turdis et colũbis cõuenit: et eos nutrit· Ei9 ligni substantia operib9 est apta· sed nõ multuz durat/ quia libẽter a vermibus corroditur. sꝫ ẽ valde necessaria vitree arti: si nondum a vermib9 corrosa est· quia ex ei9 cinere vitruz cum aliorum quorundã appositione ꝑ ignis conflagrationẽ preparat'.

De fraxino.

Fraxinus ẽ arbor satis magna que in pinguib9 ꝛ humidis nemorib9 delectat'. Cui9 lignum satis igni competit. et est optimũ ꝓ circulis vegetum. ꝛ tinaꝝ ꝛ salis curruũ. Iteꝫ edificiis competit exsiccata/ non viridis· duz tamẽ terra non contingat: quia statim humore corrumpitur· eius etiam silua de tertio in tertium vel quartum ãnum incisa/ optimas ꝓ vineis profert ꝑticas· Plinius autem dicit ꝙ folia fraxini: sunt vtilia contra venenuz. Nam suco expresso potui dato cõtra serpentes summe auxiliatur· tantaqꝫ ei vis est contra serpẽtes: vt ei9 vmbram vespertinam vel matutinã nõ attingant· ꝛ si inter ignem et fraxini folia ponitur serpens/ in ignẽ poti9 ꝙ in fraxinum fugiet. Et eius cortices ꝛ folia ventrem stringunt. ꝛ vomituz ex defectu virtutis contentiue factum: si cuꝫ aqua pluuiali ꝛ aceto decoquãtur ꝛ super stomachuz apponantur. Et est arbor calida ꝛ sicca in secũdo gradu. vt dicit Paladius·

De fraxinagolo

Fraxinagol9 est arbor fraxino in frondibus et lignis similis· que ĩ locis domesticis seu cultis delectatur. Hec arbor fructus quosdaꝫ siue granula parua ꝓducit· que nigra sunt quando existũt matura· ꝛ valde dulcia. sꝫ q̃si nihil supra ossa ex pulpa habent. Itẽ exsiccata multis mensib9 cõseruat'·

De fusano·

Fusanus ẽ arbor parua que in alpibus oritur: ex cuius ligno fiunt optime fuse et nicellarum archeti.

De genestra·

Genestra est quedaꝫ arbuscula adeo parua: ꝙ plurimũ ad herbe naturam accedit· que in mõtibus ꝛ locis macerrimis orit' Et flores facit valde pulchros: qb9 pro sertis domicelle vtunt'· ꝛ ex ramusculis eius deficientib9 incis/ possunt palmites vinearum ligari· Iteꝫ ex genestra potest fieri stupa. q̃ loco canabi vel lini succedere potest·

De Iuo.

Iuus id est taxus ẽ arbor ꝑua· que in alpibus ꝛ montibus eis ꝓximis inuẽitur. q̃ optima est pro balistis ligneis et arcubus faciendis·

De oplo ꝛ albaro·

Plus est arbor satis mag
na que lignu3 hab3 valde
albū ꝛ pulchrū quasi ase
ro simile. Ex quo fiunt
optima iuga boum. Incisoria etiam
et parapsides ꝛ assides pro delicatis
operibus faciendis.

De populo.

Populus ꝛ Albarus quasi
similes sunt in magnitudi
ne et forma frondium. s3
populus magis in altum extollitur.
ꝛ eius lignum non polit᷑. Albarꝰ ve
ro magis per latera ramos extēdit.
ꝛ eiꝰ lignum est albius et pulchriꝰ
pro assidibꝰ faciendis. edificiis in
sicco satis competunt/ lic3 lōgissimo
tempore non durent. locis humidis
arenosis ꝛ precipue populus letāt᷑.
in montibus et locis saxosis et creto
sis durare non possunt. Plantant᷑/
ramis a noualibus vel biennalibus
aut etiam maioris etatis ī terra īfix
is. ꝛ facillime comprehendunt. Item
cōpertum est albarum incidi/ ꝛ quo
cūq3 ierint icisore fragmina: inde q̄si
siluam spissam nasci. Potest etiam
hoc euenire ex pullulatione radicū: q̄
circa precisam arborem vniuersam
occupant terram in supficie eiꝰ. ꝓp
ter quod etiam prefate arbores plu
rimu3 inueniūt᷑ obesse vineis. et fru
mentariis agris. Populus habet
hoc proprium/ ꝙ si estiuo putet᷑ tem
pore/ facile perit: aut īfirma ꝛ scabro
sa efficitur. Dicitur autem populus
eo ꝙ incisa pullulat ad modū popu
li vt dicit Ysidorus.

De rosariis.

Rosaria nota existūt. Sūt
autem quedam alba. que
dam rubea. Et iteru3 que
dam domestica. ꝛ queda3
siluestria sunt. Alba vero tam domes
tica q̄3 siluestria/ fortes cōstituūt se
pes. quia multas ꝛ fortes habēt spi
nas. ꝛ ōnes adeo retortas/ ꝙ p eas
volentes ingredi retinent violenter.
Sed rubea rosaria debiles vngulas
ꝛ spinas ꝓducunt. Plantantur au
tem plantulis ꝛ virgultis ī paruas
particulas diuisis/ ꝛ in seminario sa
tis. aut seminibus. Et semina quidē
sunt/ que ī pomulo rubeo sunt collec
ta. quorum maturitas ad plantan
dum apta cognoscitur/ cum post vi
demias colorem fuscum ꝛ molliciem
quandam habent. Si qua sunt rosa
ria ātiqua/ circūfodiūt᷑. ꝛ ariditas
immersa reciditur. Itē que rara sunt
possunt virgaru3 propagine repara
ri. Rosa frigida est in primo gradu.
sicca in secundo. viridis ꝛ sicca: ope
tit vsui medicine. Siccantur autē ali
quantulum ad solem. ꝛ possunt per
triennium seruari. Cum receptio ro
sarum inuenitur: sicce ponende sunt ī
medicinis. quia facilius cōteruntur.
Ex viridibus autem fit mel rosatū.
zuchbarum rosatum. electuariu3 de su
co rosarum. Syrupus rosatus oleū
rosatu3. ꝛ aqua rosata. Mel rosatū
sic fit. primo mel despumetur. deinde
coletur. postea addantur folia rosaꝝ
abiectis stipitibus/ ꝛ quibusdam al
bis/ que sunt in parte inferiori. ꝛ mi
nutatim incisa ponant᷑. ꝛ fiat decoc
tio aliquantula. ꝛ signu3 decoctiōis
eius est odor ꝛ color rufus. in septē
libris mellis/ vna rose ponatur. per

quinq; ãnos seruari potest. Et habz virtutem confortandi/ ex aromatici tate. mundificandi ex melle. Compe tenter datur flegmaticis colericis et Melancolicis i hyeme ⁊ estate. debi litatis cuz mulsa facta ex aqua ⁊ mel le rosato. ad mundificationez stoma chi ex frigidis humoribus/mel rosa tum cum aqua decoctionis semis fe niculi/ tribus granis salis additis. Uel secundũ Nicholaum fit hoc mõ In decem libris albi ⁊ purissimi mel lis despumati/suci recentiuz rosaruz libra vna ponat᷑. ⁊ in cacabo ad ig nem posito cum bullire ceperit/ viri dium rosarum cum forficib⁹ vel cul tello incisarum libre quattuor addã tur. ⁊ tãdiu bulliat q; ad suci cõsũp tionez redeat. ⁊ cum bullierit:semper agitetur. ⁊ in fictili vase reposit⁹:q̃n to magis tenebit᷑/tanto melius erit. Cuz aqua frigida sumptũ:stomachũ cõfortat ⁊ cõstipat᷑ et cuz calida:mũ dificat. detur in mane ⁊ in meridie. Eodez mõ fit mel violaceuz. et valz tipite febricitantib⁹ cũ calida aqua datum. Zucharum rosaceũ sic fit. fo lia rosarum viridium pistata cuz zu charo bene terantur ⁊ ponantur in vase vitreo per triginta dies ad solẽ. ⁊ quotidie moueant᷑ vt bene misceã tur. In q̃ttuor libris zuchari/ libra vna rosarum ponat᷑. ⁊ potest per tri ennium seruari. Uirtutem habet con stringendi ⁊ cõfortandi. ⁊ valz contra dissinteriam. lienteriam. ⁊ dyarriaz ex debilitate virtutis contentiue fac tam. Itez valet contra vomitum co lericuz. contra sincopim et cardiacã passionem cum fit ex calefactiõe spi ritualiũ/detur cuz aqua rosata. Elec tuarium de suco rosaz sic fit. Recipe zuchari suci rosaz ana libram vnã ⁊ vncias quattuor. sandali triũz ge nerũ aq̃a dragmas sex. spodii drag mas tres. dyagridii dragmas duode cim. camphore dragmã vnaz. Tem pera ad mõm electuarii/ cum syrupo facto ex zucharo ⁊ rosaz suco. ⁊ det᷑ cũ aq̃ calida ad modũ castanee:i ma tutinali hora. valet autez cõtra gut tam calidam. ⁊ coleram rubeam pur gat. Et cõualescentes tertianarios/ quotidie purgat sine molestia. ⁊ reli quias malorum humoz q̃ ibi remã serunt/ potẽter educit. Syrup⁹ rosa tus sic fit. Quidam decoquũt rosas in aqua et in tali aq̃ rosata:addunt zucharum et faciunt syrupũ. Alii au tem faciũt ponere rosas ĩ aliquo va se habente strictum orificium/ ⁊ sup infundũt aquã feruentẽ. et dimittũt ibi stare/donec aqua sit rubea. et inde faciunt syrupum. Alii conterunt ro sas virides/et sucum exprimũt. ⁊ in tali suco faciunt syrupum. ⁊ hic ẽ op timus. Et nota q; syrupus fact⁹ ex recentibus rosis:prius aliquantulũ laxat᷑ postea cõstringit. factus vero ex siccis in principio et in fine cõstrĩ git. Contra fluxum ventris ⁊ vomi tum colericum: detur cum aqua plu uiali vel rosata. febricitãtibus post munitionem cũ aqua frigida. potui detur cõtra sincopim similiter. Secũ dum Nicholauz sic fit. Accipe rosas recentes ⁊ pone in vase per se et ĩ cal dario pone aquam donec bulliat. et bullientem super rosas p̃oiccas ĩsũ de. ⁊ postea ipsum vas tege:ne fum⁹ exeat. ex quo aqua ibi refrigerit:ro sas inde eiice. et aliis recentib⁹ aquã

bullitam eandem iterum superinfunde: mutando rosas donec aqua illa rubea fiat. De hac autem aqua quattuor libras accipe. et in quattuor libris zucchari infunde. ¶ Cum autem bullire ceperit albumen ouorum aliquod cum zucchari aqua frigida multum agitata donec spumescat concutias. et illam spumam in syrupo bulliente spargendo infunde. et cum quasi nigrescere illa inceperit suauiter cum cacia remoue. et iterum aliam infunde/ donec clarus fiat syrupus. Et cum ceperit syrupus quasi filum facere/ si cum digito tetigeris/ aut cacie dependens adhereat coctum est. et valet calori et siccitati febrium. sitim reprimit. confortat et constipat. Eodem modo fit syrupus violaceus et syrupus nenufarinus. qui valent contra maximos calores in acutissimis egritudinibus. Oleum rosatum sic fit. Quidam decoquunt rosas in oleo comuni et colant. ¶ Alii terunt rosas virides in oleo et vase vitreo. soli exponunt per dies quinquaginta. et hoc est bonum. Secundum nicholaum fit hoc modo. In duabus libris olei communis abluti: libra vna viridium rosarum aliquantulum concussarum ponatur in olla posita plena super ignem in caldario pleno aqua suspenso. et tamdiu bulliant donec aque tertia pars minuatur quod demum albo panno lini immissum torculari exprimatur. Eodem modo fit violaceum sabatinum et mirtinum oleum. Et valent ista olea contra acutas et peracutas inuncta super epar et pulsus timpora et plantas manuum et pedum. quoniam calorem extinguunt. Aqua rosacea fit multis modis. Nam quidam habent patellam plumbeam. quam ponunt super quoddam testo inuerso/ cui est ab vna parte boscium. vnde sub eo ponitur ignis. et inter testam et patellam est cinis grossitudinis duorum digitorum/ ne aqua saporem fumi accipiat. et circa testum est fornacella parua de lapidibus et luto facta. Deinde patella rosis impletur. et capellum plumbeum ponitur supra ipsam ita quod versus partem vnde aqua rosata egreditur/ aliquantulum pendeat. et ignis continuo sit sub ipsa patella. tantumque rose dimittuntur in ea quod in eis sit humiditas consumpta. et tunc reiiciuntur et alie recentes in earum loco ponuntur. et in aliquo vase vitreo sub pipio capelli posito aqua recipitur. Deinde in engbestariis ad solem posita quibusdam diebus decoquenda relinquitur et seruatur. Alii volentes omnem saporem fumi et odorem euitare in aqua rosata/ ponunt patellam predictam et capellum in cacabo aqua pleno. atque ita in fornacella disposita / quod ab vna parte possit in eo aqua immitti. que loco eius que ab igne consumitur/ succedere possit. et hec est optima. et quidam in filo folia rosarum posita in vase vitreo/ et suspensa/ ne vasi ab aliqua parte adhereant/ soli exponunt. et desuper adeo claudunt/ quod vapor rosarum exire non possit. et hec est melior quam esse possit. Tamen valde parum et cum nimio labore fieri potest. Habet autem virtutem confortandi et constringendi. ¶ Contra fluxum ventris et vomitum colericum/ detur aqua rosata simplex. vel aqua decoctionis masticis et gariofilorum. et precipue contra fluxum ex debilitate virtutis contentiue: vel acumie

medicine quando ipsa nimis ducit/ ꝓuenientem. Sincopizantib9 et cardiacam pacientibus detur in potu. ꝛ superaspgat᷑ faciei. ¶ In coliriis cōpetenter ad oculos ponitur. et in vnguentis ad faciem. quia abstergit pānum faciei/ ꝛ subtiliat cutē. Rose sicce narib9 apposite/ cerebrū cōfortāt. ꝛ reparant spiritus. Contra fluxum ventris ex colera: detur aqua pluuialis in qua rose sint decocte. ad idez valet emplastrū ex rosis ꝛ albumie oui ꝛ aceto/ positū super renes ꝛ pectinem. Contra vomitū fiat decoctio in aceto. et spongia marina incicta/ ori stomachi superponat᷑. Cōtra sincopim detur aqua decoctiōis rosaꝝ detur etiam puluis in ouo sorbili. Item contra ruborez oculoruz si sentiatur punctura/ valent rose cocte in aqua ꝛ cathaplasmate. Antea dicit᷑ flos rose qui interius reperit᷑. valet autem contra fluxum ventris ꝛ vomitum. Itez puluis ei9 vue suppositus: humiditatem eius consumit. Et nota ꝙ sucus rosaꝝ viridium in vase vitreo potest seruari per annum. Auicenna dicit ꝙ rosa rectificat fetorem sudoris/ quando in balneo āmist᷑ tratur. Et emplastrum de rosis coctis ꝛ cōtritis ꝛ nō expressis/ positū sup apostemata calida: ea soluit.

¶ De rore marino.

Ros marin9 est quedaz arbuscula parua odorifera. que semper habet frondes virides que quasi assimilantur zanipro ꝛ scope. ¶ In marinis locis precipue delectatur. ꝛ ideo ros marinus appellatur. Plantatur autē plantulis de radice matris diuulsis. Item ramis in terraz infixis his mēsibus quib9 alie fiunt plantationes. Calidus ꝛ siccus est/ sed excessus ei9 non determinatur in gradu. ¶ Folia eius et flores cōpetunt medicine. et flos eius dicitur anthos. Vnde dyātos electuarium fit ex eo. Arbuscula ipsa etiam lanotides dicitur vel detrolibanos. vnde cum istoꝝ receptio inuenit᷑: folia debēt poni. Flores autem aliquantulum desiccati ad solez/ per ānum similiter seruant᷑. et folia habent virtutem cōfortandi/ ex aromaticitate. dissoluēdi: ex caliditate. extergendi mundificandi ꝛ cōsumendi ex siccitate. ꝛ dyaforeticam ex caliditate. Contra sincopim et cardiacam detur dyantos cum vino. Item fiat decoctio florum in vino. ꝛ tale vinum detur patienti. Contra frigiditatem stomachi ꝛ ad digestionem cōfortandam: detur dyantos vel vinum decoctionis floruz et masticis. Contra dolorem intestinorum et stomachi ex ventositate/ detur vinū decoctionis eius et cimini. Et cōtra cerebri frigiditatem/ fiat eius decoctio in vino. ꝛ patiens capite cooperto/ fumum recipiat. Contra humiditatē vue/ acetum vel vinum decoctionis eius gargarizetur. Contra stranguriam ꝛ dissinteriaz: flores vel saltē folia decocta in vino cathaplasmentur. Ad mundificationez matricis ꝛ conceptum iuuandum/ fiat fomētuz circa pudenda ex aqua decoctionum eius. Flores autem in oleo decoctos/ supponunt sibi mulieres.

¶ De rubo.

Rubꝰ notus est. Competit sepibꝰ faciēdis. quia eas fortes et spissas ⁊ pungētes facit. Sed per se non multum competit/ nisi plantas arborum vel aliorū spinoꝝ admixtas habeat/ q̄bus sustineatur. que adeo sint solide/ ꝙ non flectant᷑ et destruant᷑ ab eo. Plantatur autē plātulis suis- que facile inueniunt᷑/ vbi rubi capita tangunt terram. quia ibi statiꝫ radices emittunt. Iteꝫ plantatur seminibus suis mature collectis et siccatis. ⁊ vsq₃ ad initiuꝫ veris seruatis. et tunc seminatis. ¶ Fructus eius sunt mora: que mulieres ⁊ pueri comedunt. sed optima sunt pro porcis ¶ Rubus calidus ⁊ siccus est. vt quidam dicunt. Constantinus tamē dicit summitates eius esse stipticas. ⁊ valere ꝯtra vsturas ⁊ calida apostemata. vnde videtur ꝙ sit frigida et sicca. Contra ruborem oculoꝝ/ cortices eiꝰ cum vitello ouoꝝ conterantur. et addito croco oculis supponātur. Contra quaslibet vsturas/ cera munda resoluat᷑. postea addatur oleum rosatum. Deinde sucus turionuꝫ eius ī maiori quantitate. Contra calida apostemata/ folia summitatum trita cum aqua rosata superponāt᷑. Contra dissinteriaꝫ/ sucus turionū eius cum aqua ordei per clistere immittatur. vel ex turionibus cum albumine oui ⁊ aceto/ fiat emplastruꝫ super pectinem ⁊ renes. Si sit vicio superiorum/ lenticula aliquantulum exusta in suco detur ad mādueādū.

¶ De salice.

Salix ē arbor nota. sic dicta: eo ꝙ plantata facile ī altum salit. Hec arbor in locis humidis et arenosis siue solutis delectatur. et non multū profunde radices facit. Plantatur optime si terra perforata cuꝫ palo ā foraterra/ planta biennalis in parte inferiori acuta: foramini fortiter iprimatur. ⁊ vsq₃ quasi ad superficiē foramen ex sabulo ipleat᷑/ vel terra soluta. si terra vbi plantata sit cretosa existit: demū creta supponatur. Et si soluta est terra ī qua plantat᷑: sufficit si ex eadem impleatur foramen. cui multum ꝓderit/ si eisdem cardinibus quibꝰ in salice steterat opponatur. Fit autem eiꝰ plantatura de mēse Octobris ⁊ Nouēbris aut Februarii. ⁊ melius mense Martii/ cum iā ipsis plātis adhuc super salice existentibus: viridis sucus infundat᷑. Eis auteꝫ plātatis mēse Aprilis ⁊ Mai: abradatur quicquid ī stipite preter superioreꝫ orit᷑ partē Tertio quoq₃ aut quarto āno incidūtur omnes equaliter sex pedibus supra terraꝫ. si ipsius formaretur stipes/ proceriores ꝓduceret perticas. ⁊ longiori tempore duraret. quia hec arbor tanto in ramis erit fecundior/ quanto est terre propinquior. et est ad incidendūꝫ aptior. Verumtamen si est in loco animalibꝰ exposito/ magis timet corrosionem ipsoruꝫ. que octo vel decē pedibus a seinuicem distare debebūt ne si nimis spisse fuerint/ superfluis vmbris perimant ea que seminant᷑ ī agris. De tertio in tertium ānum pertice incidūtur. videlicꝫ subtiles iuxta salicem. ⁊ grossiores tribus vl' quat

tuor digitis ab eo remote/ incidant rotunde. vel non multū oblique. Et quicquid ē in salice siccū vel mortuum/ āputetur. nec fiant in eo cauāe remote: sed paulatī eq̄liter p ōnia dif fundant. Ex hoc enim modo ꝑticas ꝓceriores ꝛ min⁹ ramosas efficiēt. ꝛ tempore longiori durabūt. Et nota ꝙ si eo anno quo nō inciduntur ā putent vimina parua inutilia: remanētia maius suscipiēt icremētuꝫ. Ex ligno salicis solido ꝓ perticis faciēdis nō absciso/ fiūt trabes ꝛ materie dom⁹ satis bone. ꝛ ex grossis. fiunt assides et cōche. ꝛ parapsides. incisoria. ꝛ multa vasa vinaria. Ex cōcauis vero fiunt aluearia ꝛ situle ꝛ sextaria. Ex ꝑticis fiūt vinee. ꝛ ex eis ꝛ viminib⁹/ fiunt sepes ꝛ clausure curiarū ꝛ porticuū. ꝛ multa alia vtilia. Hec arbor cōpetit medicine vsui: secundum corticem. folia. ꝛ flores. habet autem virtutem cōstringēdi ꝛ cōsolidādi. Contra dissinteriā/ suc⁹ expressus ex foliis ꝛ potui dat⁹ valꝫ. Contra vlceratione̅ īcestinoꝝ ex dissinteria factaꝫ/ detur puluis corticis eius cōbusti in aliquo potu. Idē puluis vlcerationes exteriorū partium cōsolidat. Ideꝫ puluis vt testat Diascorides/ cum aceto potui dat⁹: ꝛ cū aceto cathaplasmatus/ neruos verrucas ꝛ porros curat. Item folia salicis respersa aq̄ ponēda sunt circa febricitantes. Ysaac autē dicit floris seu seminis salicis hanc esse virtuteꝫ/ vt si qua mulier illud in potu sumpserit/ filios non generat. sed efficitur infecunda.

De sauina.

Sauina est arbor satis parua/ que semper viridis ē. ꝛ habet folia q̄si cypresso similia. hec arbor satis cōmode viuit in ōni loco. Et libenter plantat in viridarus ꝛ in claustris religiosorū. quia circulis et perticis iuxta eaꝫ positis/ ramos cōueniēter vndiq꜄ expandit. Plantatur autē ramis sicut de busso dixi/ in terrā īfixis. Hec arbor calida ꝛ sicca est in tertio gradu. cuius folia cōpetūt medicine. p biēniū seruari possunt. vinū decoctionis eius: valet contra dolorem stomachi ꝛ īcestinoꝝ. Itē decocta in vino: valet cōtra stranguriam ꝛ dissinteriā. Cathaplasmata etiā valet cōtra dolorē yliacū. est eni dyaphoretica ꝛ diuretica. Fomētatio etiam ex aqua decoctionis eius in vino. valet contra ꝓdicta. ꝛ etiā mēstrua ꝓuocat. ꝛ fetum mortuum educit. Iteꝫ decocta cū oleo ꝛ supposita: idē melius operat. Contra tenasmon ex frigida causa valet: si fiat decoctio ei⁹ in aceto ꝛ vino/ et fumuꝫ inde patiens recipiat.

De sambuco.

Sambucus est arbor nota: que in sepib⁹ nascit. ꝛ ramis in terraꝫ infixis plātata/ faciliter comprehendit. Ex cui⁹ ligno grosso/ fiunt arc⁹. vel mediocri. ꝛ ex grosso nō nodoso fiunt sagitte. Item fiunt cannelle tinatiorum ꝛ vegetū ex ei⁹ ligno. Virtus eius est calida ꝛ sicca in secundo gradu. Medicine competit. pricipaliter cortex eius. secundo folia et flores/ virtutem habet diureticā attractiuā ꝛ purgatiuam. Contra quotidi

anam precedente purgatione/āte ho
ram accessionis detur vinū decoctio
nis corticis mediani sambuci. Itē su
cus sambuci per se datus vel cū mel
le/lumbricos interficit. Ad mēstrua
ꝓuocanda suc⁹ corticū pessaginetur
vel folia cathaplasment̄. Fomētū ex
aqua salsa decoctionis corticū ei⁹ tu
morem peduꝫ soluit ⁊ dolorem exte
riorum partium.

De sicomoro.

Sicomorus ē q̄dā arbuscu
la pua. quasi assimilatur
sanguino i forma ligni. q̄
pulchras valde producit virgas. et
eius cortex ē pulcherrim⁹ et adeo ad
heret ligno/ ꝙ ex eo fiūt pulchra ma
nubria cultellorum. ⁊ nascit̄ i nemo
ribus prope alpes.

De sanguino.

Sanguin⁹ ē arbor similiter
pua. q̄ multū pullulat in
sepib⁹. ⁊ eas valde inspis
sat. ſꝫ spinis caret. et pulchras et so
lidas virgas ꝓducit. ex quib⁹ fiunt
breuexilli ad auiculas cū noctua ca
piendas. et vimina ipsius: texēdis te
lis optima sunt.

De spina alba.

Spia alba ē arbor satis p
ua. q̄ optima ē ꝓ sepib⁹.
quia valde acutas hꝫ spi
nas. nec i radicib⁹ p agros pullulat
Et i se optimā recipit insitioneꝫ. vel
pila ⁊ pir⁹ et mal⁹ in ea facile cōp
hēdunt. ſꝫ ad debitū augmētuꝫ pueni
re nō possunt/ ꝓpter ieq̄litateꝫ mag
nitudinis eaꝝ. Lignū hꝫ albuꝫ et so
lidum. Ideoqꝫ cōpetit pixidib⁹ et co
clearib⁹. Plātat̄ autē plātulis: q̄ iue
niunt̄ i stipitib⁹ matꝝ sub terra mo
dicum nate. que aliq̄s sub terre sup
ficie radiculas ꝓduxerunt. Vel ex
eis plātulis que in magna quātitate
iueniūt̄ nate i arenis i locis valliuꝫ
ad quas fluminum torrētes semina
ꝓduxerūt. Potes etiā ex ipsis semi
bus p⁹ vindemias collectis semiariū
facere/in locis arenosis et solutis. et
inde post biēnium ad loca sepiuꝫ cō
mode trāsferre. Hec arbor frigida et
sicca ē in p͛o gradu. ⁊ ei⁹ decoctio
cōfert istrumētis iuncturaꝝ ⁊ poda
gre et mollificationi stomachi.

De spina iudaica.

Spina iudaica melior ōni
b⁹ est pro sepib⁹. quia in
quolibꝫ folio duas hꝫ spi
nas. vnā videlicꝫ rectā. magnam. ⁊
acutissimā. et aliam puā. retortam.
et spissaꝫ. quare sua pullulatiōe: for
tem constituit sepem.

De spina ceruina.

Spina ceruina nō multum
sepib⁹ cōpetit. quia nō est
bene spinosa. ſꝫ ex ea opti
mi pro vineis fiūt pali. quia sub ter
ra longo tempore durant.

De scopa.

Scopa est arbuscula valde
parua. similis quasi ꝫani
pro. cuius radix ē rotun
da ⁊ adeo dura ⁊ nodosa / ꝙ ex ea
optimi fiunt ciphi / si bene solida in
ueniatur.

De tamarisco.

Tamariscus ē arbor calida
et sicca in secundo gradu.
Vinum decoctionis eius
valꝫ ad opilationē splenis ⁊ epatis
Item stranguiriam dissoluit. ⁊ pl⁹ in
cibo cocta. Ad idem valet frequēs bi

bitio/cum vase ex tali ligno facto.
Cortices autē sunt maioris efficacie:
q̄ꝫ folia.

De ulmo.

Ulmus est arbor nota. q̄
omnem aerē sustinere po
test/ ꝛ terrā desiderat pin
guē/ vt optime cōualescat. nec creto
sam neqꝫ solutā recusat. Que plāta
tur planculis cū radicibꝰ inuētis. q̄
facile cōualescūt. Hec arbor optima
ē: vt vites sup eā ascēdant. Ex ligno
eius fiunt trabes ꝛ materie domoꝝ.
licꝫ nō diu durēt in eis. Itē fiunt ex
eo muzoli rotaꝝ. ꝛ fusoli molēdino
rum ꝛ scale turriū. ꝛ his valde cōpe
tit. Itē fiunt mazi ad ligna scinden
da. ꝛ vasa vinaria stringenda: quia
tenax est/ ꝛ nō facile scinditur lignū
eiꝰ. Itē fiunt furce ꝛ furcones. ꝛ cō
petēter ōnia istrumēta que tenacita
tem habent vt potiꝰ curuentur/ q̄ꝫ rū
pant' aut scindātur. Et folia quidē
eiꝰ optima sunt ꝓ pabulo boū.

De vinco.

Uincus est arbor nota. que
plantat' vt salix/ qꝛ eius
dē ē nature. ꝛ ideo cōueni
enter in ea inserit'. Et hec quedā fa
cit virgas croceas. quedā nigras. q̄
dā rubeas. Item que in loco calido ꝛ
exili orit'/ tenaciores virgas produ
cit. Que vero in vmbris aut in loco
pinguissimo orit' minꝰ tenaces facit
Itē ē alia species vincorū qui gorre
vocant'. qui optimi sunt protinis ꝛ
vegetibꝰ. quia longas ꝛ ramulis ca
rētes/ et in summitate grossas ꝛ val
de tenaces virgas producunt. ꝛ hec
quidē facillime radices emittit ꝛ cō
ꝓhēdit. si ex virgis fiūt frusta vno
pede minora: et in terra infigātur. ou
obꝰ solū digitis supra terrā relictis.
que nullo tempore i stipite altiꝰ ascē
dere debet. Ex his etiā fit optimuꝫ
gorretum. si in loco soluto plātētur:
vndiqꝫ vno pede distātes. quod sin
gulis ānis incidi debebit.

De videcto.

Videctꝰ ē arbor satis bene
nota. que nō efficit' mag
na. et in locis delectatur
aquosis et palustribꝰ. ex qua fiunt
ꝓ vineis competentes pali. ꝛ magis
sub terra durantes / q̄ꝫ pali fraxini
aut vlmi.

De zuuro.

Zuurꝰ ē arbor cuiꝰ cortex
grossꝰ ē ꝛ optimꝰ ad pla
nulas ꝛ zunaros. qui sin
gulis tribꝰ ānis vel quattuor ab ar
bore sua tolli debet'/ ꝛ renasci. quod
ē contra naturā corticis aliaꝝ arbo
rum/ que excorticate siccāt'. Est enī
cortex in arboribꝰ/ sicut coriū i ani
malibꝰ. cuiꝰ si q̄ pars abscisa subla
ta fuerit: nō renascet' i eodē statu. sed
cū deformitate ꝛ maxīa cycatrice.

Explicit liber quintus.

Incipit liber sextꝰ. De ortis ꝛ de
natura ꝛ vtilitate tam herbarū que
serūt' in eis. q̄ꝫ ceterarū que in aliis
locis sine hominis industria natura
liter nascuntur.

Tractatus de ortis ꝛ
de idustria cultꝰ ip
soꝝ. ꝛ de ōnibꝰ her
bis q̄ ꝓpter alimen
tū hūani corporis
serūt' in eis. Dicam
etiā mixtim secūdū ordinē alphabeti

soluetur. et si estus increuerit/irrigetur. Si acumina seminuz cōstringas spinis carere Paladius ait ꝛ affirmat. Mense octobris cardui plante ponantur inter frumētum iā natū et alias segetes cū palo. qđ ē utilius/ꝙ eos in trūco solo ponere. quos cū ponem⁹ radices summas eoꝝ ferro resecam⁹. ac si fimo tingim⁹/trinoruz spacio pedū separem⁹ incremēti causa pedali scrobe depositas binas aut trinas. Cinerez sepe sub hyeme siccis dieb⁹ fimūꝙ miscebim⁹. Colligunt᷑ āt nō simul. qꝛ nō simul/sꝫ successiue maturātur. nā tunc ē colligēdus carduus cū hꝫ adhuc flores in inferiori parte ut sertū. nō autē cū flores oēs ceciderit/qꝛ deterior eēt. Sane singulis ānis quotidie auferēde sunt plāte. ut nec matres fatigētur. ꝛ soboles p alia spacia digerātur/q̄ tū cū aliq̄ sunt radicis parte vellende. quas seruabis ad semina colligēda. liberatis ōnibus pullis testa supertegere debebis aut cortice. nā solēt semina solet ymbrib⁹ interire ꝛ pire.

De camomilla.

Camomilla calida ꝛ sicca ē in pmo gradu. Et ē propinqua virtuti rose i subtiliatiōe sua. ꝛ ipius caliditas ē sicut caliditas olei cōueniēs ꝛ aptiua ꝛ subtiliatiua spissitudinis mollificatiua ꝛ resolutiua absꝙ attractione. Et hec ē eius propetas inter medicinas. Sedat apostemata calida mortificando ꝛ resoluendo ea. ꝛ cōfortat mēbra neruosa ōnia. Et est ex medicinis pl⁹ cōferētib⁹ laxitudini ꝙ relique. Et est cōfortatiua cerebri/qꝛ resoluit materias capitis.

De cuscute.

Cuscute id ē podogra lini uel grūgus. Calida ē in pmo gradu. ꝛ sicca in secūdo. Cuz florib⁹ dēt colligi ꝛ per duos ānos potest seruari. Virtutem habet pncipaliter purgādi melancoliam. secūdo flegma: unde conuenienter ponit᷑ in decoctionib⁹ purgantibus melācoliā ꝛ flegma. Aqua decoctionis eius valet cōtra stranguriam ꝛ dissinteriam. ꝛ etiam herbaz si scies habere in magna ꝙtitate decoctam in vino ꝛ oleo. renib⁹ ꝛ pectini ꝛ aliis partibus dolentibus cathaplasma. Auicēna dicit ꝙ aqua cuscute ē mirabilis ad yctriciaz. Serapio dicit ꝙ de ꝓprietatib⁹ eius est expellere superfluitates āntiquas a venis.

De calamēto.

Calamentū aliud est aquaticum ꝛ vocat᷑ mentastrū Aliud est montanuz ꝛ vocatur nepita. Montanuz melius est quia est magis siccum Cū florescit debet colligi. ꝛ in umbroso loco siccari. ꝛ potest per ānum seruari. Virtutez habet dissoluendi cōfortandi ꝛ cōsumendi. Contra frigidā tussim ꝛ cōtra frigidum asma. vinū decoctionis eius et liquiricie et uue passe. uel vinum decoctiōis pulueris eius ꝛ ficuum siccaꝝ ualet. nam ex eo ꝛ aliis quibusdam rebus fit dyacalamentum/quod ad idē ualet. Et puluis eius in ouo sorbili. uel in farina ordei ad idem valet. Contra dolorez stomachi ex frigiditate/utat᷑ patiēs puluere ei⁹ in cibis vl̄ i vino decocto

Contra frigidum reuma vngat᷑ oc cipitiuꝫ id est posterior pars capitis ex melle decoctionis pulueris eius. postea fiat saccellatio et ex puluere calefacto in olla rudi: uel ex ipa her ba/ multum enim confert. Contra re laxationē vue/ fiat gargarismus ex aceto decoctionis pulueris eius ⁊ ro sarum contra tenasmon ex flegmate vitreo uel ex alio humore frigido/ in ungant᷑ renes ex melle ⁊ aqua decoc tionis pulueris eiꝰ vel herbe. ⁊ pona tur puluis eiꝰ ⁊ colofonie ⁊ seminū nasturcii calidus cuꝫ bombice super ano. Et sic etiam liberat᷑ matrix. vel fiat fomentum ex aqua decoctionis eius / ad desiccandas superfluitates matricis ⁊ multū ualebit. ⁊ sic exptū est ab aliquibus.

De centaurea.

Centaurea calida ⁊ sicca ē in tercio gradu. Est herba amarissima. ⁊ alia est ma ior/ ⁊ alia ē minor. sed ma ior est maioris efficacie. Cōpetit me dicine principaliter secundum folia ⁊ flores. vnde cum incipit flores ꝓ ducere debꝫ colligi/ ⁊ in vmbroso lo co siccari. per annum in multa effica cia potest seruari. Virtutē habet diu reticam attractiuam et cōsumptiuaꝫ Vinum eius decoctiōis valet ad opi lationem epatis splenis renum vesi ce/ stranguriā ⁊ dissinteriam. Unde Galienus. Cētaurea est ex melioribꝰ et nobilioribus medicinis ad opila tionē epatis: ⁊ confert magnifice du riciei splenis/ emplasmata ⁊ bibita. Contra vermes aurium/ iniciat᷑ sucꝰ eius cuꝫ suco porroꝝ. Ad lumbricos detur puluis eius cum melle. Ad vi sum clarificandum/ sucus radicū cē tauree maioris cū aqua rosarū cōfi ciatur/ et oculi liniant᷑ ⁊ vngant᷑.

De capillo veneris.

Capillus veneris frigidus ⁊ siccus ē temperate. Vir tuteꝫ habet diureticam ex subtili substantia. Recens multe ē efficacie. parum potest serua ri quia subtilis herba est. Contra ca lefactioneꝫ epatis detur aqua decoc tionis eiꝰ. Item ex ipa aqua ⁊ suca ro fiat syrupus. ⁊ si sit cū vicio sple nis/ addat᷑ aliquod calidum diureti cum. ⁊ plagelle intincte in suco eius/ ⁊ ipa herba trita superponat᷑. Auicen na aūt dicit ꝙ paruꝫ declinat ad ca liditatem: ⁊ sic est subtiliatiuus reso lutiuus ⁊ apertiuus. ⁊ in ipo est stip ticitas. ⁊ quando permiscet᷑ cibo gal lorum ⁊ coturnicum: facit eos fortes ad dimicandum ⁊ interficiendū. Ci nis eius cuꝫ aceto ⁊ oleo confert alo picie. ⁊ cum oleo mirtino ⁊ vino et lixiuio prolongat capillos. ⁊ prohi bet casum ipsorum. Et eius cinis cuꝫ lixiuio confert furfuribus capitis ⁊ delet eas. ⁊ eradicat ulcera humida in eo. et confert pulmoni purgando ipm valde. et prouocat vrinam. et frangit lapidē. ⁊ prouocat menstrua et trahit secundinam. et purgat mu lierum fetum. et abscindit fluxum sanguinis.

De cerifolio.

Cerifolium de mense augusti seritur. et est bonum per to tam hyemem et post ipsam.

De cicuta.

Cicuta calida & sicca est i quarto gradu. Virtutem habet attrahēdi dissoluē di & consumendi/ea tamē nō vtimur in interioribꝰ medicinis quia venenosa est/ & in substātia et in suis qualitatibꝰ/dissoluit enī tantum ꝙ spiritus inaniunt᷑: ex quorū inanitione mēbra mortificant᷑. Virtutē habet potissimā secundū radices/deinde scd̄m folia. vltimo scd̄m semina. Vnde semen eius quandoqꝫ ponit᷑ in medicinis. Contra vicium splenis talis fit vsus/ tota herba in aceto cū bolo armenico per decē diebus iaceat/deinde buliat quousqꝫ bene resolutū fuerit armoniacū/ & postea colet᷑ per pannū/illa liquositas buliat bene ad ignē & addita cera & oleo fiat vnguentū cicute/qd̄ ē potissimū contra splenē/& contra dura apostemata/& contra arteticaꝫ/et epilentiam si inungant᷑. Contra arteticaꝫ & podogram/coquatur radix in pasta fissa per mediū/ponant᷑ supra arteticam: tutissimū est remediū. Contra yliacaꝫ passionē strangariā & dissinteriā/ex decoctione eius in vino forti et oleo dolentia loca cathaplasmētur. Ad matricē mundificandā ex frigidis humoribꝰ & glutinosis & ad menstrua prouocāda/ fiat fomentū ex vino/et aqua salsa decoctionis eꝰ Contra strophulas siccas fiat vsus herbarū diureticarū/postea fiant cathaplasmata ex duabus partibus cicute & tercia scabiose.

De catapucia.

Catapucia calida est in tercio gradu & humida in secūdo. Sed gerardꝰ dicit i suo modo medendi/ꝙ est calida & sicca i tercio gradu. Est autē semen cuiusdā herbe simili nomine appellate: que remoto exteriori corti ce seruat᷑ per annū. Eligenda ē que ē viridis/nō perforata iterius/ nec liuida sed alba. Virtuteꝫ habet purgādi principaliter flegma/secūdario colerā & melancoliā. Habet etiā virtutem purgandi per superiora ex ventositate & leuitate quam habet. vnde quandoqꝫ dat᷑ sanis ad conseruationē sanitatis/quandoqꝫ egris ad egritudinē remouēdaꝫ. Contra quotidianā de flegmate salso & scabiē/conterat᷑ catapucia i m̄ta quātitate/& postea cauliū foliis inuoluta/sub cinere ponat᷑/diuqꝫ dimittat᷑ vt bene coquatur. deinde extracta comprimat᷑/ et oleuꝫ quod inde fluit seruet᷑/quod p annū seruari pōt/et cum necesse fuerit det᷑ patienti in cibis vel aliquo alio modo/& ita possunt decipi multi Vel fiat claretū ex catapuciis bene contritis/et cū melle decoctis. deinde cōmisceat᷑ vinū/et fiat claretum. Et nota ꝙ ī .xx. libris vini debet esse catapucie vna libra. Idē in vnciis & aliis pōderibꝰ minoribꝰ. Item possunt poni catapucie bene contrite in iure carnium vel piscium vel aliorū ciborū/& comeste multū valent sanis et egris. Gerardꝰ tamē dicit ꝙ catapucia multū est laxatiua/ et purgat superiꝰ & inferius laboriose et cum angustia. vnde cauendū est ne det᷑ nisi facile vomenti / et nisi materia sit digesta nec sunt dāde habentibꝰ debil

stomachū et itestina/ quoniā subuer
tunt ipm/ nec dent᷑ nisi distemperate
ne moram faciant in stomacho· nec
est supdormiendū nec quiescendū/ si
cut nec in ceteris vomitiuis medici
nis. Et usus earū est/ ut ex eis acuā
tur medicine· Itē dicit ꝙ per se dari
possunt/ trite ⁊ distēperate cū aqua
calida ł vino. Et dicit ꝙ purgāt pn
cipalit᷑ flegma/ ⁊ viscosos humores
et maxime a stomacho et itestis. vn
de ꝓsunt colericis cardiacis yliacis
artericis febri cotidiane ⁊ ex vitreo
vel naturali flegmate. Dyascorides
autē dicit/ ꝙ dant᷑ a· v. granis usqꝫ
ad· ix· et qñ stomachus fuerit fortis
dentur itegra. et si sit debilis/ dentur
contrita· ¶ Item dicit ꝙ si folia cata
pucie dentur cocta cum pullis aut cū
oleribus vel aliis cibis/ laxant fleg
ma et coleram.

¶ De cretano.

CRetanus idest rincimarini
est calidꝰ ⁊ siccus i quar
to gradu. ¶ Herba est que
i locis marinis reperitur
Virtutē hꝫ valde diureticā ex substā
tie subtilitate. Cōtra strāguriā/ vici
um lapidis/ et yliacam passionē/ her
ba ipsa i multa quantitate i aq̄ buli
ta/ salmariua vino ⁊ oleo. et in illa a
qua patiens sedeat usqꝫ ad umbilicū
et si tantam quantitatē habere non
possit cathaplasmet loca dolentia·
Herba comesta etiam vel vinum de
coctionis eius vrinā prouocat.

¶ De celidonia·

CElidonia calida et sicca
ē i q̄rto gradu. Cuiꝰ du
plex ē maneries scilꝫ in di
ca que maioris est efficacie. ⁊ citrinā
habet radicem· Et est cōmunis que i
partibꝰ nostris reperitur· et est mino
ris efficacie· Vna tamē ꝓ altera po
nitur· Et cū in receptionibꝰ iuenitur
radix nō herba debet poni. ¶ Virtutē
habet dissoluendi attrahendi et con
sumēdi. ¶ Contra dolorem dentiū ex
frigida causa/ radix inter dentes ali
quantulū cōtrita et alleū superpona
tur. ¶ Ad caput purgandū et vuam
repletā frigido humore/ radix in vi
no decocta patiēti superponat᷑. ⁊ pa
tiens fumū per os recipiat. ¶ Deinde
vinū gargarizet ꝙ vuā desiccat et ca
put purgat. Plinius autem dicit/ ꝙ
suco celidonie oculi yrundinū eruti
vel lesi ad statū pristinum reducūt᷑·

¶ De coriandro.

COriandrū est herba satis
cōmunis. que calida et sic
ca est i secūdo gradu· Cu
ius semen in receptionibꝰ
debet poni quod per duos annos ser
uat᷑. ¶ Virtutem habet confortandi
ex aromaticitate/ ad digestiōnē cōfor
tandam et dolorē stomachi ex vento
sitate/ detur semē eiꝰ in cibis/ ⁊ vinū
decoctionis eius in potu. Itē puluis
seminis eꝰ sup carnes aspersꝰ eas sapo
rat. ¶ Item dicit ysidorus ꝙ puluis
eius seminis in vino dulci datꝰ/ red
dit homines ad venerem proniores
sed cauendum ē ne nimiū det᷑/ quia i
amentiā deduceret ⁊ furorē. ¶ Cuius
herba cum semine est canibus veneno
sa/ et eos interficit/ si ab eis aliquo
tiens sumat᷑·

¶ De consolida maiore·

COnsolida maior idē sim
phitū frigide et sicce com
plexionis est/ sed proprie

radix eius est medicinalis. Virtutē habet constringendi materiā grossā per quinq3 annos seruat᷑. Puluis eius datus in cibis valet contra fluxū sanguinis menstruorū/et contra fluxum ventris/ et suppositus valet ꝯtra fluxū mēstruoꝝ/et siliter fomētatiōes ex ipsa herba facte.

De cucumere agresti.

Cucumer agrestis ē herba nota. Ex cuius suco fit electuarū hoc mō. In canicularib9 diebus colligitur fructus ipsius herbe cum ē quasi maturus/et conteritur/et suc9 ipsius soli exponitur et desiccat᷑. Et quidā decoquūt ad ignē:et tale min9 ē laxatiuū/minusq3 violenter ducit. et quidā decoquunt sucū cum melle ferē vsq3 ad consumptionē suci/et in modum electuaru dant/quod satis laxat p inferiora. Per duos annos pōt seruari. Habet autē virtutem principaliter purgandi flegma et viscosos humores/secundario colerā nigram vel melancoliā/vnde valet cōtra paralisim/appoplexiā/epilensiam / colicam/yliacam/febres quotidianas ex flegmate uitreo vel naturali. sciaticis arteticis ꝛ podagricis subuenit attrahit enī maxime a remotis partibus ꝛ purgat. Itē certis passionibus ex flegmate medet᷑ / nō tamen per se solū dat᷑:purgat᷑ autem per os ꝛ vētrem. Et vsus quidē ei9 ē/ vt admisceat᷑ aliisreb9/ꝛ confectionib9/et ex dragma vna medicina acuat᷑. Et q̄ electuariū accipit nō superdormiat/ sed moueat᷑/sicut qui suscepit elleborū quoniā solet suffocationē inducere. In yliaca passiōe precedat aliqđ clister mollitiuū/ et postea fiat aliud ex aqua maluarū oleo et melle/cum dragmis quinq3 electuarii ꝛ misceat᷑ et erit optimū contra yliacā ꝛ cōtra artetidā cyrogram ꝛ podagrā. Item herba ipsa si haberi poterit conteratur aliquantulū/et decocta in vino ꝛ oleo/dolenti superposita strangurie yliace ꝛ podagre subuenit. Ad menstrua prouocanda puluis electuarii conficiat᷑ cū oleo muscelino vel rosato/et bumbix intinctus superponat᷑. Ad apostemata frigida maturanda electuarii dragme quinq3 ꝛ farina ordei conficiant᷑/ cū vitello oui sup ponant᷑. Ad apostemata rumpendum fit optimū ruptoriū ex electuario ꝛ terebētina. Ad vermes auris cōficiat᷑ electuarium in quantitate granorū quinq3 cū modico aceto/et modicū infundat᷑ tepidū. Ad omnē dolorem stomachi ex frigida causa inūgant᷑/ex confectione electuarii ꝛ aceti. Ad lentigines faciei et ad oēs superfluitates eius remouendas/accipe cerusam ꝛ camphorā et electuarium in quantitate illorū duorū ꝛ conficias cū aceto in modū vnguenti/et pista ī mortario plumbeo cū pistello plūbeo/ꝛ ponat᷑ in vase vitreo per .xl. dies. ꝛ postea in predicto mortario cū pistello eodē moueat᷑ addito aceto si durum sit/ ex eo vngat᷑ facies omnem ei pānū abstergit ꝛ lētigies.

De diptano.

Diptan9 qui alio nomine dicit᷑ fraxinella/quia frōdes habet ad modū fraxini. Calidus ꝛ siccus est in quarto gradu. Radix ē cuiusdā herbe simili nomie appellate/que ī locis

calidis lapidosis et siccis precipue reperit᷑· Habet autez precipue ipa radix virtutē attrahendi consumendi ⁊ dissoluendi venenū· Contra morsum venenatorū animaliū ipsa herba vel radix trita superponat᷑· Sucus etiā eius cū vino det᷑/ puluis ei9 cū suco mente conficiat᷑ / ⁊ superponat᷑ ⁊ potui det᷑· Ysidorus insuper dicit ꝙ est tante virtutis/ vt ferrū a corpore extrahat· Unde eius pabulo fere percusse eiciunt sagittas corpori infixas.

De endiuia.

Endiuia que alio nomine dicit᷑ scariola vel lactuca agrestis/ frigida et sicca ē in scđo gradu· Semina ⁊ folia competunt vsui medicine. Et folia etiā vsui ciborū competunt/ sȝ radix nullā habet virtutē· Folia viridia maxime sunt efficacie/ sicca nl'lius. Virtutē habet confortandi et alterandi. Unde contra opilationē splenis et epatis / ex colerica causa prouenientē valet. Contra tercianā duplicem ⁊ simplicē: yctriciā/ et calefactionē epatis ⁊ apostemata calida valet comesta elixa vel cruda· Itez syrupus ex decoctione eius ⁊ sucaro valet ad idez. Itē sucus ei9 vel syrupus cū reubarbaro datus/ in quarta vel sexta die materia digesta valet. Item contra calorē epatis ⁊ calida apostemata/ valet herba ipa contrita ⁊ superposita· Et ad idē valet sucus epythimatus/ ⁊ si nō habeas folia coque semen herbe tritū ⁊ pone loco eius· Albertus dicit ꝙ aqua endiuie cuȝ cerusa et aceto est epythima mirabile ad infrigidandū quicqd debet infrigidari.

De enula.

Enula nō serit᷑/ quia semē nō habet/ sed plantat᷑ corona eius tota vel maior pars eius de mense Octobris in terra pingui ⁊ alte fossa et bene subacta. Calida in tercio· et humida in primo gradu· Cui9 duplex est maneries scilȝ ortulana ⁊ campana que maioris ē efficacie/ secundū radices. Colligit᷑ in principio estatis radix/ et sole siccatur ne humore corrumpatur. Radix in medicinis potest poni/ per bienniū ⁊ trienniū potest seruari. Habet autē virtutē liniendi ⁊ mundificandi. Unde valet cōtra neruos ex frigiditate indignatos Cōtra dolorē spiritualiū ex frigida causa. detur vinū decoctionis eius. scđm illud. Enula campana reddit precordia sana. Contra dolorē stomachi ex frigida causa/ et contra vētositatē/ et contra tussim frigidā/ detur vinū decoctionis ei9· Puluis ei9 cū puluere cynamomi / delicatis soluit vētositatē spiritualiū· Herba tota decocta in vino et oleo et cataplasmata: dolorez spiritualiū yliacū colicū et stranguriam soluit. Contra frigidum asma det᷑ farina ordei in qua coctus sit puluis ei9. Itē nota ꝙ Enula est virtus rubificatiua et abstersio vltima.

De epatica.

Epatica frigida et sicca est in primo gradu. Herba ē crescens in aquosis ⁊ precipue lapidosis locis hñs folia multa terre ac lapidib9 adherētia· Virtutem habet diureticam ex

subtili substantia/et infrigidatiuam
Unde valet cōtra opilationē epatis
et splenis ex calida causa / et contra
calorē epatis et yctericiā/et ideo dici
tur epatica. Syrupus ex aqua decoc
tionis ei9 addito reubarbaro ī fine
decoctionis/optim9 ē cōtra yctericiā.

De eruca.

ERuca calida et sicca est ī
quarto gradu. Domesti
ca maioris est efficacie q̄
siluestris/ semina p̄cipue
cōpetunt medicine. scdo folia. Virtu
tem habet consumendi ⁊ coitum inci
tandi. Decocta cū carnib9 ualet ad
coitum incitandū stranguriā ⁊ dis
sinteriā ⁊ paralisim. Itē in vino co
cta ⁊ renib9 cathaplasmata libidinē
incitat/pectini superposita vrinam
prouocat. Semen eruce ⁊ maxime sil
uestris facit uirge erectionē.

De ebulo.

EBulus ē calid9 et siccus ī
tercio gradu. Cortices ra
dicū ⁊ turiones precipue
competūt medicine. Cor
tices radicum in vere colligunt/ et
siccant ad solē/ et per annū seruant
Habet autē virtutē dissolundi con
sumendi ⁊ purgandi flegma/ ⁊ visco
sos humores. Sucus ei9 det/et pur
gat attrahendo superius/ ⁊ inferius
angustiose. Unde nō debet dari nisi
digesta materia/et corpore fluxui p̄
parato/ vt in alijs vomitiuis medi
cinis. Valet febri quotidiane/diu
turne terciane/ex colera citrina ⁊ vi
tellina. Itē epatis opilationi ⁊ ycteri
cie/colice/et yliace/⁊ aquā lentofleu
maticorū educit. Vs9 e9 ē vt det su
cus ei9 per se/vel in eius decoctione
distemperet alia medicina/vel adda
tur syrupo vel eximelli laxatiuis/ul
coquat cū melle ad consumptionē
suci. Contra tumorē extremitatū/ et
contra artericā/⁊ lentofleumaticam
fiat balneū ex aqua salsa decoctiōis
radicū ⁊ turionū/uel toti9 herbe.

De feniculo.

FEniculus seritur de mense
Decembris Januarii Fe
bruarii et Marcii/et toto
tempore transplantatur.
Calidus et siccus est in scdo gradu
Virtutē habet diureticā extenuandi
grossam ventositatem/comestum p9
prandiū confert acidis eructuatiōi
b9 que fiunt ex indigestione / et hoc
facit ex subtili substantia et qualita
tib9 suis. Semen eius folia et flores
et cortices radicū/vsui medicine cō
petunt. Semē colligit in principio
autumpni/et seruat per tres ānos.
Cortices radicū colligunt in princi
pio veris ⁊ seruant per mediū an
num. Contra opilationē splenis/epa
tis stranguriā ⁊ dissinteriā/et viciū
lapidis ex frigida causa det/⁊ aqua
decoctionis eius. Item fenicul9 coct9
et comestus valet contra predicta.
Itē eadem aqua vel vinū soluit do
lorem stomachi ex frigiditate vel vē
tositate ⁊ digestionē confortat. Idē
facit puluis seminis eius. Contra pā
num oculorū et pruritū/ sucus radi
cum feniculi in vase ereo per .xx. di
es ad solem ponat / et more collirii
oculis apponat. Contra pruritum
oculorū certum ē experimentum / cō
ficiat aloes optimū cū suco feniculi
ī vase eneo ad solem per .xx. dies. De
inde ponat ī oculis more collirii.

De flamula

Flamula ē calida ꝛ sicca i quarto gradu. Et dicit flamula quia virtutē habꝫ incensiuā. est enꝫ similis vidal de in foliis et floribus / sed habet flores aureos. viridis multe est efficacie. sed exsiccata nullius vel modice. Ad cauteriū sine igne faciendū conterat flamula et sup locū ponat ꝛ dimittat per diē / et postea inuenit cutis combusta. Ad apostema rūpendum quando versum ē ad sanē et caput ē durum / conterat cuꝫ oleo et superponat / oleū ponit ad relaxationē: ne flamula nimis exsiccet.

De fumo terre.

Fumus terre ē herba nota sic dicta / quia generatur ex quadā grossa fumositate terre. Calida ē in primo gradu. sicca in scdo. Viridis et sicca magne ē efficacie. Principalit purgat melancoliā. secundo flegma salsum et colerā adustam / et ē diuretica. Contra scabiem accipe uncias .ii. succi eius addito sucaro fiat syrupus et cū aqua calida det / vel addātur semina feniculi. Item fiat hoc vnguentū in oleo nucum et ponat puluis fuliginis subtilis / et conficiatur addito aceto ꝛ suco fumi terre i maiore quantitate q̄ de aliis: ꝛ inungatur patiēs in balneo optimū est. Et nota q si sucus eius det ter i septimana vt diximus / optime purgat humores inducentes scabiem. Item herba fumi terre in vino cocta et posita super locū podagricū / multū valet.

De fungis.

Fungi quidā sunt boni / quidam mortiferi. Boni sūt rotondi ad modū pilei / i principio veris apparēt ꝛ in mayo deficiunt / nunq̄ enim tales aliquē interfecerunt / aut multuꝫ leserunt subito / sed tamē omnes malum generant nutrimentū. Mortiferi autē sunt qui nascunt iuxta ferrū eruginosum. Alii autē sunt mortiferi licet nō statim interficiant / scilicet illi qui nascunt iuxta alias res putridas / aut iuxta habitationē alicuius reptilis venenosi: aut iuxta quasdā speciales arbores / que in ꝓprietate habent fungos corrumpere / sicut est oliua. Signū autem mortiferi fungi est / q in superficie eius est quedaꝫ humiditas viscosa ꝛ corrupta / ꝛ q cito alteratur ꝛ corrumpitur inter manus colligentiū fungos. In nostris autē habitationibus iuenitur fūgus qui latus ē et spissus / aliquid ruboris habens in superficie et in illo rubore habet multas ampullas eleuatas / quarū quedā sunt fracte / quedā nō / et ille mortalis est ꝛ statim interficiens. Et vocatur fungus muscarum / eo q in lacte puluerizatus iterficit muscam.

De fenugreco.

Fenugrecum calidū ē ꝛ siccum / et habet substantiam glutinosam. vnde virtutē habet maturandi et laxandi. Et apostemata exterius maturāda / farina fenugreci cū vitello oui conficiatur ꝛ superponatur / maturat ei et extenuat. Ad maturandū ꝛ rumpēduꝫ / conficiatur cū terebentina / ꝛ superponatur / herba etiā cocta in oleo

superponatur ad maturandu3. Ad apostemata spiritualiũ/Fenugreci farina in sacculo posita ⁊ decocta in aqua cum malua visco ponat᷑ desup. Ad apostemata stomachi ⁊ intestinorum/ex farina fenugreci ⁊ aqua predicta/fiãt pultes ⁊ superponant᷑.

De gabusiis.

GAbusii sunt ꝺ natura caulium / et habent folia formaȝ cauliũ/ donec clausa fuerint/ sed postq̃ clausa sunt folia ipsoruȝ fiunt quasi alba ⁊ grossa/sicut tunice ceparũ ⁊ crispa Aerẽ desiderãt frigidum / nã in aere calido vel temperato nõ clauduntur sed aperta remanent sicut caules. Terrã v ero desiderãt qualẽ caules / ex eis fiunt cõposita sicut ex rapis. Itẽ seminant᷑ vt caules.

De gramine

GRaminis virtus est stiptica/et vulnerũ conglutinatiua/ventris constrictiua vulnerũ renũ ⁊ vesice sanatiua/et doloris splenis mitigatiua. Et eius sucus potui datus sua proprietate lumbricos occidit/hanc herbam noscunt canes/⁊ eaȝ comedũt quando se purgare volunt/ vt dicit Plinius.

De gralega.

GRalega dicit᷑ impinguar terrã si viridis voluatur in ea. Itẽ dicit᷑ ꝙ eius semen mirabiliter facit oua re gallinas:et hoc a quibusdam est expertum.

De gentiana.

GEntiana est radix cuius dam herbe simili nomine appellate. Cuius sola radix ẽ medicinalis. In fine veris colligit᷑/et exsiccata/ p tres annos seruat᷑. Nascit᷑ autẽ frequentius in montibus ⁊ locis vmbrosis et humidis. Calida et sicca ẽ in tercio gradu. Virtutẽ habet consumendi dissoluendi ⁊ aperiendi. vnde diuretica est. Contra antiquũ asma/detur puluis eius cũ vino/addita aqua ordei. Sucus radicis eius abstergit morpheã/ et sanat plagas et vlcera corrosiua/bibita etiã multũ euȝ qui cecidit ex alto ⁊ collisus ẽ iuuat. Et vltima medicina est contra morsuȝ scorpionis/et vermiũ venenatoruȝ ⁊ canis rabidi / si bibunt᷑ ex ea cum vino due vncie.

De gariofilata.

GArtofilata similis ẽ nouellis foliis rubi seu flaponib9:et eius radix redolȝ et folia. Calida et sicca in scđo gradu. Recens maioris ẽ efficacie q̃ exsiccata/et seruat᷑ per annum virtutem habet dissoluẽdi consumẽdi ⁊ aperiendi. Et dicit᷑ gariofilata quia odorem habet similẽ gariofilis vel saporẽ vel effectum. Contra cardiacam passionẽ in aqua marina et oleo cocta/parti anteriori ⁊ posteriori superponat᷑. Ad digestionem confortandã ⁊ dolorem stomachi et intestinorum ex frigiditate vel ventositate/det᷑ vinũ decoctionis ei9.

De humulo.

HUmulus id est lentigo / flos ei9 propter siccitatẽ suã maximã. seruatur per

longissimū temp⁹ in virtute sua/ita φ vulgaris opinio est φ nunq̄ȝ putrescit et est acuti odoris et fortis. Et est calid⁹ ⁊ siccus/dissolutiu⁹ vis coitatū et inscissiuus ⁊ conseruat a putredine liquores q̄b⁹ admiscet᷑.

De iusquiamo

Iusquiamus ē frigidus ī tercio gradu. Semen est cuiusdam herbe que cassilago vocatur / siue dens caballinus. Seminū autem triplex ē diuersitas. Est enī album rubeū ⁊ nigrum/album et rubeū competūt medicine/nigrū vero est mortale. Nō φ si iusquiamus debet recipi per os interius/ponendum ē semen/si exterius herba. Et semen maioris est efficacie. Virtutem habet ypnotheicam id ē somniferā/⁊ ↄstringendi ⁊ mortificandi. Ad somnū prouocandū ī acuta egritudine/ fiat fomentum ex aqua decoctionis herbe ei⁹ circa frōteȝ timpora et pedes. Fiat etiā ablutio / postea fiat hoc emplastrum / puluis seminis subtilis cū albumine oui:et lacte mulieris puellā nutriētis ⁊ modico aceto/et fronti et timporib⁹ apponat᷑. Item ad lacrimas constringendas fiat idem emplastrum. Contra dissinteriā fiat emplastrum ex ipa herba et superponat᷑/ dolorē enī tollit. Contra dolorē dentium/semina super carbones ponant᷑ ⁊ paciēs fumū per os recipiat:et teneat supra aquā et apparebunt quasi vermes supernatantes. Semen superpositū denti in causa calida dolorē tollit. Et nota φ per decem annos ꝓ̄uari potest.

De ysopo.

Ysopus ē calidus et sicc⁹ in tercio gradu/virtuteȝ habet scd̄m flores et folia non scd̄m radices diureticam dissoluendi cōsumendi et attrahendi. Contra frigidaȝ tussim valet vinū decoctionis ei⁹ ⁊ ficuū siccarū Itē vinū decoctionis ei⁹ et seminuȝ feniculi/dolorē stomachi ⁊ intestinorum tollit. Fomentū factū ex aqua decoctionis ei⁹/matricem a superfluitatib⁹ mundificat et abstergit. Idē facit suppositoriū ex puluere eius ⁊ oleo muscelino puluis ei⁹/ vel ipsa herba in testa calefacta ⁊ superposita capiti per se vel in saccello/ valet cōtra frigdum catarrū ⁊ casum vue. Contra vuam fiat gargarism⁹ ex aceto decoctionis eius Itē ipa herba in vino decocta et cathaplasmata / dolorē tollit ex ventositate.

De princiis.

Princiī et salnīca eadē ē herba multū spinosa de quorū radicib⁹ fit ȝinȝibera cū hoc modo/ in duabus libris mellis/et vna princiorū mundatorū vel pastinate ponatur vncia vna et dimidia vel due ȝinȝiberis/ꝗ medietas piperis tantū / hoc modo lauent᷑ princii et abiiciat᷑ ligmuȝ qd̄ ē iteru⁹/deīde op̄tie coq̄nt᷑ ꝑ⁹ coq̄ntur et postea abiiciat᷑ lignū. deīde minutaṫȝ incidant᷑/et posito melle ad ignem ⁊ optime despumato/ponantur ī eo princii/⁊ ȝinȝiber siue piper et vsq̄ȝ ad spissitudinē congruā bulliant et si in fine decoctionis addat᷑ puluis seminis eruce ⁊ pinei:erit optimū ad coitū ⁊ mēbri erectionē.

De iaro.

Iarus qui alio nomine dicitur barba aron vel pes vituli. Calidus et siccus est in secundo gradu. In locis siccis et humidis montuosis et planis invenitur in hyeme et estate/magnam habet efficaciam/secundum folia maiorem/ secundum radices maximam / secundum quasdam tuberositates que colliguntur scinduntur et desiccantur. Virtutem habet dissolvendi relaxandi et extenuandi. Contra tumorem aurium/ipsa herba decoquatur cum tuberositatibus in vino et oleo/addito cimino/ et fiat emplastrum et auribus supponatur. Contra frigida apostemata/ipsa herba tota cum tuberositate et anxungia veteri teratur/et postmodum in testa calefacta superponatur. Contra scrophulas novellas herba ipsa cum anxungia veteri et squilla vel anxungia ursina si potest haberi teratur/ et superponatur/ et liberabitur si recentes fuerint. Ad faciem depurandam et cutem subtiliandam/ ex tuberositatibus desiccatis fiat pulvis subtilis et cum aqua rosata conficiatur et ponatur ad solem donec tota aqua consumatur/et ita fiat ter vel quater vel amplius ex illo pulvere solo vel cum aqua rosarum facies illiniatur. et plus depurat quam ipsa cerusa. Item solus pulvis eius carnem superfluam corrodit.

De yri.

Iris sive yreos vel gladiolus cuius folia sunt similia ensi cum floribus purpureis vel albis nam yris purpureum habet florem/yreos habet album et sunt eiusdem virtutis. Radice tantum utimur in medicinis. In fine veris colligitur et siccatur et per duos annos servatur. Calida et sicca est in secundo gradu. virtutem habet diureticam unde dissolvit et aperit/contra vicium spiritualium/et contra opilationem splenis epatis renum et vesice et contra dolorem ex ventositate/ vinum decoctionis yreos iuvat. pulvis eius leviter superfluam corrodit carnem. Ad pannum oculorum/fiat collirium ex pulvere eius et aqua rosacea.

De liquiricia.

Liquiricia est radix cuiusdam herbe que desiderat terram bene solutam/ et precipue sabulum ut in eo facile crescat et multas producat radices que si plantatur facillime comprehendit/ et circa se multum pullulat/et forte si hasta eius adhuc tenera flectatur ad terram et operiatur/convertetur in radicem/sicut accidit in menta et ruta et gramine. Calida est et humida temperate. Eligenda est non nimis grossa/ nec multum tenuis/interius crocea/non pulverizabilis/nigra vero et alba est abiicienda. Sucus eius est eiusdem efficacie et etiam fortioris/qui hoc modo fit: cum viridis est bene conteratur/et in aqua buliat/et decoquatur usque ad consumptionem fere/postea exprimatur. Valet contra omnia vicia pectoris decoctio eius in aqua/et contra peripleumoniam et pleuresim. Item vinum decoctionis eius valet contra tussim. Ad idem valet electuarium confectum ex suco liquiricie et melle. Item liquiricia masticata et sub lingua retenta/sitim et asperitatem lingue et gutturis mitigat.

De lilio.

Lilium plantat᷑ de mense
Octobris et nouembris ī
terra pingui/et bene sub
acta / nā accipiunt᷑ spici
siue bulli eiꝰ virides vel sicci/ et po
nunt᷑ per vnā spannam vel vnū pe
dem quod ē melius separati/sicut fit
de alleis. Item dicit aristotiles ꝙ si
hasta lilii quando nondū apertum ē
semen vel flos eꝰ flectat᷑ in terrā/ita
ꝙ cepa nō eradicet᷑ et cooperiat᷑ ter
ra/infra paucos dies emittet in quo
libet nodo haste cepam paruulā/si
cut sunt bulli eiꝰ. Calidum ē 7 humi
dum. Aliud ē domesticum/ aliud sil
uestre/sed siluestre aliud gerit florem
purpureū/quod ē efficacius/aliud ē
habens croceum Domesticū autē cū
anxungia veteri tritū/ vel cū oleo
coctū et superpositū/ frigidū aposte
ma maturat. Contra splenis durici
em/radix lilii in multa quantitate cū
branca vrsina et radice euisci pona
tur in vino et oleo per decē dies /et
postea coletur/addita cera et oleo fi
at vnguentū. Ad faciem coloran
dam /accipe tuberositates radicis li
lii agrestis 7 sicca et puluerē inde fac
7 distempera cū aqua rosarū 7 desic
cetur:quo facto ter et quater illum
puluerē solū/et cū aqua rosacea cō
fectum/ducas super faciē. Itē abluē
do mundabit faciē/ et remouebit cō
tractionē rugarū. Item dicit dyasco
rides ꝙ folia eius decocta et imposi
ta/ valēt ad loca combusta. Idē fa
cit radix eiꝰ si trita cū oleo appona
tur/quia virtus eiꝰ mitigatiua est .
Itē educit purgationē menstrualē
quia ē apertiua/et ē tumoris repres
siua/et ideo valet contra apostema
ex ventositate/si radix eius trita cū
oleo sepiꝰ apponat᷑. Pliniꝰ autē di
cit ꝙ cepe cū vino sanant ictus ser
pentū 7 fungorū maliciā et venenū
decocte in vino et oleo admixte/cla
uos pedū et nodos soluunt/pilosq3
locis adustis reddunt. In vino etiā
cocte addito melle venis prescisis
subueniunt/folia ipsius cocta in vi
no vulnera sanant. Ex floribꝰ eius
fit oleū et aqua sicut ex rosis: et est
fere eiusdem virtutis cum oleo et a
qua rosarum.

De lingua canis.

Lingua canis calida est et
humida in primo gradu
Folia habet parua et acu
ta/lingue canis similia: vi
ridis multe ē efficacie/exsiccata nul
lius. Virtutē habet incitandi libidi
nem et humectandi. Herba ista cum
carnibꝰ cocta vel cū oleo cocta vel
sanguine/libidinē incitat/ valet etiā
decocta addito zucaro/consumptis
Contra siccitatē pectoris det᷑ aqua
decoctionis ipsius et addito dragā
to magis valet.

De lapacio.

Lapaciū id est acetosa vel
rumese calida et sicca ē in
tercio gradu uel scdo secū
dum Auicen. Est autē la
paciū triplex scilicet acutū acuta ha
bens folia/et hoc efficaciꝰ est/et ē la
paciū domesticū lata habens folia 7
magis competit vsui. Item est rotō
dum rotonda habens folia. Virtutē
habet dissoluendi et relaxandi api
endi et extenuandi. Contra scabiem
sucus lapacii acuti et oleū muscelinū
et pix liquida simul buliant / postea

colet' / et colature addat' puluis tar tari et fuliginis / et fiat vnguentum quod satis competens ē scabiosis. Auicen. dicit φ radix cū aceto cocta confert scabiei vlcerose et impetigini et ei9 decoctio cū aqua calida pruri tui confert / et similiter ipsamet ī bal neo ē optima. Contra impetiginem ⁊ serpiginem fiat decoctio suci lapacii cum puluere auripigmenti. Ad apos tema maturandū / lapaciū rotundū tritū et in oleo decoctū vel cū anxun gia superponat' / ad rumpendū eodē modo superponat' acutū. Vrinā ꝓ uocat in multa quantitate / Aqua vl' vinū decoctionis ei9 soluit opilatio nem splenis ⁊ epatis. Cōtra scrophu las nouellas. fiat emplastrum ex la pacio acuto et anxungia simul tritis Contra lumbricos / valet sucus ei9 datus cū melle. Contra flegma habū dans in cerebro / sucus ei9 cū suco ru te in modica quantitate narib9 inii ciat' ī aere calido vel in balneo. Itē lapaciū crudū vel coctum comestū valet scabiosis.

De lactuca.

Lactuca seri et transplātari potest fere toto tempore anni / in terra pingui subacta per se et mixtī cū aliis herbis. Et que sata fuerit in autumpno / vtiliter plantat' mense Decembris circa areas aliarū herbarū que tunc serunt' / ipsa enim nō timet gelu sed roborat' ex eo / et erit bona post hyemem cum aliis herbis quousq̄ semen producet. Sed que sunt de natura paruarū nō transplantā tur. Que vero sunt ex magnis que romane dicunt' que habēt alba semina transplantari debent vt crescant et dulcedinē habeant / multū iuuant' irrigatione tempore siccitatis. Lactuca frigida ē et humida temperate. Alii dicunt φ est calida et humida temperate. et ideo ē melior aliis herbis / et temperatissima respectu aliarū herbarū. Sanguinē bonū generat / et copiam lactis / φ si nō lauet' aq̄ / melior ē / lactuca ei cito digerit' et vrinā prouocat / et extinguit colerā / et ebu litionē sanguinis refrigerat / et som num inducit. Itē valet cōtra calidū apostema. Capitis dolorē de colera rubea seu sanguine factū amputat cathaplasmata / sed cocta plusq̄ cruda fit vsui conueniens / quia ei9 lac calore ignis minuit' / per quod som num erat inducens / sed colericis tam crudaq̄ cocta competit. In exordio suo fit vtiliori stomacho / et ad aug mentandum lac mulieris vel sperma viri conuenientior. Sed cum indua tur et copiā lactis nō habuerit / ei9 humiditas minuit' et fit amari sapo ris. vnde fit aptiua / sanguinē tamē pessimū generat / idcirco ea assuescen tib9 fit nociua / quia tenebrositatē oculis facit: spermatis materiā corrū pit / sed cum est adhuc tenera / valet multum in febrib9 elixata vel cruda In aceto cocta addito croco soluit opilationē splenis ⁊ epatis. Ad ꝓ uocandum somnum. semen conficia tur cum lacte mulieris puellam nutri entis / et cū albumine oui / et fiat em plastrum super timpora. Itē puluis seminis eius cum lacte somnum pro uocat. Idē facit febricitantibus da tus cum aqua calida. Cōtra calidū apostema conficiat' cum rosa et sup

ponatur/et destruit ipsuz. Itē catha
plasma frondium ipsius habentib9
herisipulā subuenit. Item semē eius
datū in potu/sepe pollutionem pati
enti /celeriter succurrit. Item est que
dam species lactuce agrestis que lon
giora et strictiora habet folia subti
liora et asperiora/et minus viridia
⁊ hec ē amara/⁊ ē maioris calidita
tis ⁊ siccitatis q̄z domestica. Itē di
cit Plinius/q̄ est species quedā lac
tuce sponte nascentis quā caprinaz
quidam vocant/qua proiecta in ma
ri/protinus necāt pisces qui sunt
in circuitu vicini. Item est quedaz
species lactuce que nascit in aruis /
cui9 folia trita cum polenta confert
visceribus . et hanc greci vocant
ysopon. Item ē alia species que cres
cit in siluis quam vocant scaucon .
cui9 folia trita cum polenta vulne
rib9 prosunt:sanguinē stringunt/ et
putrescentia vulnera sanant. Est et
alia species lactuce habens rotonda
folia ⁊ breuia quā multi haciaz vo
cant/cuius suc9 si accipit ab accipi
trib9 scalpendo herbam extrahunt /
⁊ intingentes oculos discutiūt obscu
ritatē et caliginē cum senescunt/ cui9
herbe sucus sanat omnia vicia/⁊ ma
xime quando ei lac mulieris admis
cet. Serpentum morsib9 ⁊ scorpio
num ictubus medet/si sucus eius cū
vino potet et folia trita super vul
nus emplastrent/omnē enim inflati
onē discutit ⁊ compescit.

De lentisco.

Lentiscus calide et sicce co
plexionis est. Virtutem
habet cōsolidandi et con
stringendi. Contra fluxū
menstruorū et dissinteriā et vomitū
ex debilitate virtutis contentiue/Fas
ciculi facti parui cū foliis decoquan
tur i aceto/et pectini et renib9 catha
plasma factū superponat cōtra vo
mitū super furculā pectoris. Alio
usus contra predicta /tenerit tes lē
tisci buliant vsq̄z ad aceti consumpti
onem/ deinde siccet et fiat inde pul
uis et detur in cibis et potib9. Con
tra vlcerationē virge/ puluis fact9
ex foliis eius super testam calidā de
siccatis ⁊ puluerizatis/ vlcera et sani
em consumit sed non debet poni nisi
quando ē sanies. Cōtra vlcerationē
oris ⁊ lingue et labiorū in febre acu
ta/fiat decoctio foliorū eius in ace
to/et patiēs sepe gargarizet.

De laureola

Laureola est herba multū
laxatiua calida et sicca ī
quarto gradu. Cui9 fruc
tus siue semē est rotondū
subrufum ad quantitatē piperis qd
dicit cocogridiū vel cocomdiū qd
est adhuc magis laxatiuū q̄z laureo
la/et tamē ipsa ē multum laxatiua /
Et purgat flegma ⁊ viscosos humo
res principaliter a remotis partib9
et iuncturis membrorū/ secundario
melancoliā. Unde valet sciaticis/ar
teticis:⁊ podagricis. Itē cōtra apo
plexiā ⁊ paralisim. Usus eni eius ē
cū alijs medicinis scilz in oximelle
iuliani et similib9. Dat etiā in apo
gimatib9/per severo nō dat/quoni
am habet naturā vlcerādi intestina
ex nimio suo acumine. Si tamē per
se uti volum9/decoctionē eius dam9
addito gummi arabico ⁊ mastice: vt
malicia ei9 reprimat. Nō est danda

nisi eis qui dificiles sunt ad soluendum et carnosum ventrē et intestina habentib9. Et eiusdem virtutis est semen eius

De lappa.

Lappa ē herba que habet ī summitatib9 capitella vestibus valde adherentia. Lappe sunt multe species omnes medicinales. Nam plinius dicit q ictib9 scorpionū medent / nec feriunt hominē si inunctus fuerit suco eius. Decoctio radicis ei9 confirmat dentes si tepida in ore teneat. semen ei9 multa vicia stomachi curat Reiicientib9 sanguinē prodest / dissinterie subuenit / nā radix ei9 cū vino sistit / et folia adiecto sale soluunt.

De leuistico.

Leuisticus est calid9 et sicc9 in secundo gradu. Cuius semen leuistic9 appellatur Semē nō herba vel radix in medicinis ponit. Virtutē habet diureticā aperiendi et extenuandi. vnde vinū decoctionis ei9 contra opilationē splenis et epatis valet. Aq decoctionis ei9 valet contra dolorē stomachi et intestinorū prouenientē ex ventositate. Puluis etiam eius cum puluere cimini datus ad predicta valet.

De melonib9.

Melones desiderāt talē terram et aerem qualē citrulli vel cucumeres sed min9 pinguē et minus stercoratam / vt saporosiores et solidiores fiant et citius maturent. Et eodē mō et tempore plantari debent / et cū nati sunt irrigari nō egent. Ex his quidam sunt longi / qui comedunt maturi scilz cum incipiūt redolere et crocei fieri / ex quib9 grexescbi qui bñt semina valde parua sunt ceteris melonuz generib9 nobiliores et meliores Alii vero sunt subtiles virides valde lōgi / et quasi oēs curuati / et vocāt melanguli / qui comedūt acerbi sicut citrulli: et sunt eiusdem saporis / sed sunt minus frigidi magisq digestibiles / et ideo meliores citrullis esse dicunt. Melones sunt frigidi et humidi in scdo gradu / et qui dulces sūt temperate sunt frigidi. Auicen. dicit q radix melonis eodē modo ē vomitiua quo dictum ē de radice citrulli et cucumeris. Oportet autē ventē melonib9 / vt melo nō pcedat aliquod aliud ciborū / ne nauseā faciat. Ysaac dicit / q eo comesto oportet aliquantulū expectare donec sit digestum anteq alius cibet cibus. Et dicit Auicen. q melo ē tarde digestionis nisi quando comedit cū eo qd ē interius ei9 / et ipsi9 nutrimentum ē recti9 / et ei9 humor ē conuenientior q citrulli et cucumeris. Sed cū melo corrumpit in stomacho conuertit ad naturā venenosam / oportet ergo vt cum grauat / extrahat velociter / et de his que iuuant post eorū comestionē in colericis sunt oxizacra maratruz mastix. Flegmatici vero accipiāt oximel zinziberū conditū / aut zinziberum solum aut dyaciminū / et puruz bibant vinū. Semen autē melonum mundatū / vrinā prouocat / et renes et vesicā mundificat ab arenis et lapidib9 / vt experiri pōt.

De meliloto.

MElilotum calidū et siccuꝫ est in primo gradu. Herba ē cuius semē simili mō appellatᷣ/et dicitur etiam corona regis/quia formatur ad modum semicirculi. Semē cū ipsis corticibꝰ in medicinis ponitᷣ/quia adeo paruū est et coherēs/ ꝙ vix separari potest. Virtuteꝫ habet confortandi ex aromaticitate/et diureticā ex subtili substantia. Vinū decoctionis eꝰ digestionē confortat/ ventositatem excludit/opilationē vesice ⁊ renum aperit. Semen eiꝰ in hordio ⁊ cibis positum/ eos boni saporis et odoriferos facit.

De mercuriali

MErcurialis idē linochitis frigida ⁊ humida ē in primo gradu. Viscosam habet substantiā. vnde lenificādo educat colerā ab epate stomacho et intestinis. Datᷣ autē sucus nō coctus cū zucaro/quia vim laxatiuā amittit in partē.

De malua


MAlua frigida ⁊ humida ē in secūdo gradu. Cuiꝰ duplex ē maneries/ sciꝫ domestica que subtiliorem ⁊ frigidiorē habet humiditatē. Et est siluestris: que dicitᷣ maluauiscus et bismalua crescens altius/que minus ē frigida et humida/⁊ habet substantiā viscosam. Contra calidū apostema in principio folia malue terantᷣ et superponantᷣ ad maturandū/⁊ terantᷣ cum axungia porcina recenti/ ⁊ super tegulā calefacta ponātᷣ. hoc etiā valet contra duriciē splenis ⁊ epatis/fomentū decoctionis circa pedes ad prouocandū somnum in acutis febribꝰ multum valet. Malua coquinata et comesta ventrē soluit/ valet etiā in febribꝰ propter constipationē ventris/ ex aqua etiam ipsiꝰ competēs fit clistere. Maluauiscus plus mollificat et maturat/ si folia sola et magis radix cum axungia trita aliquantulū calefacta/ apostema maturat et duriciē mollificat. Herba etiā cocta cū radice vsqꝫ ad consumptionē aque apparebit qdā viscositas/ꝗ supposita apostematibus maturat et duriciē remollit et relaxat/⁊ ex aqua addita cera ⁊ oleo fit vnguentum cōpetens ad predicta. Aqua decoctionis eiꝰ seminis et malue valet contra tussiꝫ siccam/ confert etiā ethicis/ semina etiā saccellata in oleo decocta duriciem soluunt ⁊ mundificant. Ysidorus preterea ⁊ pliniꝰ dicunt/ꝙ si aliquis se inunxerit suco malue admixto cū oleo/ a puncturis apum ledi nō poterit/ nec patietᷣ i mēbris inunctis puncturam/neqꝫ morsum scorpionis/ nec etiā aranee.

De menta

MEnta calida est ⁊ sicca in secundo gradu. Cuiꝰ tres sunt species. Est enī que daꝫ domestica que pprie ortulana dicitᷣ/et hec mediocriter calefacit et confortat. Et ē alia siluestris que mentastrū dicitᷣ / et magis calefacit/et est menta que longiora et latiora habet folia et acutiora / et hec menta romana vel saracenica et vulgariter herba sancte marie vocatur:et hec magis diuretica ē ꝗ̄ alie. Menta domestica est herba facile se

multiplicans/et cito de terra pullu
lans et ascendens/et cũ bastula i ter
ram reflexa/ꝛ cũ ab humo tecta fue
rit/conuertit̃ in radicẽ/ et cito ex se
nouã producit prolẽ/hec esui magis
ꝙ medicine competit/et viridis ꝛ ex
siccata magne est efficacie. Debet
autẽ exsiccari in loco vmbroso: et p
ãnũ i mixta efficacia seruat̃. Virtutẽ
habet dissoluendi ex propriis quali
tatib9/ꝛ confortandi ex aromatici
tate Contra fetorem oris ꝛ putredi
nem gingiuarum ꝛ dentium/ abluat̃
os et gingiue ex aceto decoctionis
mente ortulane. ¶ Deinde fricent̃ ex
puluere mente sicce vel cũ menta sic
ca. Ad appetitũ confortandũ quãdo
impedit̃ ex frigidis humorib9 in or
stomachi existentib9/ fiat salsamẽtũ
ex aceto et mẽta et modico cynamo
mo seu etiã pipere. Contra vomitũ
ex debilitate virtutis contentiue fac
tum ex frigida causa / fiat decoctio
mente in aqua salmarina et aceto
et spongia intincta ori stomachi sup
ponat̃/et etiã ipsam mentã coctam
patiens comedat. Contra sincopi ex
debilitate i febre et sine febre siue ex
materia siue ex quacunqꝫ cã/ conte
rat̃ menta cũ aceto et modico vino
si sit sine febre/ si cum febre cũ solo
aceto/et in eo pone panem assum ꝛ a
liquantulũ dimittat̃ vt humectetur
ꝛ applicet̃ narib9 et ex eo fricent̃ la
bia dentea gingiue ꝛ timpora/ꝛ lige
tur super venas pulsatiles timporũ
ꝛ brachiorũ. Patiens masticet etiã
ꝛ humorositatẽ transglutiat. Cõtra
coagulationẽ lactis/fasciculi coquã
tur in vino ꝛ oleo/ꝛ mamillis catha
plasment̃. Et nota ꝙ cũ aliqua me
dicina dat̃ contra venenũ. debet da
ri cum suco mente vel cũ vino deco
ctionis eius si nõ habeas sucũ. Cõ
tra venenũ solus suc9 mente romane
vel vinũ decoctionis/vel sucus cum
melle cõmixtus valet Itẽ valet cõ
tra opilationẽ splenis et epatis ꝛ vi
arum vrinaliũ ex frigido humore/ꝛ
ex calido sine febre. Sucus etiã eius
cum melle lumbricos interficit aurib9
instillat9 vermes necat/decocta i vi
no ꝛ oleo herba ipsa ꝛ cathaplasma
ta sclirosim soluit apostematũ frigi
dorum. ¶ Mentastrum ꝛ saluia deco
quant̃ in vino/ et det̃ patienti con
tra frigidam tussim vinũ decoctiõis
ipsorũ. Item ei9 fomentũ infrigida
tam matricẽ calefacit et mundificat
saccellatio facta ex puluere eius/ fri
gidũ reuma capitis constringit. Ro
mana menta pro ortulana etiam po
ni potest

¶ De mandragora.



Andragora frigida ꝛ sic
ca est/ sed ei9 excessus nõ
determinat̃ ab autorib9.
Cuius due sunt species sci
licet mascul9 et femina/ sed vtraqꝫ i
differẽter vtimur. ¶ Et quidam ut
Auicen. et alii dicunt feminã esse for
matã ad modũ femine/masculum ad
modum viri/quod falsum ẽ/sed mas
cul9 habet folia longiora ꝛ femina
latiora. Quidã tamẽ operant̃ tales
incisiones vt decipiãt mulieres. ¶ Ra
dicũ autem cortices principaliter ꝯ
petunt vsui medicine. scd'o poma/ter
cio folia. Cortex radicis collectus
per quatuor ãnos seruat̃ in multa
efficacia. Virtutẽ hꝫ constringẽdi ꝛ
infrigidãdi emotboycã. i. somniferã

In acutis febrib9 ad somni prouo
cationē puluis corticis eius confici
at᷑ cum lacte mulieris puellā nutri
ētis et albumine oui/ ꝛ imponat᷑ frō
ti ꝛ timporib9. Contra dolorē capi
tis ex caliditate/ folia ipsi9 trita su
per tipora ponant᷑/inungant᷑ eti
am oleo mandragorato/quod sic fit
Poma mandragore trita in oleo cō
minui diu macerēt᷑ postea fiat aliq̄n
tula decoctio ꝛ colet᷑/et illud postea
erit oleū mandragoratū/quod valz
ad somnum prouocandū/et dolorē
capitis ex caliditate si frons ꝛ tim
pora inungant᷑ / et colorē febrilē re
primit. Item ipm oleum repercutit
materiā apostematū calidorū i prin
cipio/Fructus etiam vel folia catha
plasmant᷑ supra vel saltē puluise9
cū suco alicui9 herbe. Contra fluxuz
ventris ex impetu colere/ ex predic
to oleo venter ꝛ tota spina vngua
tur/et iniciat᷑ modicum cū aliquo le
ni clisteri. Auicen. dicit/ ꝙ macule fri
cate cum folijs ei9 delent᷑/ ꝛ de lacte
ei9 delent᷑ lentigines. Item statiz fa
cit somnū/et posita in vino inebriat
vehementer. Cura autē eorū ꝛ omni
um nocumentorū mādragore est cū
butiro melle ꝛ vomitu. Itē nota ꝙ
publice predicat᷑ mandragorā habe
re virtutē impregnandi mulieres ste
riles si ex ea comedant. Quod verū
nō est nisi forsan comedant/cū steri
litas esset ex superflua matricis cali
ditate/tunc enī reduceret᷑ ad tempe
ramentū matrix: vt semē viri nō ad
uratur in ea.

De meu

Meu calidū et siccū est in se
cundo gradu. Herba ē cu
ius semē simili nomine ap
pellat᷑/ que precipue me
dicine competit. Per duos ānospo
test seruari. Virtutē habet diureticā
ex subtili substantia sua. Vinū vel
aqua decoctionis ei9 valet contra o
pilationē splenis ꝛ epatis ex frigida
causa/ꝛ strāguriam dissoluit. Aqua
vero competenti9 dari potest in esta
te ꝛ iuuenib9 vinū in hyeme ꝛ senib9
Puluis meu cum semine feniculi i ci
bo vel potu datus/ventositatem in
testinorū et stomachi excludit: ꝛ di
gestionē confortat.

De marubio.

Marubiū calidū ꝛ siccum
est in tercio gradu/ quod
alio nomine dicitur pras
sium folia ei9 precipue ꝯ
petunt medicine. scdo radices ꝛ cor
tices. Herba suspensa in vmbroso lo
co per annū seruatur. Virtutē habet
consumēdi ꝛ dissoluendi ex qualita
tibus ꝛ aperiendi ex amaritudine.
Contra viciū pectoris scilz asma ex
frigido ꝛ viscoso humore/detur dya
prassium/vel fiat electuariū ex vna
parte suci et quinta mellis dispuma
ti/et fiat decoctio aliquantula vsqz
ad spissitudinē et postea ponat᷑ pul
uis draganti et gummi arabici et li
quiricie. quod erit optimū contra vi
cium pectoris/ vel saltē puluis eius
conficiatur cū melle dispumato ad
dito puluere liquiricie. Cōtra tussiz
valet decoctio ei9 et ficuum siccarū
Contra stranguriā et dissinteriam /
detur vinū decoctionis eius et ficu
um siccarū/fiat etiam emplastrū ex

ipsa herba cocta in vino et oleo/ supra renes et pectinē. Item valet cōtra colicā ex frigida causa. Contra emoroydas iflatas ⁊ ifluentes/ fiat encatisma ex aqua salsa ⁊ vino dcoctionis eius/ et postea fiat suppositoriū ex puluere ei⁹ confecto cū melle vel fiat decoctio pulueris vel suci e⁹ cum oleo muscelino/ et bombix intincta superponat᷑. Contra lumbricos d tur puluis eius confectus cū melle/ contra vermes auriū sucus ei⁹ auribus iniciat᷑. Contra splenis viciū cortices cū ipsa herba macerent᷑ per .xv. dies in vino et oleo/ postmodū fiat decoctio ⁊ colet᷑ ⁊ colature addatur cera et oleū/ ⁊ fiat vnguentū.

De maiorana.

na perseuerantia lenitatis mansuefa
ciat donec mansuetus efficiat' ut de
cet. ꝛ pedes leuari et percuti patiat'
ad modum ferrandi. Imponend⁹ ē
etiam super eum bis in die puer aut
ter aut pluries. interdum ꝓnus cū
ventre postea sedens.

De custodia equorum.

Quo talis prebeat' custo
dia. Capistrum factū de
corio forti ꝛ humili/ prio
in equi capite imponatur
ꝛ binis retis alliget' ꝑsepio vt supe
rius est expressum. ꝛ eius pedes ante
riores pedica de lana facta vinculē
tur. et vni pedum posteriorū allige
tur: ne ante ire aliquo mō possit/ qd
quidem fit pro sanitate crurium cō
seruanda. Locus preterea vbi equ⁹
morat' bene mundus existat in die
nocte vero fiat eidem lectus de pale
a vel grossiori feno vsq ad genua
pro quiete. summo mane inde tolla
tur/ et tergat' ei⁹ dorsum ꝛ crura et
omnia membra equi decenti tersorio
Deinde pro potu ducat' ad aquam
paruo passu. teneat' autem equus tā
in mane q̄ in sero usq ad genua uel
paulo supra spacio trium horaꝝ in
aqua dulci frigida vel marina eo ꝙ
tales aque naturaliter equi crura de
siccant. vel propter frigiditatē dul
cis vel siccitatem marine coartando
humores descendentes ad crura/ qui
sunt egritudinum cause. Postea ve
ro cum equus redit ad stabulum / il
lud non intret vllo modo donec ei⁹
crura tergant' et desiccent' ab aqua
quia fumositas stabuli ex sua cali
ditate solet adducere gallas et ma
los humores cruribus madefactis.
Est etiam vtile valde/ ꝙ equus assi
due comedat in terra iuxta pedes an
teriores/ vt vix possit prebendā et
fenum ore capere. ita ꝙ collum coga
tur extendere pro cibo sumendo qꝛ
ex hoc collum efficit' gracilius et v
tilius ꝛ pulchrius ad videndū/ ꝛ cru
ra maius suscipiunt incrementum.
Item comedat equus iuuenis fenum
herbam ordeum auenā speltam ꝛ si
milia. nā fenum ꝛ herba propter hu
miditatem ipsorum / ventrem et cor
p⁹ totum dilatant et augent. Cū ve
ro fuerit in cōpleta etate/ comedat e
tiā paleas ordei. ex quibus nō super
flue impinguatur/ sed in competenti
bus carnib⁹ retinetur. ꝛ sic potest se
curius fatigari. Nam equus esse de
bet nec nimis pinguis nec nimis ma
cer sed medius inter ea. si enim fuerit
nimis pinguis / humores superflui
facile ad crura descendunt. et egritu
dines creant que solent i equorum
crurib⁹ euenire. et precipue accidūt
eis facile. cum subito aliquib⁹ labo
rib⁹ vexant'. Ex nimia vero macie
deficiunt vires eius. et redditur tur
pior ad videndum. Equus pretere
a perfecte etatis i veris tēpore circa
mensem. herbas solum cōedat ad pur
gandum. non foris sed sub tecto per
manens grosso tegimine laneo coop
tus/ ne ex frigiditate herbaꝝ infrigi
detur vel morbos grauiores icurrat
Aqua preterea pro potu equi aliq̄n
tulum salita sit suauiter currens uel
parum turbata. eo ꝙ tales aque sunt
calide ꝛ grosse. Ideoq nutribilio
res et magis cōgrue sunt equorum

corporibus. nam quãto aqua frigidior ꝛ velocior est in motu/tãto minus equũ nutrit et reficit. ¶ Ferrari debet equus ferris sibi cõuenientibꝰ rotundis ad modum vngule leuibꝰ et vngulis in circuitu strictis et bene adherentibꝰ nam leuitas ferri reddit equũ agilem ad leuandum pedes. et ipsius structura vngulas maiores et fortiores facit. Equus ꝑterea sudãs vel fortiter calefactus/non debet aliquid comedere vel potare donec coopertus et paulisp ductus a sudore ꝛ calore fuerit liberatus. Et est sciendum ꝙ isueta equitatio serotina nocet equo/sed matutina plurimũ cõmendat᷑. Oportet preterea equũ habere continue coopturã lineam/tẽpore calido propter muscas. et laneam tempore frigido propter frigus. Et nota ꝙ propter sanitatem equi conseruandã de vena colli cõsueta/quater est fleubotbomãdus in anno/ scilicet vere. estate autumno. et hyeme. Notandum est etiam ꝙ equus bene ꝛ diligenter custoditus/ ꝛ moderate vt conuenit equitatus. vt ĩ pluribꝰ circa spacium. xx. annorum validꝰ perseuerat.

¶ De doctrina et morigeratione eq̃.

In equi morigeratione ꝑmum adbibeat᷑ ei frenum leuissimum et valde debile. cuius morsus sit melle vel alio dulci liquore perunctus. nã tale frenum facilius ꝛ acceptabiliꝰ sustinebit. et propter dulcedinem ipsum libentiꝰ iterato recipiet. et post q̃ frenum receperit sine difficultate/ aliquibꝰ diebus mane et sero ducatur ad manũ donec optime ductorẽ sequatur. Deinde absq̃ strepitu ꝛ sine sella q̃ suauiꝰ et leuius poterit/equitet᷑ paulisper. ꝛ paruo passu. ꝛ a dextris et sinistris sepe voluat᷑. ꝛ si oportuerit/pedester eum aliquis ãtecedat. ꝛ omni die per loca plana nõ saxosa/de mane tẽpestiue vsq̃ ad mediam terciam equitet᷑. Cũ vero spacio vnius mensis sine sella fuerit eq̃tatus/eidem sella suauiter ꝛ sine strepitu imponat᷑ et cum ea ducat᷑ leniter donec tẽpꝰ venerit hyemale. Cũ autem equitator equũ ascenderit/ eũ nõ moueat donec sibi pãnos aptauerit. nam equus ex hoc quietũ vsum assumit ad commodũ equitantis.

Post hoc autem frigido tẽpore accedente/modus instruendi equũ talis seruat᷑. videlicet ꝙ equitator faciat ipsum per agros aratos summo mane moderate trotare / tam a dextris q̃ sinistris sepe voluẽdo habena freni dextra per vnum pollicem ex trãsuerso curtiore alia existente qꝛ equꝰ est naturaliter pronior ad sinistram. Et si expedierit mutet sibi frenũ fortius / adeo ꝙ pro velle facile teneatur. ¶ Trotari dico equũ per terram aratam et non aratam. ꝛ per equalẽ et iequalem/ut assuescat pedes ꝛ crura leuius eleuare. Et idem fiat ꝑ loca arenosa eadem ratione. Et cũ bene trotare sciuerit/per eadem loca et eadem hora breuiori saltu quo poterit galopet᷑. hoc autem non fiat nisi semel in die/nam ex superfluitate galopandi sepe retrogradi fiunt. Obseruet etiam equitator in pricipio cursus et in trotando/ut manibus teneat freni habenas inferius iuxta dor

sũm · ita q equus paulatim curuãdo
collum/caput inclinet in tantum q
os semper deferat iuxta pect9. ex hoc
enim clarius videt gressus suos. et
melius ad vtramq partem voluit᷑ ·
et facilius retinet᷑ ad libitũ equitan
tis. Preterea considerari ⁊ cognosci
debet durities et mollicies oris equi
⁊ secundũ ei9 duriciẽ ⁊ molliciẽ im
ponat᷑ eidem frenum quorũ multa
sunt genera · nã quedã lenia sunt et q̃
dam asperrima ⁊ fortissima · ⁊ quedã
minus. et quedam media inter p̃dic
ta. sed ipsorũ formas scribere obmit
to/quia nota sunt apud frenorũ ar
tifices · nec possunt sic aperte scribi/
quemadmodum possunt oculata fi
de videri. Est etiam plurimum vtile
ip̃m per ciuitates equitare frequẽter
et precipue vbi ars exercet᷑ fabrilis
vel sit strepitus vel tumult9 · ex hoc
eni desinit esse pauidus/et securitatẽ
atq audaciam sumit · q si predicta
loca transire trepidat/nõ cogat᷑ acri
ter calcaribus aut virge verberib9
sed leni verbere blandiendo ducat᷑
Oportet etiam sepe ascendere equũ ⁊
deinde descendere leniter ut assuescat ĩ
ascensu ⁊ descensu stare pacifice et q̇
ete · Et predicta omnia seruãda sunt
donec dentes equi perfecte fuerint im
mutati · quod fit per spacium quinq
completoꝝ ãnorum. Mutatis denti
b9/ q̃ salubrius poterit sibi de max
illa inferiori quatuor extirpẽtur den
tes. duo videlicet ex parte vna/ ⁊ to
tidem ex altera. qui scalones ⁊ pla
ne nuncupant᷑ a plurib9/ freni mor
sui cõtinue aduersantes · et ãteq̃ fre
num imponat᷑ eidem/permittãt᷑ vul
nera solidari paulisper · et tunc frenũ

lene sibi adhibeat᷑ · Et nota q os eq̇
debet esse nec nimis durũ nec nimis
molle. sed medium inter ip̃a · Itẽ no
ta q equus propter predictã denti
um extirpationẽ fit piguior eo q ex
hoc amittit seuiciem et furorẽ. Post
extirpationem dentium equitetur ut
dixi remouendo eum ad saltus puu
los · ⁊ sepe obuiando equis intrãdo
et exeundo/ut assuescat intrare ĩ eos
et discedere ab eisdem · Cum frenũ in
uentum est conueniens equo non mu
tet᷑. ne ip̃a mutatione os deuastetur
equi. Cum equus se habuerit conue
nienter ad frenum/ad currẽdũ assuef
ci debebit. et currat᷑ summo mane q̃
libet ebdomada per viã bene planã
circa spaciũ quarte partis miliaris
vnius in principio · et deinde vsq ad
vnum miliare cursus poterit aug
mentari/et amplius si placebit. Et
est sciendum q quanto frequentius
moderate currat᷑ tanto fiet celerior
et agilior propter vsum · Est tamen
contrarium frequentato vsui curren
di/ q equus ex hoc fit fragrãtior de
facili ⁊ impaciens / si nimis festina
tur ad cursum/ et sue assuete affrena
tionis maximam partem perit · Sciẽ
dum est etiã q postq̃ equus perfec
te doctus et consuetus fuerit affrenã
di equitator frequenter ipsum debet
facere galopare currere et salire · mo
derate tamen/quia longa quies desi
diam parit equo. et ea in quibus fu
erit instructus facile obliuiscitur ·
Que dicta sunt de instructione equo
rum locum habent in equis ad rẽ mi
litarem pertinẽtibus tantum. nã alii
deputantur ad vecturam. alii ad mis
suram . alii ad cursuram vt qui ad

predam parantur ¶ Alii ad quadrigam. qui diuersimode sunt ad sua officia instruendi. Item quidã equos habere volunt placidos et quietos. et tales castrandi sunt. quia demptis testiculis / quietiores fiunt.

De cognitione pulchritudinis equorum

Equus pulcher corpus habet formosum magnum et longũ. et sue magnitudini proportionaliter omnia membra respondent. Caput eius sit gracile siccum et conuenienter longũ Os magnum et laceratum habeat. nares inflatas et magnas. oculos grossos vel non occultos Auriculas paruas et aspidas deferat. Collum habeat longum et gracile versus caput. Crines paucos et planos. ¶ Pectus grossum et quasi rotundũ. Dorsum curtum et quasi planum Lumbos rotũdos et grossos Costas grossas vt bouinas. Ventrem longũ Anchas longas et tensas. Clunem longum et amplum. Caudam habeat lõgam cum paucis et planis crinibus Gopras latas et bene carnosas Garecta satis ampla et sicca ¶ Falces habeat curuas vt ceruus Crura bene ampla et et pilosa. Iuncturas crurium grossas et curtas ut bos ¶ Vngulas pedum amplas duras et concauas prout decet. Sit equus altior aliquantulum in parte posteriori q̃ in anteriori vt ceruus. Collum deferat eleuatum. et sit in eo grossicies iuxta pectus ¶ De pilo diuersi diuersa sentiunt. sed pluribus videtur q baius scurus super omnibus est laudandus. Denique sciendum est / q pulchritudo equi melius potest cognosci macie q̃ pinguedine equi existente.

¶ De signis bonitatis equorum.

Melior equorum est ille q habet visum amplum / et videre suum est longiquũ et fortem habz guardaturam et fortes aures. et lõgas comas et forte pectus et amplum. et curtũ schinale / et longas gambas anteriores. et curtas gambas de retro. et subtile musellum et caput nasi. et suaues pilos. et amplas gropas. et collum grossum. et bene comedit. Equus habens nares magnas et inflatas. et oculos grossos non concauos / audax naturaliter reperitur ¶ Equus habens os magnum. maxillas graciles et macras. et collũ longum et gracile versus caput ad affrenandum est humilis. ¶ Equus habens costas grossas vt bouinas. et ventrem amplum et deorsum pendentem / laboriosus et sufferens iudicatur. Equus habẽs garecta ampla et extensa. et falces curuas q garecta interius respiciant / in ingressũ celer et agilis eẽ debet. Equus habẽs garecta curua. falces extẽsas et anchas curuas / debet naturaliter ambulare. Equus habens iuncturas crurium naturaliter grossas / et pasturalia curta velut bouina / fortis eẽ censetur. Equus tenens ad se trũcũ caude stricte inter coxas fortis et sufferens est vt in pluribus. sed nõ celer Equus habẽs crura et iuncturas crurium satis pilosas / et pilos in eisdẽ longos / laboriosus existit. sed agilis non de facili reperitur Equus habẽs clunem longam et amplam et ãchas

longas ꝛ extensas/qui sit altior pos terius q̃ anterius · velox in longo cursu ut in pluribus inuenit᷑.

¶ De signis malicie et viciorū ꝛ vilitatis p̄cii equoꝝ.

Equus habens maxillas grossas et collum curtum non de facili affrenat᷑ decenter. Equus habens albas vngulas vniuersas/ vix vel nū q̃ duros pedes habebit ¶ Equus habens auriculas pendētes et magnas et oculos concauos lentus et remiss⁹ existit· Quando supremum nasi equi est multum bassum / non potest respirare per nares· et ideo minus valet· Quando equus videt i die ꝛ nō in nocte/ dimidiat᷑ precium ei⁹. hoc autem cognoscit᷑ si ducis eum i nocte ad rem quam timet in die/ et tunc non timet. et quando non mouet pedes in die sicut in nocte· Si oculi eq̄ sunt albi/ minorat᷑ valde precium ei⁹ quia ductus ad niuem vel frigidū locum non videt. sed in loco non lucido et tempore calido bene videt·

Equus iactans aures suas retrorsum/ in omni tēpore minoris est p̄cii quia est surdus. Quando equus nō hinnit neq̧ clamat neq̧ aliquem sonum facit cum ore surdus ē. Equ⁹ habens durum collū ꝛ ipsum semp extensum et cum ambulat non leuat caput et non mouet collum ad dextram vel sinistram/ est pessimi vicii· et est magnū periculum equitanti q2 nō potest uolui ad sensum eius ideo q̧ pro milite non est bonus· Equ⁹ cui vadunt genua intra vt arcus/ p̄ui est precii/ quia pessime vadit. Equus cuius anteriora crura torquētur ut arcus teneri non debet cum sit pauci valoris ¶ Equus cuius anteriora crura moueri vident᷑ / semp malorum est morum· Equus leuās caudam superius et inferius mali est vicii/ Equus cui semper videt᷑ inflatō super genu/ in proximo tempore suū iter amittet. ¶ Si equo videt᷑ inflatio dura in pedibus anterioribus uel postremis i sua operatione nō nocet Et dicunt q̧ si in pedibus anterioribus est inflatio dura/ securus est q̧ aliud malum nō descendet ad ea ¶ Equus habens in omnibus pedibus crepacias id est rappas / ꝛ nō potest curari est minoris precii. quia turpioris apparitionis existit· Equus cuius pili de iuncturis reuersantur in sursum/ in sua operatione non ledit᷑ et ungule eius fortiores existunt Si equus mouet pedes alio mō q̃ alii equi/ ledit᷑ in sua operatione. Ideo q̧ minuit᷑ precium eius ¶ Si vnus pedum de retro eūdo alium tangat/ multum in sua operatione nocet eidē Si testiculi sunt multum magni/ turpior est. et in operatione nocent· Et si eius virga semper est pendens / turpior est. et nō ē ab honesto homine equitandus· Morphea id est albedo in collo uel in musello vel supra oculos/ turpiorem facit equum. sed in operatione non ledit. Mouere de flā chis equi non est bonum·

¶ De egritudinibus equorum et eorum curis·

Uiso superius de pulchri
tudine et bonitate equo
rum/ Videndum est de e
gritudinibus et morbis e
isdem venientibus tā naturaliter q̄
accidentaliter. Et primo de his qui
sibi obueniunt p naturam. que quā
doq defectu vel occasione aliq̄ minu
it vel augmentat. Auget tamen raro
vt cum nascit' habens maxillam infe
riorem superiori longiorem et simi
lia. Et quando nascit' cū aliqua su
perfluitate carnis in pedib9 uel aliq̄
corporis parte. que murus vel cal
lum vulgariter dicit'. qui mur9 sine
corio efficit'. Et quandoq accidit
q in aliqua parte corporis fiūt su
perfluitates carnium velut glandule
subtus corium. Minuit vero cum
nascit' habens oculum vel auriculā
aut nares aliis paruiores vel habēs
vnam anchā alia curtiorem. Vnde
totum crus aliquid minorat'. Mi
nuit preterea natura et fallit/ quādo
equus nascit' obliquis cruribus tā
in anteriori parte q̄ posteriori. Si
mili mō de vngulis et pedibus acci
dit. qui quandoq naturaliter obli
quant'. Et quandoq nascit' cum zar
dis in garectis et gallis in cruribus
pueniētibus ex patre vel matre ha
bentibus eas. Est enim zarda quedā
inflatio ad modū oui vel maior uel
minor/ que tam in parte interiori q̄
exteriori nascit' in garectis. Galla ē
quedam tumefactio/ ad modum par
ue vesice magna vt nux. q circa iūc
turas crurium iuxta vngulas gene
rat'. CURA. In predictis mor
bis qui nascuntur equo i ventre ma
tris ex defectu nature/ non potest me
dicina congrua ipartiri. sed in aliq
bus possunt aliqua remedia inueni
ri. nā cum equus nascit' obliquis cru
ribus posterioribus/ ita q ipsa cru
ra obliquantur interius percutiendo
vel nimis feriendo unum pedem ad
alium in egressu. equus in parte inte
riori coxaꝝ iuxta testiculos. ferris
ad hoc decentib9 decoquatur. facien
do ex transuerso tres lineas in vtra
q parte coxaꝝ. deinde quotidie mo
re solito equitetur. tunc enim in suis
gressibus vna coxa cum alia fricabi
tur. et ex frequenti tactu coxaꝝ exco
riabitur per cocturam velut plaga.
ex quo equus crebros ardores senti
ens perget aptius solito. Simili mō
fiat in cruribus anteriorib9. faciēdo
cocturas predictas interius in lacer
tis. Obliquis vngulis vel pedibus
hoc remedium inuenitur. nam ferran
do equum frequēter possunt vngule
aptari decenter / et ad modum rotū
ditatis ferri dirigi quoquo modo.
Solet etiam equus aliquando inter
firmari de vno pede ad alium prop
ter maciei debilitatē. Cui potest ad
iuncta pinguedine subueniri.

De infirmitate muri curanda.

Contra infirmitatē muri/
dico q illa superfluitas
carnium quā predixi vs
q ad superficiē corii cau
tius incidat'. Deinde si locus neruos9
non fuerit / ferris rotundis calefac
tis decenter coquatur. Si vero loc9
fuerit neruosus/ resalgarum pulueri
zatum pōdere vnius careni superas'
pergatur. vel plus vel minus super
ponatur. vt expedire videbitur. nā

resalgare velut ignis corrodit. Dein de corrosis muri radicibus funditus intromittatur in vulnere stuppa in ovi albumine madefacta / et ex ea totum impleatur vulnus. et usque ad diem tercium mutetur semel in die. Abinde in antea pro solidatione festina / accipiatur calx viva et tantundem mellis et simul misceantur et ponantur in aliquo panniculo. et incendatur lento igne / donec ex eo fiant carbones. et pulverizetur subtiliter. et in vulnere ponatur cum stuppa involuta in dicto pulvere mane et sero / donec carnes fuerint solidate / semper prius abluto vulnere cum vino forti aliquantulum calefacto. In defectu tamen resalgari ponatur cum calce viva tartarum auripigmentum verderamus pulverizata simul equali pondere ter vel quater donec radices muri fuerint convenienter corrose. prius optime abluto vulnere cum aceto qui pulvis est minus violentus alio supradicto. Sed vix aut numquam ibidem pili nascuntur. sed in his nascendis aliquid infra scribetur.

De glandulis et scrophulis.

De ceteris superfluitatibus carnium que nascuntur inter corium et carnes que dicuntur vulgariter glandule sive testudines sive scropule. Dico quod scisso corio per longum ubi est aliqua glandularum extrahatur manibus eam prius ungulis excarnando. vel scisso corio superaspergatur resalgarum tritum. vel ferris decentibus coquatur vel superaspergatur pulvis calcis vive auripigmenti et tartari quam in proximo capitulo muri dixi. Deinde utatur cura in capitulo muri scripta.

Si vero per dictam incisionem vel excarnationem aliqua vena prorumpat in sanguinem constringatur hoc modo. Accipiantur thuris due partes et tercia aloes epatici. et pulverizata subtiliter cum ovi albumine agitentur et misceantur. et cum pilis leporum ponantur in vena. Ad idem valet gypsum cum calce tritum / et cum granulis uvarum. Item valet ad idem stercus equi recens mixtum cum creta et cum aceto fortissimo agitata. Et nota quod predicta superposita vene stringende / non debent usque ad diem secundum vel tercium removeri. Item sciendum est quod salubrius est predictas glandulas destruere supradictis pulveribus corio prius scisso per longum quam incensione vel manuum extractione / si in nervosis locis vel venosis existant.

De egritudinibus equorum et curis ipsorum.

Supradictum est de morbis et egritudinibus naturalibus. sequitur tractatus accidentalium. Dicam ergo primo de his que accidunt eis in capite et inter corpus. Secundo de his que accidunt eis in tergo. Tercio de his morbis qui accidunt in membris eius a pedibus supra. Quarto de lesionibus ungularum et pedum.

De infirmitate que vermis dicitur et cura eius.

Hec infirmitas evenit equo in pectore prope cor. et in coxis prope testiculos ex malis humoribus calidis

congregatis i quibusdam glādulis quas habent in pectore ⁊ in coxis q̄ occurrunt ad loca illa p(ro)p(ter) dolorem aliquem ibi accidentaliter venientem. Deinde descendunt ad crura. et in eis faciūt iflationes. et ea crebris vlceribꝰ perforant. et quandoq(ue) occasione vermis predicti fiunt in eq̄ corpore precipue in capite / diuersa vlcera / plerumq(ue) tamen parua ip̄m caput inflantia. Et quandoq(ue) p nares faciunt emittere humores velut aquam et tunc dicit(ur) vermis volatiuꝰ. Cognoscit(ur) autem hec egritudo ex inflatione que fit ex humoribus in locis predictis. et ex vlceribꝰ q̄ dicti humores faciunt cū exire coguntur ⁊ conantur.

CURA. Cum dicte glandule tumefieri vel plus solito augeri videtur statim equus de consueta vena colli iuxta caput / et in vtraq(ue) parte corporis vel coxaꝝ cōsuetis venis vsq(ue) quasi ad debilitatem equi minuatur vt superflui minuant(ur) et euacuentur humores. Deinde ponātur setones in pectore vel in coxis qui humores assidue attrahant per crebram ⁊ cōgruā agitationem setonum. Ex tali enim agitatione fit dolor. et inde ꝓpter dolorem exeunt humores nec ad crura descendūt. dicti vero setones agitari non debent nisi duobus diebus elapsis. Deinde mane ⁊ sero quotidie agitent(ur) in tantum / q(uod) duo iuuenes vice qualibet fatigēt(ur). equo prius paruo passu non modicum equitato. Deinde non cesset equꝰ die qualibet fatigari. et caue ne cōedat herbas. et de rebus aliis adeo parū sumat / q(uod) vix vires retineat. Et locis frigidis in nocte quiescat. Si vero glandula illa vel vermis per supradictas curas non decrescat / sed superhabundāt humores tumefaciētes superflue tibias / tunc ille glādule vel vermis extrahat(ur) hoc mō. Scindat(ur) corium et caro per longum vsq(ue) ad inuentionem glandulaꝝ vel vermis. et deposito ferro ille glādule vnguis excarnent(ur). et extra manibꝰ extirpentur / ita q(uod) de ipsis nihil ibi remaneat. Verme autem vel glandulis radicitus extirpatis / ex stuppa munda in albumine oui infusa vulnus totaliter impleat(ur). et vulnꝰ suatur ne stuppa possit exire. Et si vulnus sit in pectore / liget(ur) ante pectꝰ pecia linea propter ventum. Deinde vulnus vsq(ue) ad diem terciam mutari non debet. sed abinde in antea bis in die mutetur stuppa madefacta cū oleo ⁊ oui albumine agitato / vulnere tamen prius cum vino abluto. et nouem diebus talis adhibeatur cura. Postea uero bis in die abluatur vulnus cū uino aliquantulū tepefacto. ⁊ itromittatur i vulnus stuppa i tali puluere inuoluta ut in muri capitulo dicit(ur). q̄ fit de melle ⁊ calce uiua et predicto utat(ur) puluere donec vulnus fuerit solidatum setonibꝰ nihilominus agitatis. et equo quotidie fatigato ut superius expressum est.

Nota tamen q(uod) equus equitari non debet usq(ue) ad diem terciā / postq(uam) uermis fuerit extirpatus. sed postea sic die qualibet ut predixi. Aliud medicamen fortius ad dictū uermem omnino destruendum. scisso corio p lōgum ⁊ carnibus usq(ue) ad denudationem uermis ut dixi / resalgarum bene

tritum et puluerizatum ponatur su per verme predicto postmodū bom bix et os vulneris stuat' / ne resalga rum possit exire quod vermem i no uem diebus potenter corrodit· quo corroso vel destructo·curet' vulnus vt superius est expressum ¶ Si vero pro predictis omnibus humores re stringi vel exsiccari non possint qui ad crura descendant/foramina velut vesicas paruas vel vlcera faciētes tunc statim ferro rotundo in capite illa vlcera vel vesice funditus deco quant'·prius coquendo magistram venam pectoris ex transuerso·q̄ ten dit a loco vermis inferius vsq; ad pedes. Postea vero decoctis forami nibus crurium ut dixi/superasperga tur in lateribꝰ calx viua solummō bis in die/separata priꝰ coctura fo raminum ibi facta. R̸ si ex verme remanserit crus inflatum/tali subue niat' cura·ponant' sanguisuge circū circa crurium inflationes· abraso p̄ us loco tumefacto vel etiā toto cru re. Deinde sanguine quantum pote rit cum sanguisugis extracto totum crus cum aceto et creta alba insimul agitatis emplastret'·vel teneat' in a qua frigida diu quotidie mane ac sero·⁊ hoc fiat donec crura gracilia redigant'·Contra vermem volatiuū vt humores a capite subtrahātur/ de ambabus consuetis uenis timpo rum sufficienter minuatur sanguis· deīde setbones sub gutture imponāt' ⁊ agitentur·et nutriatur ⁊ equitetur et in loco teneatur et omnia fiant ut supra in alio verme dixi ¶ Si vero vermis uolatiuus in emoygram cō uertat' qd̄ sepe accidit/ dāda sunt ei calida panno laneo capite cooperto ⁊ in loco calido pro quiete morāte ne fatigetur aliquo modo. et semper comedāt calida ut fenum et auenam quia hic morbus frigidꝰ est · sed ex eo raro euadet ·

¶ De morbo qui vulgariter dicit' antiquor. et cura eius.

Accidit aliquando q̄ illa glandula dicta que circa cor extat in tātū augetur propter humores ad eam decurrētes more solito non descendē tes ad crura/q̄ augmentatio et infla tio eius facit apostema·quod q2 ꝓ pinquū est cordi·crudeliter aduersa tur ei. et hec infirmitas vulgariter a pluribꝰ antiquor' uocatur ·

CURA· ¶ Cum dicta glandula vi deatur cum furore subito augmentari. uel plus solito ingrossari. absq; mo ra de pectore radicitus extirpetur ut in cura uermis est supra expressum. Et cum sit cordi ꝓpinqua/ cautissi me et cum summa diligentia extirpe tur. Si uero in extirpatione uel exca rnatione ipsius aperiatur aliqua ue na ⁊ ꝓrumpat in sanguinem/tūc sta tim capiatur. et stricta manibus filo serico ligetur ¶ R̸ si propter sangui nis habundantiam uena capi nō pos sit/ponantur in vulnere medicīe strī gentes sanguinem / scripte supra in cura glandulaꝝ.

De cognitione et cura stranguilioīs

Sunt ⁊ alie aliquot glādu le circa caput equi. quaꝝ alique sunt sub gutture q̄ accidentaliter augentur

propter humores equi infrigidati ad eas ex capite descendentes. ex quarum augmentatione totum guttur infla tur et constringunt meatus flatus exeuntis per guttur. propter quod equus vix respirare potest. Et hec egritudo vulgariter dicitur strangullion. CURA

Cum dicte glandule vident subito crescere vel plus solito augeri / statim sectiones decentes sub equi guttu re imponantur. et mane ac sero sufficienter ducantur. Ponatur etiam in equi capite lanea coopertura. et guttur pluries ungatur butiro / precipue strangulli onis locus. et in loco calido teneatur Si vero dicte glandule per sectionum agitationem non detumescant. extirpentur radicitus. et vulnera curentur / ut in cura vermis predixi. Sed in appositione resargari diligens adhibeatur cautela. quia si immoderate ponatur nimium carnes corrodit.

De morbo niularum et cura eius.

Sunt et alie glandule que nascuntur inter caput et collum subutraque parte maxillarum. que similiter augentur ex fluxu reumatis a capite. coartantes adeo meatus gutturis / quod equus vix potest comedere vel potare. et hec egritudo vocatur niule Cui nisi succurratur instanter / subito morietur. CURA Cum dicte glandule subito videntur augeri et tumefieri velut ova / coartantes gutturis arterias / ferro decenter calido cuspide o funditus decoquantur / vel acuta lancea cautius incidatur. uel quod melius est / modo dicto in verme tantum ex una parte quantum ex alia. Et expe dire videbitur. et vulnus eodem modo curetur. et nisi medicis predictis succurratur / respirare impeditur et moritur.

De doloribus et cura ipsorum.

Dolores accidunt equo multis modis. Primo ex superfluitate humorum malorum in venis sanguinis interclusorum. Secundo ex ventositate ingrediente in corpus equi calefacta per poros vel orta in intestinis / ex humoribus viscosis in eis existentibus. Tercio ex superflua comestione ordei vel alterius similis tumefacti in stomacho seu ventre. Quarto ex superflua retentione urine vesicam inflantis. Fit etiam sed raro ex nimia potatione aque frigidissime / cum equus fuerit calefactus. CURA Si dolor sit ex superfluitate humorum vel sanguinis quod cognoscitur quia torquetur et movetur ylia sine tumefactione aliqua et frequenter deiicit se in terram et iacet / et vene plus solito tumefiunt statim a vena cinglaria que est prope cinglam abutraque parte sanguine minuatur. et ex quacunque parte corporis sanguis haberi potest usque quasi ad debilitatem corporis minuatur. Deinde ducatur ad manum parvo passu. nec comedat neque bibat donec ex toto cessaverit dolor. Dolor ex ventositate cognoscitur quia dolet intra corpus. et habet continue ylia tumefacta / et fere totum corpus plus solito tumefactum. Cum hec apparent / cannolus unus de canna que grossior poterit inveniri longitudine unius palmi unctus oleo superponatur in anum equi pro paret ma

iori. et optime ligetur cū aliquo spa
co in capite caude ne possit extra ire
Deinde statim cum festinantia equi
tet' diu trotando vel ambulādo uer
sus montuosa loca . et si tempus re
cens fuerit / coopertura lanea tenea
tur coopertus. et cum manibus oleo
unctis fricent' ylia fortiter. Ex his
enim calefit equus. et per cannolum
extra ventositatem emittit. ¶ Deinde
danda sunt ei calida pro comestio
ne et potu. bibat enim aquam cum ci
mino et semine feniculi coctam equa
li mesura in bona quantitate/ cū fue
rit aliquantulum infrigidata et fari
na tritici sibi admixta. et tam diu si
tiat q huiusmodi aquā bibat. Simi
liter cōedat calida . et moret' in loco
calido tegimine laneo coopertus. Si
autem dolor fuerit ex superflua com
estione ordei vel alterius tumefacti
similis in ventre equi vel stomacho
quod cognoscit' quia ventrem habet
durum/ et ylia tumefacta fiat decoc
tio malue mercurelle brance vrsine
violarie pariatrie et aliarum laxati
uarum in aqua . et addatur de melle
sale et oleo et furfure tritici. et tepefac
ta ponat' in quodā ventriculo habē
te cannolum de canna conuenienter
longū et grossum ad modū clisteris
et per illud instrumentum mittat' dic
ta decoctio in ventrem equi per anū
Et tunc qn̄ mittit' stet equus valde
altius posterius q̄ anterius. et aqua
imissa opilet' congrue an9 ne aqua
exire possit. ¶ Postea vero ligno ro
tundo bene polito venter ducatur
a duobus hominib9 existentibus ab
vtraq3 parte. qui a parte anteriori i
cipiant et usq3 posterius premēdo vē
trem ducant. eo prius vncto cū ole
o vel re alia liquida vnctuosa. post
q̄ autem venter fuerit bene ductus
deopilet' anus et p loca mōtuosa eq
tet' paruo passu cōtinue / donec ege
rit omnia que in ventrē sibi fuerūt
missa. et de aliis magnam partē. et sic
dolor cessabit. Si vero dolor fuerit
ex retentione vrine vesicam inflātis
quod scit' quia sub ventre vel circa
loca virge aliquātulū tumere videt'
et sepe se iactat in terram. tūc accipi
antur senationes curtania paritari
a et radices sparagi quantitate eq̄li
et in simul decoquant'. et de nocte cū
quadam fascia longa et ampla cali
de circa loca virge ponantur. et hoc
sepe fiat calefaciendo emplastrū cū
fuerit infrigidatum. Qz si ex hoc nō
prouocatur vrina experimentū tale
fiat. Virga equi manib9 vnctis ole
o extrahatur/ oleoq3 fricetur. Deinde
teratur aliquātulum piperis cum al
lio/ et intra foramen virge auricula
ri digito imponatur . ¶ Vel quod
melius est cunices triti aliquantulū
cocti in oleo imponantur. Qz si hoc
non pfuerit / equus cum quadam
equa per stabulum libere permittat'
abire . sicq3 necessario pvocabitur
ad vrinam. Et nota q hoc remediū
de iumēto qd dixi / ad oēs dolores v
tile reperitur. q2 voluntas coit9 val
de naturā corroborat et confortat.

¶ De morbo infunduci. et cura eius

Hic morbus accidit equo
ex superflua comestione
vel potatione ex quibus
sanguis superflue augmē
tatur. et ad crura descendens per ipa
spargitur. et impedit gressus ei9 . Itē

accidit ex imoderato labore facien
te sanguinem et humores ad crura ꝛ
pedes descendere / gressus eius impe
dientes . ex quo vngule cogunt' mu
tari nisi succurratur eidem ¶ Accidit
etiam quandoq; propter dolores ex
nimio labore et calefactione venien
tes / et humores ad crura descendere
facientes . et hec egritudo vulgariter
infusio nominat' ¶ CURA ¶ Cũ
equus videtur vno vel duobus aut
pluribꝫ pedibꝫ claudicare / et i egres
su crura grauiter mouere . in sua etiã
reuolutione grauiter se habere. ea eni
sunt infunduci signa . si est pinguis
et etatis perfecte / potus eidem ad sui
libitum prebeat' . et postea de ambo
bꝫ timporibus et singulis cruribus
de venis solitis usq; quasi ad debili
tatem corporis minuat' Deinde in a
qua frigida currenti vsq; ad ventrẽ
eq̃ ponat' velociter et assidue teneat'
in ea / nec aliquid comedat donec ire
ger fuerit liberatus. Si vero sit iuue
nis aut macer nõ det' ei potus ꝑdic
tus / sed in tantũ cum freno i aere fri
gido teneatur ꝙ collum et caput co
gatur extendere quãtum potest ¶ De
inde rotundi lapides viui / grossitu
dinis pugilli sufficienter equi pedi
bus supponantur / acsi ei fieret cubi
le vel etiam stratum . nam ex assidu
a oppressione lapidum rotundorum
pedes ꝛ crura i motu existũt ex quo
nerui crurium indignati propter hu
mores grauitatem expellunt. sed pri
us panno lineo in aqua ĩfuso sit co
opertus . nec comedat neq; bibat nec
in sole moret' / donec fuerit ad statũ
primum reductus ¶ Et nota ꝙ hec
egritudo parum vel nihil nocet iuue
nibus equis . nam ex ea ipsorũ tibie
ingrossant'.

¶ De morbo pulcini seu bulsini. et e
ius cura.

Egritudo ista fit ex calore
liquefaciẽte pinguedinẽ
que opilat pulmonis ar
terias taliter / ꝙ equus
vix respirare potest . Et cognoscitur
quia fit narium magna sufflatio . et
ylium crebra pulsatio . et hec egri
tudo pulcinus siue bulsinus vulga
riter appellat' . ¶ CURA ¶ Fiat po
tio de gariofilis nucibus muscatis
zinzibere galanga equali pondere / ci
mino semine feniculi equali pondere
pulverizatis cum bono vino . et ad
datur crocus in cõgrua quantitate /
et tot vitella ouorum quãta est quã
titas predictorum . et dicta potio po
natur in quodam cornu bouino . ꝛ e
quo tenenti artificialiter os apertũ
ꝛ caput altum sine freno propinet'
ita ꝙ in guttur eius descendat . equi
capite spacio vnius hore suspenso /
vt potio in intestina descendat ¶ De
inde ducatur ad manum / vel breui e
quitetur passu / ne ipsam vomere pos
sit . qui per vnum diem et noctem ni
hil comedat / vt dicta potio nõ impe
diatur exequi suum effectum . Die ve
ro secunda comedat recentes herbas
vel cannarũ frondes aut salicis vel
frigidarum herbaꝝ / vt potionis tem
peretur calor ¶ Ex dicta nanq; cura
liberabitur equus / si passio recens ex
istat. si vero fuerit antiquata / incu
rabilis esse censetur Vtraq; ylia du
abus lineis vna super aliam ab utro
q; latere decoquãtur . vt coartatio
ne ignis ylium pulsatio minuatur .

Nares etiam decenter per longū scin
dantur. vt leuius aerem attrahat et
emittat· vel tempore vindemiarꝫ cibe
tur vuis maturis vel dulci musto po
tetur· et sic curabitur a bulsino·

¶ De morbo infestuci. ⁊ cura eius

ACcidit hec egritudo cum e
quus sudore madens vel
superflue calefactus / poni
tur in loco frigido vel vē
toso· nā per poros apertos / ventus
per os et membra subintrat. vnde se
quitur neruorum attractio parū tu
moris habens / dolores inducens et
impediens gressus equi. ⁊ vocat’ hec
egritudo vulgariter infestucus. Que
cognoscit’ quia equus videt’ habere
corium parum extra extēsum / ita ꝙ
digitis vix potest capi vel stringi .
⁊ in suo motu velut infunditꝰ impe
diri videtur / ⁊ eius oculi lacrimant’
CVRA. ¶ Tunc statim ponat’ ī lo
co calido· Deinde aliquot viui lapi
des fiant calidissimi ꝓut possunt /
⁊ ponant’ in terra sub equi ventre·
prius tamen sit coopertus panno la
neo longo ⁊ lato in tantum / ꝙ in q̄
libet parte satis superet totam equi
personam · cuius medium stet super
dorsum equi et extremitates ab utra
ꝗ parte deorsum pēdeant· que a du
obus hominibꝰ inferius teneant’ · ⁊
dicti lapides paulatim et sepe asper
gant’ aqua calida / donec totum cor
pus ⁊ membra equi redacta fuerint
in sudorem· ⁊ tunc inuoluat’ equus
in dicto panno / et cingat’ / et sic tam
diu teneat’ ꝙ sudor cesset. ⁊ tunc bu
tiro calido vel oleo vel aliquo alio
liquido vnctuoso sepe in die singu
la equi crura fricent’ Vel fiat decoc
tio palee frumenti aristarꝫ allii cine
ris ⁊ maluarum · et cum ipsa decoc
tione tantum calida quantum pati
possunt crura ⁊ specialiter nerui ma
defiant. ⁊ semper in loco calido tene
atur· ⁊ pro comestione vtatur cibis
calidis / donec ad statum pristinum
reducatur·

¶ De morbo scbalamati· et cura eiꝰ

HEc infirmitas interiora
equi desiccat· corpꝰ ma
cerat· ⁊ fimum eius plus
ꝗ hominis fetere facit .
Et accidit ei ex diuturna macie pro
ueniente ex pauco cibo exhibito · et
multo labore calefaciente ac membra
exsiccante adeo · ꝙ nō potest impin
guari neqꝫ sumere carnes / nec etiā cō
edere. ¶ CVRA· ¶ In hac egritudi
ne que scalamatus vulgariter dicit’
instandū est vniuersaliter vt corpꝰ
equi humectetur Fiat igitur decocti
o herbe violarie paritarie malue et
furfuris ordei quibꝰ bene decoctis
colet’· et in hac aqua ponat’ butirū
in bona quantitate· et pondus sep tē
carenorum cassie fistule liquefacte·
ac cum instrumento supradicto ad
modum clisteris parū calida immit
tatur in anum equi. et fiat per omni
a ut in capitulo dolorū supradixi /
eo excepto ꝙ hec aqua tenenda est
quantum potest in equi ventre· pos
tea fiat potio de vitellis ouorū cro
co et oleo violario / agitatis decēter
cum bono vino albo. et ponat’ ī cor
nu bouino · et bis vel ter pleno sibi
detur / vt supra dictum est in tracta
tu pultini ¶ Aliud experimentum. E
quus in stabulo solus ponatur. et p

duos aut tres dies nihil cõedat neq̃ bibat. Postea det' sibi ad comedēdū lardū vel carnes porcine sallite ad libitum eius. nā ipsa propter famē ꝛ lardi salsedinē libenter comedet. ꝛ det' statim ad bibendū aqua cali da quantum volet. Deinde equitet' paulisper donec ventrem de pdictis satis euacuet. quo euacuato detur si bi frumentum bene mundum/et cum pauco sale coctum et ad solē siccatū. vel aliter bis i die ãteq̃ bibat. nā ta le granum adeo nutrit et reficit/ q̃ e quus ex eo facile impinguat'.

De morbo aragaiaci. ꝛ cura eius.

Est infirmitas que vulga riter aragaiacus dicitur/ fit in equi vētre. adducēs ei tortiones. ꝛ itestinis ru gitum faciens/ et equum cogēs emit tere indigesta stercora et liquida ve lut aquam. vnde vix potest equus aliquid comedere quin emittat ante q̃ digerat' in ventre eius. Que quā doq̃ accidit ex comestione ordei uel alterius similis rei cõeste neq̃ diges te. Aliquando ex potatione aque fri gide post comestionem ordei facta si ne aliquo interuallo. Et aliquando propter festinū cursum seu galopū/ factum statim post aquā pvelle ab equo potatā. que agitat' in visceribꝰ propter cursum. Fit etiam aliquan do ex nimia inflatione corporis eq̃ dolorem habentis. ex quibus causis equus debilitat' in tantum q̃ uix po test actu a cruribꝰ sustineri. CVRA Cum videtur equus bis vel ter ster cus longe emittere velut aquā/et or deum indigestum / stati auferatur ei

frenum ꝛ sella et libere per pascua di mittat' abire/ donec fuerit cõstipatꝰ nec ante moueri debet/quia motꝰ vē trem agitat. et facit vt cibū emittat anteq̃ digestus existat. Item quan tum potest caueatur a potu nā aqua in hac egritudine sibi nocet/propter liquiditatem ipsius Quādoq̃ etiam ex dicta egritudine infundit' equus et tunc curetur ut in dicto morbo do cetur.

De cymoyra. et cura eius.

Est et alia egritudo que ci moyra vulgo dicit' que accidit cum equus diu ste tit infrigidatus in capite in qua fluxꝰ reumatis fit per nares continue velut aqua. Fit etiam ali quando ex infirmitate que vermis volatiuus dicitur. vnde sequitur ut equus per nares fere totam capitis humiditatem emittat. CVRA. Fiat equo i capite coopertura. et sp in loco calido teneat'. et pro cibo ca lida dentur Et ei pdesse solet assidu e paruas pascere herbas. qui cum p eas extirpandis diu teneat caput de pressum/maxima pars humorū ipo rum per nares discurrit. Valet etiam si fumus peciarum vel bombi cis per nares ad cerebrum mittatur nam humores antiquitus coagula tos dissoluit. sed vt plurimum hec i firmitas incurabilis reperitur

De frigiditate capitis et eiꝰ cura

Capitis frigiditas dolorē sibi facit in capite et sur ditates. et sibi tussim ad ducit et pvocat guttur q̃ leuiter accidit cum equꝰ in stabulo


satis calido ponit᷑/ et postea subito ad frigidum ventū perducit᷑. et plerumq; ex aliis frigiditatibus occasione aliqua iam receptis unde equꝰ tussire aliquando cogit᷑/et potationis et comestionis partem maximā perdit. ¶CVRA. ¶Cū oculi equi videbunt᷑ paululum īflati/ et aliqñ lacrimantes. aures frigide. ⁊ flatus narium frigidus. et ylia plus solito propulsari/ ⁊ minus solito comedere ⁊ bibere satis minꝰ. ⁊ tussire ⁊ sternutare sepius. frigiditas capitis esse censet᷑. propter quam coquātur glādule que niule vocant᷑/existentes inter collum ⁊ caput sub maxillis cum ferro cuspideo glandulas perforante. ⁊ similiter decoquāt᷑ in medio frōtis/ vt humores frigidi calefacti extrinsecus vaporare cogant᷑. ¶Sethones etiam ei sub gutture imponant᷑/ vt per eos humores viam habeāt exeundi. Teneat insuper lanam coopturam in capite. ac decenter fiat inter auriculas fricatio cum butiro ¶Ad idem valet oleum laurinum in pecia linea positum ⁊ morsui freni decēter ligatum. equo semper cū freno bibēte. ¶Et idem operat᷑ sauina in freno ligata. Ad idem valet fumus pāni linei cōbusti per nares receptus. ¶Itē valet frumentum bene coctū positū in sacculo calidum quantū pati poterit. ⁊ in capite equi ligatum/ita ꝙ positis ore ⁊ naribus inter sacculum per nares fumū recipiat. ⁊ de grano comedat quantum volet. ¶Cui ꝓderit si dictum frumentum coquat᷑ cū pulegio ⁊ sauina. Item valet si pecia stricte liget᷑ ad baculum/ ⁊ sapone sarracenico liniat᷑. ⁊ quantū cōmode potest mittat᷑ leuiter inter nares. ⁊ post pabulū extrahat᷑ quia ex hoc equus sternutabit/⁊ humores humidos ⁊ frigidos velut aquam emittet Item valet butirum cum oleo laurino mixtum ⁊ positum inter nares. Item ab omnibus caueat᷑ frigidis ⁊ vtatur calidis ⁊ assidue bibat aqm coctā ⁊ calidā ut ī doloris capitulo continet᷑. ⁊ sic poterit liberari

¶De morbo oculorum ⁊ cura eiꝰ.

Accidit aliquādo ꝙ ex dicta egritudine capitis humores descendunt ad oculos/Facientes eos lacrimari. vel in eis pannū uel turbulentiā aut ruborem vel caliginem/propter que non valet equus vt decet respicere vel videre. ¶CVRA. ¶Si oculi lacrimātur fiat strictoriū de olibano ⁊ mastice pulverizatis/ ⁊ cum oui albumine agitatis. sup vna pecia quatuor digitis lata positis/ ⁊ lōga ꝙ posita supra frōtem sub timporibꝰ possit ligari/abraso tamē priꝰ loco vbi strictorium poni debet. ⁊ ī tantum dimittat᷑ ei strictorium/ꝙ oculi desierint lacrimari. ⁊ quando leuari voluerit/ cum aqua calida et oleo vel alia re ūctuosa agitatis simꝉ eleuetur/ Ad idem valet si ambe vene vtriusq; timporum incendātur cū igne. Si vero caliginati sint oculi/ astellati sub ambobus oculis imponatur/ quatuor tamē digitis deorsum et sal subtiliter pistum cum quodam cannulo in oculos sepius sufflet᷑. Si vero pannus sit in oculis recens vel antiquatus os sepie tartarum et salgemma equali mensura subtilissiē

trita · bis i die oculis cũ cãnulo isuf flet. Ad idẽ valet salnitrũ cũ stercore lacertaꝝ tritũ et i oculis insufflatũ. sꝫ cauẽdũ est ne superflue ponat in eis/ne oculi destruant. Si vero pannus vetustus fuerit/cum pinguedie galline bis vel ter prius vngat.

De cornu ⁊ cura eius .


Icto de infirmitatibus q̃ accidunt equo in capite et intra corp9. Dicendum est de his que eueniunt eis iuxta tergum Fit igit quedã lesio i equi tergo rũpẽs aliquãdo aliquã partem corii dorsi in tergo. et quandoq3 fodiens dorsum vsq3 ad ossa . que ex nimia oppressione selle vel alterius ponderis efficit. q̃ lesio a pluribus cornus nuncupat . CVRA Folium caulis cum anxũgia porci trita superponat · et sella vel pannellum superponat / vt premat medicinam super ipsum cornu cõtinue. Ad idem valet scabiosa cũ anxũgia porcina simul trita· Item ad idem valet cinis superpositus cũ oleo agitatus. Item ad idem fuligo cum sale et oleo agitatis· Item adidem stercus humanum recens superpositum multũ valet· Et nota q cornus citius curatur radicitus/si equus equitet. supposito aliquo medicamine predictorum ⁊ medicinis sepius renouatis · Deuulso cornu et radicit9 extirpato locus stuppa minutissime icisa ⁊ postea inuoluta i puluere de calce ⁊ melle vt dictum est in vermis capitulo impleatur Abluto tamen prius decenter vulnere cum aceto vel cum forti vino aliquantulum calefacto· et hoc fiat bis in die/ donec fuerit solidatum. Cauendum tamen est ne aliquod pond9 superponat in tergo / donec carnes vulneris corio fuerint adequate.

De morbo pulmonis · et ei9 cura


It et alia lesio i equi dorso faciens inflationes in eo. deinde generat ibidem carnes putrefactas· que accidit ex oppressione indecentis selle / vel alicuius superflui oneris frequentati/nam talis inflatio cum veterascit/putrefactionem inducit. ⁊ quandoq3 putrefactione antiquata iuxta ossa efficit quedam coagulatio carnis infecte· eiciens continue putredinem uelut aquam · ⁊ hic morb9 dicitur lesio pulmonis in vulgo · CVRA. Hic morbus circũquaq3 funditus incidatur· postea superponatur stuppa in albumine oui infusa et vsq3 ad terciã diem semel tantũ in die mutetur Deinde fiat vt de cornu dictum est supra . Salubrius vero curatur cum puluere resalgari. ut in infirmitate vermium dixi· nam sine icensione aliqua medicatur/equo dolorem minime patiente·

De morbo spallaciaꝝ et cura ei9.


It et alia lesio in tergo tumefactionem inducens in summitate spallaꝝ equi / faciens quãdam callositatem carnium circa spallas eius superficiem superantem tumefactione predicta eidem antiquitus imminente. que accidit similiter ex nimia oppressiõe vt dixi· et he spallacie dicuntur nomen ex opere assumentes ·

CURA. Per omnia vt dictum ē in precedenti capitulo de pulmone. Si vero spallacie dure fuerint mollificent' cum maluauisco ꝛ caulibus tritis cum anxungia porcina veteri additis etiam absintbio paritaria ꝛ branca vrsina et simul bene tritis ꝛ postmodū dedecoctis in olla ꝛ superpositis. hoc autem mollificatiuū fiat antequam spallacie incidant'. vel resalgarum superaspergat' ut ꝑdixi.

De aliis diuersis egritudinib9 q̄ tergo accidunt. ꝛ eaꝝ curis.

Fiunt ꝛ alie multe lesioēs in dorso equi/ ꝓpter oppressionem predictam in epte selle vel ponderis in humeris. Et quandoq3 fiunt ex superfluo sanguine vel humore/ velut vesice paruule plene sanguine putrido que rumpunt carnem et corium equi ī dorso. Deinde efficiūt' vulnera paruula siue magna. que omnes dicuntur vulgariter lesiones. Sed est sciendum ꝙ lesiones predicte quāto propinquiores sunt ossibus dorsi / tāto deteriores existūt/ periculum aliquādo inferentes. CURA. Omnes fere lesioēs que tergo accidūt/ habēt principium a tumore. vnde cum principiis sit obstandum/ statim cū videtur tumor fieri in aliqua parte dorsi cum rasorio illa tumefactio abradatur. deinde fiat emplastrum de faria tritici attaminata decenter. et cū oui albumine agitet'. et ea super linea pecia posita super tumefactionē ponat' nec remoueat' inde violenter emplastrum. sed cū leuiter videbit' tolli posse tollat'. ꝛ si putredo erit ibi cōgregata coriū cū ferro cuspideo aliquātulum calido in parte inferiori tumefactionis perforet' vt inde egrediat' putredo. Post hoc vero sepe vngatur in die cū aliquo liquido vnctuoso. Fiunt etiam quandoq3 rupture vel excoriationes in dorso equi ex oppressione oneris vt predixi. vel occasione alicuius baroli vel carbūculi/ ex superfluitate sanguinis generati. que illico debent radi. ꝛ superaspergi assidue puluis calcis viue cū melle combusto. vt in muri capitulo docet' ablutis prius vulnerib9 cum vino calido vel aceto. Et caueri debet a sella vel alio simili. dum liberatus existit. Sciendum est tamē ꝙ vbicunq3 fuerint tumefactiones ī dorso vel tergo equi/ subueniri debet cum emplastro farine tritici agitati cum oui albumine. vt superius dixi. Et in omnib9 planis lesionibus solidandis/ superponunt' hi pulueres. videlicet mirtum siccum puluerizatū vel gola leuis puluerizata. vel pecia lini cōbusta. vel corium aptatum cōbustum. vel putredo ligni putrefacti que carolus vocat'. Sed super omnibus aliis supradictis/ dictus puluis de calce et melle mirabiliter operatur ante tamen appositionem puluerum predictoꝝ/ lesiones semper ablui debent decenter cum vino calido vel aceto. Etiam et vt pili post solidationem carnium renascantur/ testa auellane vel testudinis cōbusta teratur. ꝛ cum oleo agitato sepius vngatur Ad idem valet carta bombicina. vel bombix cōbustus et cum oleo agitatus. Item nota ꝙ sal in aqua sufficienter infusum vel in aceto quod est

melius/multum valet cōtra omnem
tumefactionem incipiētē in dorso.

¶De morbis qui accidunt in cruri
bus et pedibus equi. ꝛ aliis quibus
dam. Et primo de morbo malferuti
et cura eius.

Completo tractatu lesio
num tergi/sequitur de his
que accidunt in cruribus
ꝛ pedibꝰ ꝛ quibusdam ali
is membris. et primo de morbo mal
feruti. qui veniens in lumbis equi /
dolores in eis vel in renibus equi in
fert. attrahens neruos lumborum et
renum icessanter. qui subito accidit
ex superfluitate malorum humoꝝ. ꝛ
aliquādo ex frigiditate diu ante as
sumpta. et sepe accidit propter sup
fluum et immoderatum pondꝰ in eq̄
tergo improuide positū. vnde equꝰ
vix potest se ex parte posteriori eri
gere/ vel crura decenter leuare ꝛ hic
morbus vulgariter dicit malferutꝰ
CVRA. ¶In hac egritudine renes
vel lumbi equi patientis optime ab
radantur. deinde fiat ibi strictoriū
tali modo. Accipiat pix naualis et
liquefacta decenter in quadam pelli
cula extendat ad longitudinem ꝛ la
titudinem lumborum vel renum. de
inde accipiat bolum armenum armo
niacum pix greca galbanū olibanū
mastix sanguis draconis galla eq̄li
pondere. et omnia ista terantur. ꝛ de
center puluerizata/ superaspergant
super picem predictam aliquantulū
calefactam. ꝛ ponat super renibꝰ pa
tientis pilis abrasis. ꝛ inde nō mo
ueat/donec leuissime poterit remo
ueri Ad idem aliud strictorium meliꝰ
accipiat cōsolida maior bolum ar
menum galbanum armoniacum pix
greca mastix olibanum sanguis dra
conis sanguis equinus recens vel sic
catus. tantum vero de mastice pice
greca ꝛ olibano/quātū de omnibus
aliis. ꝛ puluerizent simul vel per se
ꝛ cum albumine oui ꝛ bona quātita
te farine tritici misceant. ꝛ super v
na pecia forti de lana bene extensa
ponantur. ꝛ fiat per omnia vt de p̄
cedenti dixi emplastro. Item ad idē
remedium vltimum. renes vel lumbi
patientis decenti ferro calidissimo
coquant. crebras ꝛ multas lineas p
longum ꝛ ex transuerso faciendo ab
vna parte renum vsq; ad aliam ꝑ
tendentes. Nam supradicta emplas
tra renes consolidant humores exsic
cant. neruos mitigāt. ꝛ ignis carnes
desiccat attrahit ꝛ coartat.

¶De morbo sculamati. et cura eiꝰ.

Accidit hec egritudo que
vulgo dicit sculamatus/
que mouet vel separat ca
put anche de loco vbi sta
re naturaliter debet/ in motu vel cur
su equi cum pes labit vltra velle ul'
cum versus terram premit indirec
te. Accidit etiam aliquando quando
pedes posteriores equi retibus vin
culantur. ¶CVRA. ¶Ponatur as
talata conueniens per vnū semissem
sub leso capite anche. vt humores q̄
ad locum cōcurrerunt per astalatam
viam habeant exeundi. et locꝰ circū
circa manibꝰ sepe prematur / ut egre
diatur putredo. et paruo passu mo
ueatur equus / vt humores facilius
exeant propter motum. Deinde fiat
strictorium tali modo. accipiat pix

naualis et greca olibanum et mastix et aliquantulum sanguinis dracōis ⁊ tātū de pice nauali/ q̄ntū de ōib⁹ aliis ⁊ puluerizentur ⁊ simul cū pice nauali omnia liquefiant. ⁊ tantum calida quātum pati poterit ponātur in capite anche lese extensa. et super ea ponat̄ stuppa minute incisa. Ad idem valet si ponant̄ in loco leso sethones. qui assidue humores ibi venientes expellant. Ad idem quod vltimum est remedium/ locus lesus anche tam per longum q̄z ex trāsuerso decentib⁹ lineis decoquat̄/ vt restrigant̄ humores.

De lesione spallati. et cura eius.

Accidit in spalla lesio vt i ancha ex eisdem causis. ⁊ etiam ex ictu calcium alicuius equi. ⁊ que curatur eodēmodo vt ancha. ⁊ de lesione ei⁹ dictum est supra proxime.

De egritudine pectoris et cura ei⁹

Accidit quandoq̄z q̄ pect⁹ equi ex superfluo sanguine vel labore vel onere aggrauat̄ in tantū/ q̄ equ⁹ videt̄ in motu anterius aliquātulū impediri. CVRA. Consuete vene sufficiēter ab vtraq̄z pte pectoris minuant̄. Deinde sethones ponātur sub pectore. qui bis agitent̄ in die vt in capitulo vermium dixi. et vsq̄z ad. xv. dies nō tollant̄ ab eo.

De morbo zarde et cura eius.

Licet supra dixerim morbū zarde naturaliter equo euenire/ tamen et accidētaliter ei cōtingit cum immoderate oppressus est et crebris equitatibus festinatus/ propter debilitatem et teneritatem ipsorum. Citius tamen in cruribus equi superflue impinguati/ cum oportet equitādo subito fatigari. quoniā dissoluūt̄ ex dictis causis humores superflui/ et ad crura descendunt. vnde fiunt zarde in garecto vt supra dixi.

CVRA. Cum videtur equus i garectis tumefieri ad modum nucis vl̄ amplius exterius vel interius. stati subueniatur cum decenti decoctione per longum et obliquū in tumido loco. et zardis decoctis/ stercus bouinum calidum cum oleo calido agitatum superponatur semel tantū nō āplius. Deinde rechinis et pedicis tā anterius q̄z posterius taliter alligetur q̄ equus cocturas nullo modo carpere possit. nec ad aliū pedem fricare. nec in aliquo loco duro/ ne possint excoriari cocture. nā propter assiduum cocturaꝝ pruritum/ equus auide fricat vel mordet locum decoctum. et a die decoctionis vsq̄z ad dies. xi. erit hoc diligenter seruandum. Excoriato vel separato corio a lineis cocturarū/ quod in. ix. vel. x. diebus contingit equus in aqua frigida velocissima teneat̄ a summo mane vsq̄z ad mediam terciā/ ita q̄ aq̄ tangat et supet cocturas predictas. Eo vero ab aqua remoto super lineis cocturarum puluis terre subtilissimus vel cinis filicis aspegatur vt dixi. Idem etiam in sero fiat vt teneatur in aqua ab hora vespertina vsq̄z ad solis occasum. et puluis superaspergatur vt dixi. et cōtinuetur hoc omni die mane et sero/ donec ignis fuerit solidatus decenter. nam aqua

velox et frigida humores desiccat. et ulcera ignis consolidat et constringit. Et nota quod in omni coctura debet equus diligentissime custodiri/ ne cocturam possit mordere/ vel in aliquo loco fricare. quia ex nimio pruritu locum dentibus usque ad neruos et ossa morderet.

De morbo spauenii. et cura eius.

Hic morbus fit circa garectum intrinsecus ex latere garecti paulo inferius/ inflationem inducens circa venam nigram que dicitur fontanella. trahens humores per venam magistram assidue. unde equus fatigatus/ cogitur dolere. et hec lesio accidit equo per omnia velut zarda. et vocatur spauenius. CURA. De predicta vena sanguinis trahatur intantum/ quod per se sanguinem non emittat Deinde tumefactio spauenii per longum et obliquum decentibus lineis decoquatur. Et fiat per omnia ut in dicto zarde capitulo continetur.

De curua. et cura eius.

Hec egritudo hec subtus caput garecti in magno neruo posteriori eiusdem. tumefactionem aliquam faciens per longitudinem ipsius nerui. indignans continue ipsum et ledens Et quia idem neruus quasi totum corpus equi sustinet/ cogitur necessario claudicare. Accidit autem hec egritudo/ cum equus iunior equitatur inde bite. sepiusque contingit ex onere superfluo imposito sibi. tunc enim propter etatis teneritatem/ incuruatur neruus ex quo nominatur curua/ ex opere nomen assumens. CURA. Cum dictus neruus qui incipit a capite garecti et tendit inferius iuxta pedes in posteriori parte cruris videtur aliquid incuruari vel plus solito ingrossari. statim ingrossatio illa tam per longum quam per obliquum decenter coquatur. Deinde fiat per omnia ut supra de cocturis expressi. Et est notandum / quod ubicunque fiunt cocture in cruribus equi / fieri debent per longum et obliquum. sicut pilus equi descendit inferius. quia melius cooperiuntur a pilis et minus apparent quam si fierent ex transuerso et minus lederent equum / si aliquis crurium neruus tangeretur ab igne

De spinellis. et earum cura.

Hic morbus qui spinella dicitur et vocatur fit subtus garectum in iunctura ossis garecti eiusdem in utroque latere. et aliquando in uno tantum crescens super os ad magnitudinem auellane vel magis. reprimens iuncturam in tantum quod equus multotiens cogitur claudicare. et accidit his causis ut curua. CURA. Dicte spinelle sunt diligenter coquende atque curande ut predicte cocture curantur in omnibus et eodem modo.

De morbo suprossi. et cura eius.

Sunt in equi cruribus multa et diuersa suprossa. ut cum mordetur. vel cum calce percutitur. vel cum ipse de crure percutit aliquam rem duram que non tantum nociua quantum deformia sunt in equo que etiam in aliis partibus corporis / non solum in cruribus sepe fiunt. CURA. —

Cum omnia suprossa icipiunt fieri
ex quadam callositate carnium ex p
cussione aliqua veniente/ statim cū
fieri videbit callositas abradat. et
accipiat absinthium paritaria ꝛ brā
ca vrsina scilicet folia tenera · ꝛ terā
tur in simul cum anxungia porcina
veteri ꝛ coquant. ꝛ cocta tātum ca
lida quantum pati poterit super cal
lositatem ponant ꝛ bene ligent. Et
nota ꝙ hoc mollificatiuum multum
valet ad omnes inflationes cruri
um / ex percussione aliqua venien
tes. Item ad eandem callositatē om
nino dissipandam/ualet radix malu
auisci ꝛ radix lilii ꝛ cap si barbari tri
ta cum anxūgia ꝛ decocta. ꝛ cum pe
cia superposita ad modum ēplastri
ꝛ pluries renouet. Item valet cepe
assatum cum lumbricis terrestribus
tritum/ ꝛ cū communi oleo agitatū
ꝛ coctum. ꝛ calidum superponatur·
ꝛ sepe renouetur in die. Si vero cal
lositas illa fuerit antiquata ꝛ dura
effecta/ea prius abrasa cum lancea
scarificetur minute vt sanguinet. De
inde sal ꝛ tartarū equali pondere sub
tiliter trita super callositatem ponāt
ꝛ ligentur stricte. nec vsqꝫ ad diem
tercium dissoluant· ꝛ tunc cum fue
rint dissoluta/locus vngat butiro
vel aliquo vnctuoso· Item ad idē o
uum vsqꝫ ad duriciem decoctū ꝛ mū
datum/calidum supra callositatem
abrasam ponat ad modum placētu
le ac liget· nec vsqꝫ ad diem tercium
dissoluatur nec renouetur· ꝛ plus si
videbitur expedire. Item valet ster
cꝰ caprinum cum farina ordei ꝛ cre
ta in aceto fortissimo agitatum · ꝛ
postea superpositum ad modum em
plastri· Si vero callositas illa du
ra non decrescat / sed in suprossum
redigatur antiquum· decentibus coc
turis quod est vltimum remediū suc
curratur.

De attractione· ꝛ cura eius·

AIt ꝛ alia egritudo in cru
re anteriori tumefaciens
ꝛ indignans neruum ꝛ fa
ciens claudicare. que faci
le accidit equo in cursu vel motu cū
pes posterior percutit neruum an
terioris cruris. que passio attractio
vocat a vulgo. CURA. Cum
neruus predictus tumescit / stati de
vena consueta que est supra genua
parum in parte iteriori minuat· De
inde fiat hoc mollificatiuum valens
contra indignationem ꝛ tumorē ner
uorum Accipiatur fenugrecum semē
lini sqnilla terebētina ꝛ radices ma
luauisci equali mensura/ ꝛ cum anx
ungia veteri porcina decenter teran
tur vt simul incorporentur. postea
bulliant ꝛ semper agitentur cum spa
tula. ꝛ sufficienter cocta· ponant ca
lida supra longitudinē neruꝫ lesi. et
cum fascia lata ligentur ꝛ bis reno
uentur in die. Ad idem etiam valet sa
tis cepe assatum cum lūbricis terres
tribus/et limacibus et butiro lique
facto. et simul agitatis vsqꝫ ad spis
situdinem decoquantur· et semp agi
tentur vt fiant sicut vnguentum. et
de ipso abrasis pilis ter in die ner
uus lesus per longum vngatur. Si
uero cruris attractio sit vetusta fleu
bothomet de vena cōsueta· que ē po
sita inter iuncturam et pedem ex late
re interiori· et fiant postea medicine
quas supra narraui· Si dicta medi

camina per aliquot dies parum vel nihil proficiant. tunc neruo leso circunquaqz abraso / fiat strictoriū de puluere rubeo ⁊ oui albumine ⁊ farina / vt docui in capitulo malferuti crus vbi lesio est cum canabo vel lino et predicto strictorio inuoluēdo nec inde remoueat' usqz ad. ix. dies. Postea vero cum aqua calida strictorium a crure caute leuet'. et neru9 vngat' cum aliquo vnctuoso Et si predicta non pfuerint / cocturis de centibus succurratur.

De morbo scortilati. ⁊ cura eius.

Accidit quandoqz ꝙ iunctura cruris iuxta pedes ledit' ex percussione quam facit in aliquo loco duro vel ex precipitatione eius i cursu ul' motu. aut quia pes quandoqz indirecte premit' versus terram. que passio vulgariter dicitur scortilatus.

CVRA. Fiant pultes de furfure tritici et aceto forti ⁊ sepo arietis sufficienter mixtis. que simul vsqz ad spissitudinem bulliant agitata decenter. ⁊ calida quantū pati poterit ponant' super locum lesum. ⁊ cum pecia cōgrua bñ ligent'. ⁊ quolibet die semel renouent'. Si vero iunctura tumefacta patit' indignationem neruorum fiat emplastrum fenugreci seminis lini et squille ⁊ aliorum vt in precedenti capitulo dixi Sed si occasione scortilature predicte / os a suo mouet' loco. pes equi socius claudicantis eleuet' in altum / et cum equi cauda liget' Deinde ducat' ad manū versus loca montuosa quia ex necessaria oppressione iuncture vers9 terram / os disiunctum aliquid ab alio vel aliquo modo motum / instanter ad suum locum reuertitur sicut debz sed tamen prius debet fieri mollificatiuum quod predixi. Adest etiam aliquando / ꝙ vnum os ab alio sic disiungitur / ꝙ vix aut nunqz ad suum locum cōmode potest reduci. ex quo iunctura tumefieri cogitur inflatione durissima. Cui cocture beneficio subueniri oportet. Et nota ꝙ omnium curarum narratarum superi9 coctura ignis vltimum est remedium.

De lesione spine vel ligni ⁊ cura ei9

Contingit aliquando ꝙ spina vel lignum intrat in iuncturas pedum vel genua. vel in aliquam ptem cruris / et intra carnes remanet. propter quod vulnus vel totū crus tumescit / et maxime si neruum tāgat ⁊ sic cogitur claudicare.

CVRA. Abradatur super vulnus ⁊ vndiqz circa ipsum pilus. ⁊ tria capita lacertarum aliquantulum trita / ponātur super vulnus / ⁊ cum pecia fascietur. Ad idem valent radices arundinis ⁊ radices diptani trite ⁊ super posite. Idem faciunt limaces cū butiro trite / et cocte postmodum et sup posite. que medicine sepe renouate lignum vel spinam infixā carni mirabiliter ad exteriora deducunt. Et nota ꝙ ad omnem inflationem mollem et recenter factam que fit preter naturam ex percussione aliqua i genibus vel iucturis vel in aliqua parte crurium / satis valet decoctio mixture subscripta. videlicet accipiatur paritarie absinthii brance vrcine de folijs quod tenerrimum est. et cū

anxungia porcina veteri tam diu te rantur / q optime misceantur. et postea in aliquo vase bulliant continue agitata et cocta / calida quantum pati poterit super loco leso ponant. et cum pecia fascientur. et sepius renouent.

De gallis. et ipsarum cura.

Sunt galle sepe naturaliter circa iuncturas. et sepe accidentaliter ex fumositate fimi stabuli cruribus madefactis / ex quo humores naturaliter dissoluunt. fiunt etiam quandoq in equo iuuene ex superfluo equitatu. CURA. Sunt aliqui curare volentes gallas qui cu lancea scindunt corium / et inde gallas extrahut vel resalgarum interius ponunt / qd malum est quia locus talis nimis neruosus est. et ideo in tantu dolor augetur / q superflui humores ad locu concurrunt. ideoq melius est q gallosus vsq ad genua mane et sero in aqua frigidissima et velocissima teneatur totiens q galle minuantur propter coartationem aque frigide. Deinde circa iuncturam gallarum fiant tam p longum q per obliquum cocture decentes. que postea curent ut pluries est expressum.

De garpis. et earum cura.

Sunt garpe in iuncturis cruriu circa pedes in parte posteriori rumpentes ibi corium et carnes ex transuerso incidentes. et quandoq per longum sepe producentes per scissuras putredinem velut aquam equu ardore assidue affligentes. que accidunt ex superfluitate malorum humoru ad crura descendentium. CURA.

Pili iuncture sunt depilandi prius hoc mo. Accipiant calcis viue tres partes / et auripigmenti quarta. que trita decenter cum aqua calidissima agitentur / et tam diu coquant / q pena immissa subito depilet. et lesa iuncture garparum ex ea tantu calida quantum pati poterit inungat et spacio vnius hore dimittatur ibidem. Postea vero cum aqua calida locus garparum lauet ut pili cadant in totu. Quibus euulsis / lauent garpe cu decoctione maluarum et furfuris. et ipsorum substantia cu pecia ligetur circumcirca iuncturam. et ibi dimittat a sero vsq ad mane et econuerso. Postea vero fiat vnguentum de sepo arietis cera et resina equali mensura. et inuicem decenter bulliant. et assidue agitentur. et de tali vnguento aliquantulu bis in die garpe vngant cum penna galline. et hoc vngento vtat donec scissure ac rupture garparum fuerit solidate. semperq caueatur ab omni sorde et aqua. Cum autem fuerint solidate ablaqueet et incidat vena magistra sursum in coxa interius / ut in spauenii capitulo dixi. Sanguine aute ut debet detracto. garpe coquantur. et cocture curentur / ut dictum e supra. Sciendum est tame q garparum infirmitas raro perfecte curat.

De crepaciis et ipsarum cura.

Sunt similiter egritudines inter iuncturam cruris et vngulam / corium rumpetes et carnem ad similitudinem scabiei. Aliquando putredinem emittentes. et ex ardore multoti

ens equum dolere facientes / que so
lẽt euenire pluries ex fumositate sta
buli cruribus madefactis. ¶ CVRA
Curentur vt dictum est in capitulo
precedenti. excepto ꝙ vena magis
tra non laqueetur. nec crepacie aliq
bus cocturis sunt coquende In pre
cedenti tamen capitulo additur / ꝙ e
uulsis prius pilis mõ pscripto hoc
vnguẽto vtat᷑. Accipiat᷑ de fuligine
de verderamo ⁊ de auripigmento ⁊
tantum de melle liquido vt de omni
bus predictis. que trita ⁊ in simul
ligata vel agitata / vsq; ad spissitu
dinem decoquant᷑ / ⁊ misceat᷑ cũ eis
aliquãtulum calcis viue. semperq;
misceãt᷑ cum spatula donec fiat vn
guentũ. de quo aliquãtulum calido
bis in die vngant᷑ crepacie. ipsis pꝰ
ablutis cum vino albo aliquãtulum
tepefacto. cauendo semper eas a sor
dibus vt predixi. hoc enim vnguen
tũ crepacias mirabiliter consolidat
⁊ constringit. Ad idem facis valet fri
catio fortis ⁊ frequens crepaciarum
cum puerili vrina. Itẽ valet si equꝰ
paciens diu teneat᷑ in aqua marina
¶ Fit etiam quedam alia crepacia lon
ga ⁊ magna ex transuerso in bullesi
o inter carnem viuam et vngulã. q
deterior est aliis / ⁊ magis equum af
fligit. que non curat᷑ vnguentis nec
aliis medicaminibus / nisi cocturis ⁊
ideo ipsa crepacia in extremitatibus
suis cum ferro in capite rotundo fũ
dicus est coquenda. nam beneficio ig
nis / ipsa crepacia non potest augeri
sed minui.

¶ De cancro ⁊ ipsius cura.

Cancer fit circa iuncturas
crurium iuxta pedes. et
quandoq; in aliis parti
bus cruris vel corporis /
veniens ex aliquo vulnere ibi facto
⁊ postmodum per negligentiã antiq
to / cum equus habens vulnus in iũc
tura predicta equitat᷑ per turpitu
dines aut aquas. ¶ CVRA. ¶ In
quacunq; sit parte corporis / hoc mõ
curat᷑. Accipiat᷑ succus affodillorũ
in bona quantitate. et agitet᷑ diu cũ
duabus partibꝰ calcis viue ⁊ tercia
auripigmenti subtiliter triti. Deinde
ponat᷑ in quodam vase fictili opila
to postmodum / ne fumus vel vapor
inde possit exire. ⁊ tantum dimittat᷑
bullire ⁊ coqui / ꝙ in puluerem redi
gatur. ⁊ de tali puluere mittat᷑ ĩ vul
nus. Mortificato cãcro / curetur vul
nus cum albumine oui ⁊ aliis / vt su
perius continetur. abluto prius sem
per cancro cum aceto. Signum autẽ
mortificationis cancri est / cum vul
nus circunquaq; tumescit. ¶ Ad idem
valet stercus humanum puluerisa
tum et mixtum cum tartaro cõbusto
equali mensura. Item valet ad idem
tartarum combustum cum sale minu
to mixtum et superpositum. Item a
liud medicamen melius mortificans
cancrum. Allium bene tritum cum pi
pere ⁊ piretro. ⁊ aliquãtulo axun
gie porcine veteris tritis adinuicem
mittatur in vulnus cancri. ⁊ stricte
ligetur. ⁊ bis in die mutetur / donec
cancer mortificetur. Deinde curetur
vulnus vt dixi. ¶ Et nota ꝙ predic
te medicine sunt bone in locis neruo
sis. ⁊ in arteriis vndiq; intricatis ⁊
venis. nam in talibus locis non est

utendum cocturis. sed in carnosis e is uti nullatenus est verendū immo cum cocturis facilius curat in ipsis

De fistula. et eius cura.

Si vulnus predictum can cri et ipse cancer antique tur et non curet / converti tur in fistulam / que est de terior et difficilior ad curandū. Sed solet curari aliquando cū affodillo rum pulvere immiscendo eidē de pul vere auripigmēti quantum de calce viua / ut violentior fiat. Item aliud violentius ad sanandum fistulā. Ac cipiat calx viua et tantumdē auri pigmenti. que pulverizata decenter agitentur cum succis allii cepe et ebu li equali mēsura. et sufficiēter bulliāt in melle liquido et aceto. et agitentur continuo / donec fiat unguentum. de quo mittat in fistulam bis in die. vulnere cum aceto fortissimo prius abluto. Ad idem accipe auripigmen tum verderamum calcem viuā equa li pondere. et de atramento et piretro et cum aceto et melle aliquātulum de coquātur et semper agitent. et de ipso velut magdaleones bis in die mitta tur in fistulam / donec mortificata e rit. abluto semper vulnere cū aceto. Item aliud violentius omnibus su pradictis. Resalgarum pulverizatū cum saliua hominis agitatum intro mittat intus fistulā moderate. Est autem signum mortificationis eius quando tumescit et rubet. Mortifi cata vero fistula curet vuln9. ut in aliis vulneribus continet. Si vero i locis carnosis crearet fistula / fiat p omnia ut in cura cancri continetur.

De morbo malpiconi. et cura eius

Est et alia egritudo q̄ vul gariter dicit malpiconū que fit ꝓprie in bulletis ungulaꝝ equi ubi carnes viue iungunt ungulis. que velut in fusio impedit equi gressus. Et quā doqꝫ fit in uno pedum. et quandoqꝫ transit ad omnes si non curetur istā ter. et quandoqꝫ facit ulcera euenire in lingua equi Accidit autem de leui ex malis humoribꝰ ad ipsum locum decurrētibꝰ. et sepiꝰ ex stabuli fumo sitate / pedibus ab aqua et sordibꝰ nō siccatis. CURA. Primo e qui patientis ungule usqꝫ ad subtili tatem preparentur. deinde cū rosuec ta ferrea bullesia pedis usqꝫ quasi ad viuū ungule ānibiletur / ut bulle sia possit undiqꝫ euaporare. Deinde ab utraqꝫ parte bullesie fleubothome tur. ut inde euacuent humores qui ad locum cōcurrerunt. uel cum ferro cuspideo ab utraqꝫ parte funditus decoquatur. et semper caueatur a sor dibus et ab aqua. et non debeat fati gari / Postea vero fiāt pultes de fur fure et aceto q̄ simul bulliant. et quo tidie agitentur / que tantum calida quantum pati poterit super quadā pecia bene ampla extendatur. et circa pedem lesum ponatur. et bis in die mutetur. et ab herbaꝝ comestione ca ueatur omnino. ac etiam de aliis re bꝰ paꝝ cōedat donec fuerit liberatꝰ nam herbe ceteraqꝫ cibaria multa hu mores augmentant.

De furina et cura eius

Est etiam quedam infirmi tas q̄ furina vulgariter dicitur. inter iuncturā pe

dis ⁊ pedem supra coronam prope impasturam que accidit ex percussio ne in aliquo loco duro. et etiā occasi one male ⁊ indecētis pedice solet sepi us euenire · que nisi adhuc dū est re cens curet᷑ / efficitur super os durissi mum cum veterascit. extendens se ali quando uniuersaliter per coronam· Cui subueniendum est siue sit recens siue fuerit antiquata / vt dictum est in cura suprossi · ¶ Et nota ꝙ hec infirmitas plurimum impedit gressꝰ equi· quia locus vbi furina orit᷑ / ner uosus ē ⁊ plenꝰ venis et arteriis vn diqꝫ intricatis.

¶ De egritudinibꝰ pedum ⁊ vngula rum · ⁊ primo de morbo site ⁊ cura eius·

Completo tracta tu de lesionibꝰ membroꝝ equi ⁊ crurium· Restat di cere de infirmitatibus vn gulaꝝ ⁊ pedum. ¶ Et primo de sita que fit in equi vngula siue pede / vn gulam usqꝫ ad tuellum intrinsecū per medium scindens· ⁊ quādoqꝫ incipit a corona pedis· ⁊ tendit per longū inferius usqꝫ ad extremitatē vngule seu pedis · emittens aliquādo viuū sanguinem per scissuram· Accidit au tem ex lesione tuelli intra vngulā ex istentis / cum hec infirmitas initium ⁊ caput habeat a tuello· Et quando qꝫ accidit cū equus est iuuenis ꝓp ter vngule teneritatem. nam percutiē do vel acriter premendo in aliquo loco duro ledit᷑ tuellus tenerrimus vt predixi· propter que claudicat e quus cum sepius equitat᷑ ¶ CURA· Inquirant᷑ radices site versus tuel lum iuxta coronā pedis inter viuū ⁊ mortuum vngule cum rosuecta· et desuper incidat᷑ / quousqꝫ vngula in cipiat sanguinare · Deinde accipiat᷑ serpens et minutatim incisus abiectis cauda ⁊ capite / in quodam uase ole o cōmuni pleno decoquat᷑ in tantū ꝙ carnes serpentis in oleo liquefiāt ⁊ ab ossibus separent᷑ · ⁊ de his fiat vnguentum / ex quo aliquantulū ca lefacto / radices site bis in die vngan tur / donec sita mortificetur / ⁊ vngu la in statum pristinum reducat᷑. Sē perqꝫ cauendum est / ne pes patiens a sordibus vel aqua tangat᷑. ⁊ ꝙ e quus herbas nō comedat vllo mō·

¶ De supposta· ⁊ cura eius·

Et hec lesio que supposta vocat᷑ inter carnem viuā ⁊ vngulam. faciens rup turam carnis ibidem que si antiquatur / sepe cancer efficit᷑ · Et accidit cum casu pes equi ponit᷑ sup alium pedem. ¶ CURA . ¶ Statim cum fit vulnus occasione predicta / incidat᷑ cum rosuecta tantū de vngu la circa vulnus / ꝙ vngula carnem viuam non premat nec tangat eādē nam si premeret / cōsolidatio impedi retur omnino. ¶ Abscisa autem vngu la circunquaqꝫ / ablutoqꝫ vulnere cū vino calido vel aceto / curetur ⁊ soli detur vulnus vt in precedentibus ɔ tinetur· semperqꝫ caueatur a sordibꝰ et aqua. donec vulnus fuerit solida tum · Si uero per negligentiam redi gatur in cancrum curetur ut in capi tulo cancri continetur· Si autem cō uertatur in fistulā / curetur vt i fistu le capitulo est contentum .

¶ De spontatura vngularum· et cu ra eius·

Accidit aliquando q equi infusio non curata descē dit ad pedes subungulis cui si recēsest/succurratur hoc modo. Extremitas ungule i parte anteriori cū rosuecta parua caueatur fundit9/donec uena magistra q̄ illuc tendit cū rosuecta rūpat'. ꝛ sanguis fluat usq; q̄si ad debilitatē eq ꝛ si expedierit / idem in aliis pedib9 claudicantibus fiat. Post extractionem vero sanguinis/ impleat' vulnus sale minuto. et super ipsum ponatur stuppa in aceto infusa. deide ligetur fascia. nec dissoluat' usq; ad diem tercium. Deinde curetur vuln9 cum puluere galle vel mirti ꝛ lentisci bis in die abluto semper pri9 vulnere cum aceto. ꝛ a sordibus et aq̄ caueatur. donec fuerit liberatus.

De dissolatura ungularum ꝛ cu

Si vero humores /ra ei9 decursi ad pedes occasiōe infusionis iam dicte iter ungulasex incongrua cura fuerint antiquati / oportet pedes claudicantes penitus dissolari / ut humores ꝛ sanguis ibidem inclusi/ euacuentur in totum. Incidat' ergo sola subtus ungulam circa extremitatem ungule cum rosuecta. deinde violenter extirpet' extrinsec9. ꝛ stuppa in albumine oui sufficienter infusa/ponat' in vulnus. ꝛ pes totus optime fasciet'. ꝛ sic dimittat' usq; ad diem sequentem. Postea vero aceto fortissimo aliquātulum calido abluat' vulnus. ꝛ de sale minuto ꝛ tartaro ipleat'. ꝛ supponat' stuppa i forti aceto infusa/et pecia fasciet'. et sic usq; ad diem terciū dimittat'. Deide bis in die cum aceto abluatur/ et superaspergatur de puluere galle vel mirti aut lentisci. quia carnes consolidant ꝛ humores cōstringunt abluto semper vulnere prius cum aceto. ꝛ talis curatio fiat usq; ad carniū consolidationem/ ꝛ ungule renationem/et semper caueatur pes lesus a sordibus ꝛ ab aqua. Ad idem aliud unguentum utendum post appositionem salis ꝛ tartari/ cōsolidatiuum carnium ꝛ ꝓhibens fluxum humoꝝ. Accipiatur puluis olibani masticis ꝛ picis grece ꝛ aliquātulum sanguinis draconis. et misceantur cum cera noua liquefacta. et tantundē de sepo arietis ꝛ bulliāt simul ut fiat unguētum. quo aliquantulū calido/ utat' in cura predicta. Et nota q multe sunt infirmitates in quibus oportet ungulas dissolari. in quibus omnibus est predicta cura utendū. Item ad humectādum singulas ungulas ut leuius preparentur. accipiat' malua paritaria furfur ꝛ sepum. ꝛ oīa simul bulliant ꝛ agitentur continue ac de dicta decoctione sufficienter calida/ungule cū pecia inuoluantur.

De mutatiōe ungulaꝝ et cura ei9

Sepe accidit q desidia mariscalchi humores cōcursi ad pedes eq ꝛ diu inclusi in tantum intus ungulam antiquantur / q ungulā a tuello intrinseco separant exeundi viam querentes. Accidit etiam aliquando q ungula penitus et subito separat' a tuello et cadit/propter furorē m[illegible]torum humorum ad ungulā discur

sorum. ꝛ quādoqꝫ paulatim vngula se diuidit a tuello et nascitur noua sequens vngulam separantem. quod accidit propter paucitatem humoꝝ cui sic subueniatur. CVRA.

Statim cum rosuecta circū circa vet⁹ vngula incidatur / aliquantulum vbi iungitur cum nouella. ita ꝙ vet⁹ vngula dura / nouam non premat nec in aliquo ledat. Deinde accipiantur due partes sepi arietis ꝛ tercia cere / bulliantqꝫ simul agitādo ꝛ addēdo aliq̄ntulum olei / donec fiat vnguētum de quo aliquātulū calido / bis ī die noua vngula inungat᷑. Et nota ꝙ hoc vnguētum valet ad renatiōeꝫ et augmentationem omnium vngularum. sed caueat᷑ a sordibus ꝛ ab aq̄ Vngula vero que subito diuiditur a tuello ꝛ cadit. incurabilis credit᷑. sed talis cura adhibetur. Accipiatur pix greca olibanum mastix bolum sanguis draconis ꝛ galbanum equali mensura. et puluerizata subtiliter cum duab⁹ partibus sepi arietis et tercia cere / agitando coquant᷑. Deinde pannus lineus fortis infundat᷑ in eis. ꝛ de tali panno fiat capellum seu subtellaris ad modum tuelli. in quo tuellus ponat᷑. ꝛ bis in die capello extracto / abluatur tuellus aceto fortissimo tepefacto / et iterū in capello mittatur. Et est valde cauēdū ne tuellus ab aliquo duro tangatur et quandoqꝫ equus propter vngule amissionem recte stare non potest et tunc fiet eidem stratum de longis paleis / super quo pro velle quiescat Et q2 graue ac tediosum esset equo semper iacere / accipiat᷑ fortis pecia panni / vel fortificetur cum cingulis et in capitib⁹ optime ligata cum funibus / a medietate corporis usqꝫ ad pectus sub eo ponatur. et funes ligētur ad trabes taliter ꝙ equus sustineatur ab eis ꝛ in tantum eleuetur ꝙ equus cum pedibus tangat terram. Et nota ꝙ hoc artificio potest iuuari equus / quotiens propter aliquod impedimentum rectus stare nō pōt.

De diuersis inclauaturis ꝛ eaꝝ cura

Est quedam species inclauature / ledens funditus tuellum intrinsecum. Fit et alia que transit inter tuellum et vngulam / tuellum intrinsecū minus ledens. Fit etiam tercia / non ledens tuellum in aliquo / sed viuum vngule attingit et ledit. Prima species satis periculosa ē pedi q2 tuellū ledit. qui est quedam teneritas ossis ad modum vngule facta / vngulam nutriēs / ꝛ radices vngule in se tenēs CVRA. Si tuellus fuerit funditus nimis lesus subuenitur et salubriter cum vngule desolatione. Si vero fuerit parum lesus discooperiat᷑ cum ferreo instrumento sola vngula circa vulnus. ꝛ in tantum circa lesionem de vngula funditus incidatur / ꝙ lesio attingat᷑. et discooperiatur decēter. quia discooperta / subtilietur vngula sola circa lesionem / in tantum ꝙ spacium cōueniēs sit īter lesiōeꝫ ꝛ vngulā ita ꝙ ipa nō p̄mat nec adhereat lesioni quo facto vuln⁹ cū stuppa et oui albumine impleatur. Deinde curet᷑ vulnus cum sale minuto ꝛ aceto forti / ꝛ puluere galle vel mirti ul lentisci / vt dictum est in capitulo p̄cedenti. Si vero clauellus īter vngu

lam et tuellum transierit/minus peri culosum existit. quia tuellus non le ditur nisi ex latere. Sic autem curat' inclauatura/prius usqꝫ ad viuū fun ditus detegat' incidendo per longum vngulam/et ampliando circa vuln⁹ decēter. ⁊ circū incidat' vngula lesiōi ꝓpinqua/ ut vulneri non coherear vllo mō. Inclauatura autem discoo perta/vulnus abluat' cum forti ace to. ⁊ impleat' de sale minuto et coo periat' cum stuppa in aceto posita. ⁊ cum pecia fasciet'. ⁊ curet' lesio bis ī die vt supra narraui. Si autem sit tercia species que non ledit tuellum sed viuū vngule tangit et ledit fiat idem omnino ut ī secūda specie dixi adiungit' tamen et ꝙ discooperta ꝓ us inclauatura decenter/ exteri⁹ vn gule incidant' usqꝫ ad lesionē clauelli ut nihil turpitudinis vel alteri⁹ rei possit intra lesionem aliquo mō reti neri. Et nota ꝙ omnes alie inclaua ture que non tangunt neqꝫ ledūt tu ellum intrinsecum possunt leuiter cu rari. attentis prius lesionibus ꝓut debet hoc mō. Sepum vel cera vel o leum vel aliud vnctuosum calidum cum sale vel tartaro tritis fortiter/ mittat' in vulnus. Item valet fuligo cum oleo agitata. Item valet ad idē album en oui cum aceto ⁊ oleo agita tum. Et nota ꝙad omnes lesiones pedum et vngularum que accidunt occasione clauelli vel ligni vel alteri us rei intrantis in viuū vngule āte ꝗ̄ vngula vel pes tangat' ut iclaua tura inquirat' ut cōuenit. fiant pul tes de furfure sepo ⁊ maluis. q̄ ōia bulliant cum aceto usqꝫ ad spissitu dinem. et calida quātū pati poterit.

et in quadam pecia posita/super pe dem lesum ligentur. ⁊ sic a sero usqꝫ mane vel ecōuerso dimittant'. nam hec dolorem mitigant/ ⁊ poros vn gule temperant ⁊ humectant/ut faci lius vngula incidat'. semperqꝫ ab e quitatu aqua ⁊ fortibus caueat'. Ac cidit etiam ꝙ aliquando imperitia medicantis/inclauatura non bene at tingitur nec curatur. Unde contigit ꝙ putredo lesionis inclusa intra vn gulam/facit sibi viam inter carnem ⁊ vngulam ut exterius egrediatur/ rumpens carnem supra pedem/ibiqꝫ efficitur quoddā vulnus emittēs pu tredinem. quod vuln⁹ curari debet ut supra in eodem capitulo dixi In clauatura tamen iterū requiratur et attingatur usqꝫ ad viuū. Deinde cu retur ut in aliis inclauaturis ꝑdixi

De morbo qui dicitur fic⁹ ⁊ cura

Accidit quandoqꝫ/eius ꝙ pes leditur subtus vn gulā in medio sole/ ex fer ro uel alia re dura ītrante usqꝫ ad tuellum/ ex quo tuellus ledi tur. ex qua lesione cū vngula non in ciditur circunquaqꝫ vt debet. nasc tur a tuello quedam carnis superflu itas/que supat sole superficiē ad mo dum ficus. et ideo ficus vulgariter nominat'. CURA. Prius de un gula que circa vuln⁹ est incidat' fū ditus in tantum/ꝙ fiat conueniens spacium inter solam pedis et ficum. postea usqꝫ ad sole superficiē incida tur ficus. et extincto sanguine/spon gia marina super ficum ligetur/vt ip se ficus ad tuellum funditus corro datur. ⁊ spongia non moueatur inde

ff

donec remanens ficus fuerit in totũ corrosus. Postea vero curet᷑ lesio: ut dictum est in aliis lesionib⁹ pedũ In defectum tamen spõgie multum valet puluis affodillorũ / vel alteri us rei corrosiue predicto resalgari excepto / quod immoderate violentũ existit. Et est cauendũ ne ibi omnio coctura fiat nam tuellus propter te neritatem suam posset taliter ledi / q̄ ungula diuideret᷑ ab ipso.

De generalibus signis egritudinis equorum.

Equus claudicãs de pede anteriori / si non premit terram nisi cum puncta pedis / in ungula patit᷑ Equus claudicans si nõ plicat pasturalia vel iuncturas circa iuncturas ē lesio. Si equus claudicans anterius in reuolutione a dextris uel sinistris fit claudicantior / in spatulis dolor existit. Si equ⁹ posterius claudicãs in sua reuolutione fit claudicantior in ancha est passio. Si equus portãs dorsum depressum versus terram faciat in egressu passus minutos ⁊ crebros / pectoris lesione grauat᷑. Si equus anterius claudicans cum quiescit ponit pedem claudicantem ante alium nihil sustinens super ip̄m. in crure uel spalla patit᷑. Si equus claudicans posterius non sustinet se nisi in puncta pedis posterioris ⁊ ĩ motu suo iñcturam non plicet / vere in iunctura est lesio. Si equus habens dolores intra corpus habet continue aures et nares frigidas ⁊ oculos cõcauos / semiuiuus esse censet᷑. Si equus habens antiquor flatum narium emittat frigidum / ⁊ habeat oculos continue lacrimantes / quasi mortuus iudicat᷑. Equus habens infirmitatem cymoire vel vermis volatiui in capite / emittens per nares humores continue velut aquã pinguē et frigidam / vix euadet. Si equ⁹ habens infirmitatem aragaiaci emittat in tantum per anum stercora liq̃facta / q̄ nihil fimi in eius ventre remaneat et per effusionem nõ cesset infirmitas / in proximo morietur. Si equus habens egritudinem niularũ subito et vniuersaliter redigitur ĩ sudorem et omnia ei⁹ membra tremũt / non videtur euadere posse. Si equ⁹ habens egritudinem frigiditatis caput inflatum habens et oculos tumidos. ⁊ caput defert valde deorsum pendens et extremitates auricularũ pendentes et frigidas ⁊ nares simuliter frigidas / vix aut nunq̃ euadet. Si equus patiens morbum strãguilionis cum difficultate ac sonitu narium ⁊ gutturis spiritũ emittit / ⁊ totum guttur inflatum habet difficilie liberatur.

De mulis.

Si quem mulorum genus creare delectat / equã magni corporis solidis ossib⁹ ⁊ forma egregia debet eligere in q̃ non velocitatē sed robur exquirat. Eius etas quadrima usq; in decennem existat. Ex equo ⁊ asina vel asino et equa creantur muli. sed generosius nullum est huiusmodi aĩmal / q̃ quod ex asino ⁊ equa generatur. Admissarius ergo asinus sit huiusmodi. Corpore amplo solido musculoso strictis ⁊ fortibus membris

nigri vel murini coloris. aut rubei. qui tamen discolores pilos in palpebris aut auribus gerit variabit sobolem plerumqꝫ colorē. Minor triennio / maior decennio nō debet admitti. Si asinus visam equam fastidit ostensam prius asinā donec voluptas sollicitetur postea subducimus. et tunc equam incitata libidine nō spernꝫ. et raptꝰ illecebris sui generis in permixtione consentiet alieni. Etas muli cognosci dicit᷑ ut equorum Si nascant᷑ ⁊ morent᷑ in montibus / durissimis vngulis fiunt. Si vero in palustribus aut uliginosis nati sunt / vngulas habent molles. ⁊ ideo tales cum anniculi sunt debent a matre repelli ⁊ p mōtes asperos pasci ut eoꝝ vngule durescant. ⁊ ne itineris laborem in etate tenera solidati cōtēnant. Mensibus. xii. ut equi morantur in ventre matris. Accidunt mul᷑ egritudines alique sicut equis. que cognosci ⁊ curari possunt ut satis plene dictum est supra i tractatu equorum.

De asino

Asinorum genus qui facere vult bonum / primum videndum vt mares femi nasqꝫ bona etate sumat. firmas omnibꝰ partibus. corpore āplo. semine bono / ex his locis vnde optimi exeunt. Hoꝝ genera sunt duo. vnum ferū quos vocant onagros In Frigia ⁊ licaonia vbi sunt greges multi feri. Alterum māsuetū. vt sunt in ytalia omnes. Ad seminationem onager idoneus. qui e fero fit mansuetus facile. et e mansueto ferus nūq̄. Qui similes parentum nascuntur eligendi / ⁊ masculus ⁊ femina. Commode pascunt᷑ farre ⁊ furfuribus ordeaceis. Admittunt᷑ ante solstitium estiuum / ut in eodem tēpore alterius anni pariant / duodecimo enim mēse conceptum semen reddunt. Pregnātes opere alleuiande sunt. Venter ei ex labore deteriorem reddit nationē Mares vero labore alleuiande non sunt. eo q remissione laboris deteriores fiunt. In pastu eadem fere seruanda sunt que in equis. Post ptū ante annum pulli non sunt remouendi a matre. proximo anno noctibus patiant᷑ esse cum eis. ⁊ leuiter capistris / alia ve qua re habeant᷑ vincti. Tercio āno domari incipiūt. et istrui ad eas res ad quas quis eos vult habere in vsu. nam aliqui eos non eligunt nisi ad hoc vt onera portent. alii vt molas ducant. nonnulli ad vehendum eos disponunt. ⁊ pleriqꝫ ad arandū / vbi leuis est terra. Accidunt eis alique egritudines / que cognosci et curari possunt vt in equis curāt᷑

De grege boum. quales debent esse vacce ⁊ tauri.

In bubulo genere gradus borum quatuor dicuntur esse. Primi vitulorum secundi iumentorum. tercii boum nouelloꝝ / quarti vetulorum. Qui gregem armentorum emere vult obseruare debet primum vt sint vacce ad fructus ferendos etatis potiꝰ integre q̄ imperfecte. bene composite vt omnia mēbra sint grossa et inuicem sibi respondeāt / altissima forma corporis longi. vteri capacis ⁊ longi. lata fronte. oculis nigris ⁊ grādi

bus. pulcris cornib9/ ꝛ precipue ni
gris pilosis auribus. cōpressis ma
lis · palearis maximis· apertis nari
bus. Ceruicib9 grossis/ac longis a
collo· latis humeris· cruribus nigris
ꝛ paruis· Cauda profusa ad calces
inferiori parte frequētib9 pilis sub
crispis/rectis genib9· vngulis breui
bus ꝛ paribus/ corio ad tactum nō
aspero neq̧ duro / sed grosso potissi
mū nigro. deinde rubeo· tercio giluo
quarto albo· mollissimus enim hic ē
primus durissimus ceteri medii. E
tatis maxime trime quia usq̧ ad de
cennium fetus ex his procedit utili
or. Tauri cognoscunt͛ his signis vt
sint alti atq̧ ingentib9 membris. E
tatis medie. ꝛ magis qui iuuētute mi
nor est/ q̄ȝ qui declinat in senium·
Torua facie· paruis cornibus. To
rosa vastaq̧ ceruice. ventre substric
to. Et qui ex his nati sunt respōdēt
ad parentum speciem. Et quibus re
gionibus nati sunt refert· meliores
enim in vna/deteriores in alia ut ex
periētia docet.

Qualiter vacce ꝛ tauri teneri dn̄t

His armētis hyeme maritima
estate opaca ꝛ frigida pa
rem9 mōtana maxie. qȝ
meli9 fructetis ꝛ internas
cente herba saturant͛. q̄ȝuis circa flu
uios recte propter amena pascantur
fetura tamen aquis tepidioribus ad
iuuant͛. vnde vtilius habentur vbi
pluuialis aqua tepētes format lacu
nas/ vt ait Paladius. stabula vtili
a sunt saxo aut glareis aut arena uł
lapidibus strata. deuexa aliquatē
n9 ut elabi possit humor· parti meri
diei aduersa/ propter flatus glacia
les. quibus aliquis obsistere debet
obiectus· Cauere oportet ne aut an
gustius stent aut feriant͛ aut concur
rant· Et quia eas estate tabani cōci
tare solent/ ꝛ bestiole quedam minu
te sub cauda ne concitent͛ includant͛
septis. his substerni oportet frōdes/
vel stramen aliudue quid in cubilia
quo mollius requiescant. Estate ad
aquam bis applicande in die sunt.
in hyeme semel. Cum parere ceperint
quod fieri solet de mēse aprilis/ iux
ta stabula pabulum seruari oportet
integrum· quod regredientes degusta
re possint ut sufficere possint tribu
to laboris ꝛ lactis. Fastidiose enim
propter partum fiunt. Et puidendum quo recipiunt se/ne frigidus lo
cus sit· algor enim et fames eas mar
cescere cogit. ꝛ nocte lactantes cum
matribus ne cubent obterunt͛ enim
ad eas mane adigi oportet· ꝛ cū re
dierint e pastu. Custos diligens de
bet vetulis ꝛ sterilibus amoris/ no
uellas subinde conducere. ꝛ steriles
aratro ꝛ laboribus deputare. Si q̄
amiserūt vitulos eis supponere opor
tet eos quibus non satis prebēt ma
tres.

Qualiter tauri debent admitti.

Propter feturā hoc serua
ri debere oportet ut ait
Varro. Ante admissurā
per vnum mensem cibo ꝛ
potu se non impleant. quia estimant͛
facilius macre concipere. Cōtra tau
ri duobus mensibus ante admissurā
herba palea ꝛ feno debent fieri pleni
ores· ꝛ securi a feminis. Deinde in
gregem redigi mense Mai circa finē.
vel toto Iunio ꝛ in initio Iulii secū

dum Paladium. ut que tunc conci
piunt/temperatissimo tempore anni
partant. Vacce enim. x. mensibus
sunt pregnantes. Ante bimam etatē
eis taurus non debet admitti / ut tri
me pariant. et melius si admittant
in trima etate/ut quadrime pariant
Asserunt greci si mares creare volue
ris/sinistrū tauri i coitu ligandū tes
ticulū si femias dextrū eo ꝙ semē dex
tri generet masculum. sinistri feminā
Tauri diu ante admissuram sunt ab
stinendi. ut cum tempus erit admit
tendi acrius in causas feruoris incū
bant. Sexaginta vaccis/ duo tauri
sufficiunt secundum Varronem Sꝫ
paladius ait ꝙ xv. vacce sufficiunt
uni tauro. Si habundātia pabuli ē
in regione qua pascimus potest an
nis omnibus in fecturam vacca sub
mitti. Si deest/ sunt alternis ānis
onerande. maxime si alicui operi con
sueuerint seruire.

Qualiter vituli debent teneri. et qn̄
castrari et domari possunt et qliter.

Um creuerint vituli leuā
de sunt matres pabulo ui
ridi obiciendo in presepi
is. Item his ut fere in ōni
bus stabulis lapides substernendi
sunt. vel quid aliud/ne ūgule putres
cant. ab equinoctio autumnali vna
pascunt᷑ cum matribus. Castrari nō
debent ante biennium/quia difficul
ter si ante feceris se recipiunt. qui au
tem postea castrātur. duri et inutiles
fiunt Castrant᷑ autem secundum
Paladium sic. Alligato enim vitulo
ac detecto testiculi eius scissa pelle
claudunt᷑ ignitis securibus. aut do
labris. vel quod est melius formato
ad hoc ferramento. ut gladii simili
tudinem teneat Ita enim circa ipam
regulam ferri acies imprimit᷑ vnoqꝫ
ictu moram doloris beneficio celeri
tatis assumit. et ustis venis ac pelli
bus a sanguinis fluxu cicatrix quo
dammō cum ipso vulnere nata defē
dit᷑. vulnera vero castratorū cinere
sarmenti et spuma liniant᷑ argenti. A
potu castrat9 abstineat. et cibis pas
cat᷑ exiguis. et sequente triduo ei p
beant᷑ arborum tenues et tenere sum
mitates / et fructeta mollia/ et herbe
viridis coma. Pice etiā liquida mix
to cinere sunt et oleo modico vulne
ra diligenter vngenda. quod verum
puto cum sine ferro ignito castrāt᷑.
sed si cum ferro acuto ignito castren
tur/non est necessaria presens cura.
Semestribus vitulis dent᷑ furfures
triticei et farina ordei et tenera her
ba. et ut bibant mane et vespere cure
tur. Circa finem Martii vel Aprilis
initium/domandi sunt boues trimi.
nam post quinquenniū domari non
possunt/etatis duricia repugnante.
Capite ergo statim doment᷑. qui qui
dem/prius cum teneri sunt/ frequēti
manus attrectatōe mansuescant. sed
stabulum noui boues largiorib9 spa
ciis habere debebunt Ad stabula du
cantur. quorū si nimia fuerit asperi
tas/ vno die ac nocte vinculis et ieiu
niis mitigent᷑. Tunc appellationib9
blandis et illecebris oblatorum. nō
a latere neqꝫ a tergo / sed a fronte ac
cedens bubulcus admulceat nares.
et terga pertractet. sic tamē ne aliquē
calce vel cornu percutiat. quod viti
um si in primordiis affectauerit/ob
tinebit Aliqui eos inter se coniūgūt

⁊ docent eos onera leuiora portare ⁊ quod utile est/si arationi parantur/ subacto prius solo exercendi sunt· aut arena· Quos ad vecturã paras/ fac primum inania ducere plaustra Et si possis/per vicum aut oppidum ubi sit strepitus ducas· Et quem fe ceris dextrum fac etiam sinistrum· ⁊ sic laboranti requies erit· Ubi terra leuis ẽ/nõ fortib⁹ bob⁹/sed vaccis ⁊ asinis uti potes· ⁊ ĩ leui plaustro si militer ⁊ ad molam olei facile ut no uus labor adhuc tenera colla nõ q̃s set. Expeditior autem domandi rati o est/si asperum bouem mansueto ⁊ valido boui iungas· quo ostendente facile ad omnia cogetur officia Si post domituram decumbet in sulco/ nõ afficiatur igne vel verbere· sed po tius cum decumbit/ pedes eius ita li gentur vinculis ut non possit ꝓgre di aut stare vel pascere. quo facto/si ti ⁊ fame laxatus/carebit hoc vicio

De bobus quales debent emi· ⁊ q̃ liter teneri. ⁊ de cognitõne bonitatis ipsorum ⁊ etatis·

In bobus emendis hec sig na spectentur. ut sint nouel li quadratis grãdib⁹ mẽ bris. Solidi corporis· musculis ubiq̧ surgentibus. Mag nis aurib⁹ lata frõte ⁊ crispa labris oculisq̧ nigrantibus· Cornibus ro bustis ac sine curuature prauitate li neatis· patulis naribus ⁊ simis· Cer uice torosa atq̧ compacta / paleari bus largis et circa genua fluentibus pectore grandi· armis vastis. vẽtre nõ paruo. porrectis lateribus. latis lumbis. dorso recto et plano · cruri bus solidis ⁊ neruosis· ⁊ breuibus ungulis · magnis caudis · longis ⁊ setosis· pilo totius corporis den so et breui· rubei maxime coloris et fusci. Melius autem boues de vicis locis comparabimus· qui nulla soli aut aeris varietate terrentur · vel si hoc deest/de locis similibus ad simili a transferemus. Illud est ante omni a curandum / ut virib⁹ ad trahẽdũ comparẽtur equales. ne valentioris robur/alteri ꝓcuret exitium. In mo ribus autem hec consideranda sunt sint arguti. mansueti. hortamenta et mentes clamoris ⁊ verberũ cibum appetentes· Sed si regionis ratio pa tietur/nullus cibus est melior q̃ viride pabulum. ubi vero deest eo ordine ministretur quo pabuli copia ⁊ labo rum coget accessio. tenendi sunt bo ues in talibus stabulis/ut de uaccis dictum est supra. videlicet stratis et bene clausis/ ut pedes ⁊ ungule con seruentur illese ac ipsi defendi possint a genzalis musculis ⁊ tabanis· Etas ipsorum cognoscitur/ quia mutant dẽ tes anteriores post annũ completũ ante· x· uel viii. menses Deinde post sex menses successiue mutant ꝓxi mos/ donec in tribus annis mutaue rint omnes· ⁊ tunc in bono statu ex istunt omnes. in quo perseuerant us q̧ ad· x. vel. xii· annos. ⁊ cum sunt ĩ statu/dentes habent pulcros eq̃les ⁊ longos ⁊ cum senescunt/ minorantur denigrantur ⁊ corrodunt·

De infirmitatibus boum ⁊ cura ipsorum ·

Sciendũ est q̧ egritudines multe accidunt bobus. q̃ rum una est/q̧ ĩ capitib⁹

coꝝ multiplicatur reuma / que vul gariter dicit᷑ gutta roiba et fit ex su perflua cōestione ⁊ potu/ ⁊ proprie nimis humidarum herbaꝝ. ⁊ ex ni mia requie ⁊ aeris humiditate super flua/ ⁊ cognoscit᷑ quia inflant᷑ ipso rum vultus ⁊ oculi. Et qua bos mo rit᷑ si non curet᷑. Sed curatur. quia statim flebotomandus ē bos infir mus de vena que est sub lingua scili cet ꝙ duo quasi coctie seu glandule que sunt ibi signent᷑ ī plurib⁹ locis cum puncta cultelli bene incidentis/ ita ꝙ multus egrediat᷑ sanguis. ⁊ cū thure fiat fumigium ad nares eius. Item accidunt ei febres ex immode rato labore aut calore. Et morborū cause ut ait Varro in bobus he fere sunt. ꝙ laborent propter estus aut propter frigora. aut ꝑpter nimium laborem. vel contra propter nullā exercitationem. aut si cum exercueris statim sine interuallo cibum aut po tum dederis. ⁊ cognoscunt᷑ cū febri unt/ quia sunt calidi tactu. ⁊ maxīe in lingua ⁊ auribus. ⁊ anhelitus ipso rum est spissus ⁊ calidus ¶ Quibus subueniri debet cum regimine frigido scilicet ꝙ a labore omnino cessent. ⁊ in loco frigido teneant᷑ de frondib⁹ salicum ⁊ vitis cooperti. Et comedāt frondes salicum et frigidas herbas. et ordeum coctum infrigidatum et fa rinam eius. Et bibant aquam ī qua bullierint frōdes salicis ⁊ frigidarū herbarum. ⁊ ordeum infrigidatū. Et si videbunt᷑ nimis repleti/ de ipsorū sanguine minuat᷑. Item bibant aq̄m malorum acrium ⁊ prunorum. ⁊ ip sa mala et pruna edant. vel secundū Varronem curat᷑ hic morbus. ꝙ ꝑ

fundit᷑ aqua. et perungit᷑ oleo et vi no tepefacto/ et sustinent᷑ cibo. et inii cit᷑ aliquid/ ne frigus cedat ¶ Bibēti aqua frigida dat᷑. si hoc non ꝑficit demit᷑ sanguis maxime ex capite Itē opilat᷑ et ingrossatur splen ipsorum de quo non liberantur / sed diu sic in firmi existunt. Et cognoscuntur/ qꝛ hulsiunt siue tussiunt: et maxime cū trotare coguntur. Item inflantur bo ues ex confricatione vel ventositate in ipsorum ventribus generata. Et cognoscuntur / quia si manu vel di gito super fontanellis que sunt iuxta posteriores anchas percutiuntur so nat ut timpanū. et visu inflati appa rent et dolore torquētur. et quādoqꝫ in terram se prosternunt. et libenter iacent. Curantur autem clisteri uel cā nulo. de q̄b⁹ dictū est supra cū trac tabatur de dolorib⁹ equorum. uel cū manu pueri oleo uncta extrahantur feces. vel incidatur vena caude cum acuto cultello/ per quatuor digitos longe ab ano desubtus ¶ Item ledun tur in collo ex nimia oppressione ia centis iugi. et maxime cum pluuie ce ciderint super collum. Et quandoqꝫ fit ibi ruptura / propter humores i bi concursos. que curatur cum medi cinis consolidatiuis carnium et gene ratiuis cutis/ scriptis in cura egritu dinum equorum in pluribus locis. et etiam cum aliis quibus mariscal chi boum vtuntur. et precipue cum vnctione grippe. Item leduntur a spi nis vel aliis rebus acutis et duris intrantibus in pedes ipsorum vel a libi casualiter. ex quibus claudicare coguntur. Et curantur/ si extrahatur quod intrauit in pedem vel aliā pte

ff x

cum radicibus arundinis tritis. uel cum radicibus diptani superpositis ꝛ pecia fasciatis Vel cum aliis medicinis de lesione spine scriptis in tractatu equorum. et curantur ut dictū est ibi. Item accidunt eis multe alie egritudines occulte. ꝛ alique māifeste. ꝛ laxitudines que ꝓueniunt ex nimio labore atqꝫ calore. Que cognoscunt ex eo / ꝙ non comedunt. vel solitum modum comedēdi mutant ꝛ libenter iacent. et ex calore linguam extrahūt ꝛ multe alie mutationes possunt in eis videri ab his qui eos sanos ꝛ incolumes cognouerunt. ¶ Boues autem sani ꝛ fortes et agiles cognoscunt / quia facile se mouent cū tāgunt vel pungunt. Et habent membra grossa et auriculas eleuatas. Pulcri autē ꝛ fortes generaliter cognoscūt / si omnia mēbra grossa sunt ꝛ sibiinuicem bene respondēt. ¶ Possunt etiam alie infirmitates accidere bobus quas cognoscere possunt ꝛ curare nouerunt optimi mariscalchi bouum / qui multis annis in talib9 sunt experti. Ego autem ea que verescire potui / fideliter scripsi.

¶ De diuersitate seu varietate boū ꝛ vaccaꝝ ꝛ de omni utilitate ipsoꝝ

Ex genere boū aliqui sunt nigri magni fortes et q̄si indomiti. qui bubuli vocant. nō bene habiles ad plaustra ꝛ aratra sed in trahendis per terram magnis ponderibus exercent. ligati artificialiter quibusdam cathenis libenter morant in aquis. Eorum coria non sunt adeo bona ut aliorum boū / licet sint valde grossa. Et eorum carnes nimis melancolice sunt. et ideo non multum bone neqꝫ boni saporis. ꝛ licet crude satis sint pulcre. tamen cocte turpes efficiunt. Item alii sunt boues quibus cōmuniter utimur. quorum quidā sunt maiores / qui ꝓprie locis planis cōueniunt. ¶ Quidam minores / qui magis ꝓprie exercent in montibus. Et quidam sunt in magnitudine ac paruitate medii. qui vtrisqꝫ conueniunt locis. Amplius quidam sunt minores / quorum carnes tēperate sunt complexionis / et ideo bonum nutrimentum humano prestant corpori. ꝛ in eo robur et sanitatem conseruāt Alii sunt etatis perfecte. qui proprie propter eorum vires / sunt laborib9 deputandi. Eorum coria pro soleis calciamentorum sunt optima. Et eorum carnes sunt mediocriter melācolice. non multum conueniētes nisi habentibus stomachum fortē ꝛ calidū ꝛ his qui grauib9 laboribus exercentur. Sunt ꝛ alii senes qui ad labores sunt pigri. ꝛ minus vtiles q̄ predicti. Eorum carnes nimis melancolice ꝛ indigestibiles iudicant. sed eorum coria bona sunt. ꝛ precipue si sint grossa. Cornua boum sunt pectinib9 apta. ossa taxillis et paruorum cultellorum manubriis. ¶ Et eoꝝ fim9 stercorandis agris ꝛ arboribus ac vineis ꝛ imbuendis granariis. ꝛ quibusdam aliis vasis et canistris. Itē vaccaꝝ quedam sunt magne vel medie. que ab hominibus tenent / propter vtilitatem generandorum et nutriendorum vitulorum ꝛ boum. que plaustris et aratris humano generi necessariis deputāt. quarum carnes

⁊ coria sunt similia masculinis· sed earꝫ lac licet ad esum ⁊ caseum sit bonum/non tamen eis tollendum sed ꝓ nutrimento vitulorum· quorū vita vires et augmentū optat᷑ matribꝰ dimittendum· Alie vero vacce sunt parue. que solum propter lac et caseum retinent᷑· Et ideo post partū xv· diebus elapsis/ occidendi sunt vituli/⁊ esui hominum deputādi· quoꝝ carnes temperate ac digestibiles ualde sunt· et optime his qui in quiete morant᷑· lac vero ⁊ caseus. satis humano esui competunt· licet non adeo perfecta ut ouina existunt. Eligende autē sunt tales vacce/ que nō nimis parue sunt· ⁊ vbera magna habent·

De ouibus quales emi ⁊ eligi debent· ⁊ de cognitione sanitatis et īfirmitatis ipsarum·

Ues bone cognoscuntur ab etate si neq; vetule sunt neq; mere agne· nam altere nondum/ altere iam non possunt dare fructum· sed ea melior etas est quam sequit᷑ spes/q̄ȝ ea q̄m sequit᷑ mors. Item cognoscūt᷑ a forma. nam ouem esse oportet corpore amplo· que lana multa copiosa sit ⁊ molli· villis altis et densis toto corpore. maxime circa ceruicem et collū Ventrem quoq; ut habeat pilosum esse oportet. Cruribus humilibꝰ caudis prolixis in Italia. sed in Syria breuibus· Item cognoscunt᷑ ex ꝓgenie/si agnos solent ꝓcreare formosos. Sanitas ⁊ infirmitas earū cognoscit᷑. nam si aperiant᷑ earꝫ oculi/ ⁊ vene sunt rubicūde ac subtiles/ sunt sane· Si vero albe vel rubicunde ⁊ grosse/sunt infirme· Item si capte ī pelle colli et āte tracte vix trahi possunt/sane sunt. si facile/ sunt infirme Item si manu capiunt᷑ ī schima prope anchas/⁊ stringunt᷑ nec flectunt᷑ sunt sane ⁊ fortes· si vero flectunt᷑/ sunt infirme· Itē si audacter vadūt per viam/sunt sane. si vero moleste capite inclinato/sunt egre·

Qualiter teneri debent et pasci. et ī quibus locis·

E pastione primum prouidendū est/ vt per totum annum recte pascant᷑ intꝰ ⁊ foris· In stabulo idoneo sint non ventoso· quod magis ad orientem q̄ȝ ad meridiē spectet. Ubi stent solum oportet esse virgultis aut paleis vel aliis staminibus stratum· atq; procliuū/ ut mundari ac purum fieri ab humiditate vrine facile possit Non enim solum ea vligo lanas corrumpit ouium/ sed etiam vngulas scabras fieri cogit· Cū aliquot dies steterint. subicere oportet alia uirgulta uel paleas· quo acquiescant mollius. pulcrioresq; sint libentius enim ita pascunt᷑ Faciendum quoq; īfirmis ⁊ his que agnos paruos habent septa secreta ab aliis quo eas secludere possis. Hec autem magis ī villaticis gregibus sunt seruanda. nam in his que pascunt᷑ in saltibus/ custodes secum portant crates aut rethia quibꝰ cohortes in solitudine faciant· ceteraq; utensilia· longe enim ⁊ late ac varie in diuersis locis pasci solent Pascua ouili generi utilia sunt/ que vel in nouali bus vel pratis siccioribus excitant᷑

Palustria vero noxia sunt. silvestria damnosa lanatis. Salis vero crebra conspersio vel pascuis mixta vel cannalibus frequenter oblata debet pecoris levare fastidium. nam per hyemem si penuria est feni vel palee. uicia vel facilior victus ulmi aut fraxini servatis frondibus prebeat. Estiuis autem mensibus pascant sub lucis initio/cum graminis teneri suauitatem roris mixtura cōmendat. Quarta hora calescente/potus puri fluminis prebeat. vel putei vel fontis Medios solis ardores. aut vallis aut arbor umbrosa declinet. Deinde cum ardor infringit et solū primo umbre vespertini roris humescit/gregem revocemus ad pascua. Providendumq; est in hoc genere/ ut pabuli ubertate saturent/ 7 longe pascant a sentibus. que 7 lanā minuūt et corpus incidunt. Sed canicularibus 7 estiuis diebus ita pascēde sunt oves / ut capita gregis avertant a solis obiectu. Hyeme autem vel vere / nisi solutis gelicidiis ad pascua prodire non debent. nam pruinosa herba huic generi morbos creat. 7 tā tum semel aquare sufficiet. Cū messes sunt facte teneantur in stipulis. quod est utile/duabus ex causis. nā 7 caduca spica saturant. 7 obtritis stramentis 7 stercoratione/faciūt in annum sequentem segetes meliores. Per totam estatem surgente aurora festinăter mulgeant ne solitum pastum perdāt. et cum dies icaluerit ducant ut calor solis aut ventus urēs non possit eis nocere. In vespere autem tam diu foris sint/ꝙ recuperent pastum quem perdiderunt i die. Et cum redierint ꝓspiciant ne sint calide/cum in ovilibus includunt. Si autem magnus fervor fuerit/i ꝓxis teneāt pascuis ne si lōgi9 abierit/nō possint recurrere ad umbracula Nec pastores sinant eas importune aggregari tempore caloris. sed semper moderate dispergant. 7 cum adducū tur calide non mulgeantur. Cum aurora apparuerit/mox agniculi ducā tur. ubi tam diu sint donec per seipsos ducantur. 7 tunc in frigidiorib9 ducantur umbraculis. ubi sollicite custodiantur. Cum viderint mane telas aranearum oneratas aqua/non permittant pascere. Si fervor fuerit 7 pluvia ceciderit/non sinantur iacere. sed ad celsiora ducātur ubi tāgā tur a vento/semperq; moveantur. Cavende autem sunt ab herbis sup quibus venit arena. Et dicit pastor expertus/ꝙ de mense Aprilis Mai Junii 7 Julii. non sunt dimittende multum pascere/ ne ipinguētur nimium sed de mense Septembris Octobris 7 Novembris post mediā terciam sunt tota die dimittende in pascuis ut impinguentur i quantū possunt/ ut meli9 exire de hyeme possint Autumno debiles precio quoq; mutentur/ne imbecilliores eas hybernū tempus assumat.

Quando debent submitti arietib9 7 qualiter. 7 quanto tempore sint pregnantes. 7 quales debent esse arietes. 7 quot oves sufficiunt uni.

Mense Aprilis prima est arietum admissura. ut agnos iam maturos inveniat tempus hybernum. Fit etiam mēse Junii. 7 etiam si fiat

in mense Julii/ nati ante hyemē con
ualescunt. Secūda fit admissura p⁹
medium mensem Octobris/ vt pari
ant circa principium veris nascenti
bus herbis. Arestotiles asserit/ si
masculos creare velis/ admissure tē
pore sic custodies. ⁊ alitum septētri
onis eligendum. ⁊ contra eum vētū
greges pascendos. Si feminas gene
rari velis austri captandos flatus
⁊ in eum pascua dirigenda. Aliqui
duobus mensibus arietes a coitu re
uocant. vt facem libidinis augeat
dilatio voluptatis. Quidam coi
re sine discretione permittunt / vt ei
per totum annum fetura non desit.
Q̄diu admissura fit / eadem aqua
vti oportet. quia commutatio aque
⁊ lanam facit variam. ⁊ corrumpit
vterum. vt ait Varro. Cum omnes
conceperint/ arietes secernendi sunt/
quia cum sint molesti obsunt. nec o
portet pati minores q̄ bimas saliri
q̄ neq; natum ex his idoneum ē. nec
nō ipse fiunt deteriores. Ouis preg
nans est centum quinquaginta die
bus. itaq; admissura fieri debet tali
tempore/ q̄ partus nascat᷑ circa finē
autumni. cum aer est modice tempe
ratus. ⁊ primitus oritur herba ibri
bus prioribus euacuata. Eligendi
sunt arietes candidissimi in regiōi
bus illis in quibus sunt oues albe.
Item mollibus lanis/ in quib⁹ non
solū corporis splendor consideran
dus est / sed etiam lingua. que si ma
culis fuscabit᷑/ varietatem reddit in
sobole. ⁊ si nigra est/ nigros creat.
De albo quādoq; nascit᷑ coloris al
terius. de fuscis nunq̄ potest alius
creari. ut ait Columela. Eligemus
autem arietem altum. procerum. vē
tre p̄misso ⁊ lanis candidis tecto.
Cauda longissima et lata. Tortis
cornibus p̄nis ad rostrum. lana a
pertis auribus amplis pectore ⁊ sca
pulis. ⁊ clunibus latis. velleris de
pressi. fronte lata. magnis testibus
Etatis prime. q̄ tamē vsq; ad. viii.
annos vtiliter potest inire. femina
debet bima submitti. que usq; ad q̄n
quennium feture necessaria est. An
no septimo deficit. Item ex p̄genie
animaduertit᷑ aries / si agnos p̄cre
at formosos. Centum ouibus vnus
aries sufficere fert᷑/ et quotcūq; sint
centenaria / tot arietes sufficere ait
Varro.

Quando debent tonderi ⁊ quali
ter ⁊ quando signari.


Ense Aprilis locis cali
dis tondeant᷑ oues. ⁊ se
rotini fetus signētur. Tē
peratis vero mense Mai
celebranda tonsura ē. ⁊ precipue cū
sudare incipiunt. quandocūq; ab eq
noctio verno ad solstitiū. vt ait Var
ro. Sed tōsas oues hoc mō iuuabis.
Succum sumes decocti lupini. feces
vini veteris. eisq; miscebis amurcā
quibus in vnum corp⁹ redactis/ ton
sas oues linire curabis. Post tridu
um si mare vicinum est litori mergā
t᷑ extrēo. Si vero aliis locis pascim⁹
aqua celesti cum sale paululū decoc
ta sub diuo debebit ouium tonsor ūc
ta membra diluere. hoc eni mō cura
tum pecus anno toto/ nec scabrū fie
ri dicitur/ ⁊ prolixas lanas creare
fert᷑ ⁊ molles. Sed tribus diebus p
annum/ locas oues/ oleo et vino un
gere oportebit. propter serpentes q̄

plerumq sub presepibus latent ce
drum vel galbanum vel mulieris ca
pillos aut ceruina cornua frequēter
vramus. Si qua in tonsura plagam
acceperit/ is locus pice liquida linia
tur. Quidam in anno bis tondent ut
in hispania. ac semestres faciunt ton
suras.

De cognitione etatis ouium.

Dentes ouium mutant̄ p9
vnum ānum & dimidium
scilicet duo āterrores. Et
postea post sex mēses mu
tant̄ duo pximi. & postea mutant ce
teros. ita q equant̄ in tribus annis
vel quatuor ad plus. Et donec sunt
inequales/ sunt iuuenes. Quando
equales/ sunt in statu. Quādo discal
cant̄ & minuunt̄ & corrumpūt̄ sunt
senes. et tunc musus eaꝝ fit laxus &
grossus. & stant in bono statu usq
ad octo annos & quedam usq ad de
cem si copiose pascant̄. sed si famem
necessario sustinent cito senescunt.

Quando & qualiter debent mulge
ri. & caseus fieri & seruari.

Usq ad festum sancti mi
chaelis bis in die mulgeā
tur oues. & postea semel.
Lac elici potest ne nimis
pingues cum arietibus mittant̄. ne
inoportuno tempore fetus emittant
Sed post coniunctionem arietum ut
pingues fiant/ custodiant̄. per totā
estatem festinanter mulgeant̄ surgē
te aurora/ ut hora cōgrua ducāt̄ ad
pascua. Omnes silentium teneāt dū
mulgeant oues. excepto magistro q̄
tantum oportuna loquat̄. Caseū co
agulamus sincero lacte/ coagulis ag
ni vel edi. vel pellicula q̄ solet pul
lorū vētrib9 adherere. vel agrestis
cardui florib9 vel lacte ficulneo cui
serum debet omne deduci / ut & pon
deribus urgeat̄. Ubi ceperit solida
ri/ opaco loco ponat̄/ aut frigido. &
pressus subinde adiectis pro acqui
sita soliditate ponderibus/ trito ac
torrefacto sale debet aspergi. & iam
durior vehementius premi. Post
aliquot dies solidate iā formule sta
tuant̄ ita per crates/ ne inuicem se v
naqueq contingat. Sit autem loco
clauso & a ventis remoto / ut teneri
tatem & pinguedinem seruet. Uicia
casei sunt/ si aut siccus aut fistulos9
est. quod eueniet/ si aut parum p̄ma
tur/ aut nimium sal accipiat aut ca
lore solis urat̄. In recenti caseo cō
ficiendo/ aliqui virides nucleos pi
neos terunt. atq sic mixto lacte cōge
lant. Aliqui thimum tritum frequen
ter congelant colatum. Qualemcūq
etiam saporem velis efficere/ potes.
adiecto quod elegeris condimento.
seu piperis seu cuiuscunq pigmēti.

De morbis ouiū. & curis ipsarū.

Nascit̄ etiam gosum sub gu
la/ ex fluxu humorum a
capite descēdētiū. Et per
forat̄ ibi pellis. & inde q̄
si aqua paulatim egredit̄. & curan
tur. Item patiunt̄ grossiciē splenis &
inflant̄. & hoc sepius de mense Mai
& Aprilis. ex multitudine sanguinis
grossi & viscosi ex quo sepi9 subito
moriūt̄. Et confert eis vnum ftecū
duorum digitorum ponere inter na
res/ & facere q multus egrediat̄ san
guis. ex quo quedam liberāt̄ & que

dam nihilominus moriuntur. Item patiuntur febres. que cognosci ⁊ curari possunt. ut dictum est de febribꝰ in tractatu boum. Possunt etiā eis alie accidere egritudines. quas cognoscere ⁊ curare nouerunt pastores expertissimi qui totis tēporibus suis in sola custodia ouium exercentur. et in talibus solummō student

De agnis qualiter teneri debent. ⁊ quando castrari.

Cum nascuntur agni / vnaqꝫ qꝫ septimana per mensem sal detur eis. abinde in ātea omni tempore quintadecima die. Quando autem separantur a matribus / mox tondentur propter pediculos. ⁊ quia melius crescunt. ⁊ vnaquaqꝫ ebdomada sal detur eisdē Circa natiuitatem domini iungantur cum matribus. ⁊ hec de agnis Palladius dicit. Varro autem ait / cū parere incipiunt oues / pastores eas inijciunt in ea stabula que ad eam rē habent seclusa. ibiqꝫ agnos natos recenter ad ignem ponunt. ⁊ per biduum aut triduum retinent. dū cognoscant matrē / ⁊ pabulo se saturent. Deinde cum matres ad pastum cū grege prodeunt / retinent agnos. qui cū reducte ad vesperum fuerint / aluntur lacte. et rursum discernuntur / ne nocte a matribꝰ conculcentur. Hoc idē faciunt mane anteqꝫ matres in pabulū exeant. vt agni fiant saturi lacte circiter. x. dies. Cū preterierit palos affigunt. ⁊ ad eos alligant libro id est cortice aut qua alia re leni. distātes ne de toto die cursantes inter se teneri delibent. id est destruāt aliquid mēbrorum Si ad matris mammā non accedēt / ammonere oportet. ⁊ labra agni ūgere butiro aut adipe ⁊ squilla et olfacere labra lacte Diebus pꝰ paucis / obiicere his viciam mollitā aut herbam teneram / anteqꝫ exeant pastum / ⁊ cum reuertuntur. ⁊ sic nutriūtur quoad facti sunt quadrimestres. Interea matres eoꝝ his temporibus non mulgeant. Cum depulsi sunt agni a matribus. diligentia est adhibenda / ne desiderio senescant. itaqꝫ deliniendum id est blandiēdū in nutritu pabuli bonitate. et a frigore ⁊ estu ne quid laborent curandum. Cum obliuione iam lactis nō desiderant matrem / tunc deniqꝫ compellendum in gregem ouium.

De vtilitate ouium ⁊ agnorum.

Vtilitas ouium / magna est nam ex pilis ipsarum fiunt indumenta necessaria ⁊ delectabilia ad hominum salutē et vitam. qui quanto subtiliores tanto meliores ⁊ maioris precij. Ex pellibus cum pilis / fiunt pellicie ac fodre pannorum. tempore frigoris oportune. Et ex ipsis depilatis / fiunt calciamenta et carte. Ipsarum lac est ad victum conueniens et satis salubre. qd quanto recētius ē tanto melius. et quanto spissius. tanto amplioris est nutrimenti. Et ipsius aquositas que est serū est solutiua ventris. et coleram educit ab eo caseꝰ āt ab eo ⁊ q̄ ex eo fit nutrimētū ē corpꝰ hūani. q̄ quanto recētior est / tanto melior. et quāto vetustior et durior / tanto peior. Et qui ex eo ē nimis sallitus / vel nimis vis

cosus aut nimis frangibilis/ non ē bonus. ut ait Rasis. sed ille bon⁹ est qui tenet medium inter vtrūq;. Caro autem pecudum est indelectabilis saporis et humida nimis. atq; incōueniens. nisi forte vilioribus rusticis assuetis/qui continuis laborib⁹ exercent'. Agnorum vero caro satis conueniens est/ cum fuerit a lacte remota. sed castratorū optima. nutrimentum bonum et multum prebens si annalis fuerit. ut ait auicenna. Sz si eam etatem excesserit/fit deterior. ꝛ quanto vetustior/tanto peior. et ad digerendum durior. Pelles autē ꝛ lane agnorū sunt optime. atq; ad operimentum humani corporis apciores q̄ʒ matrum.

De capris hircis ꝛ edis quales debeant eligi. ꝛ qualiter teneri. et quanto tempore sint pregnantes. ꝛ de ipsarum etate sanitate et vtilitate.

Qui caprinum gregem cōstituere vult. in eligendo animaduertere oportet ꝑmum etatē / ut eam paret que iam ferre possit fructū ꝛ de his eam potius que diutius. nouella enī q̄ʒ vetus est vtilior. In forma vidē dum. ut sint firme magne. corpus lene. crebro pilo. sub mento duas vt mamillas pensiles habeant/ quia he fecundiores sunt. vbere grandiore sint / vt lac multum ꝛ pingue habeant Hircus cum similibus sub mēto mamillis. gurguliōe lōgo. breui plenaq; ceruice auribus flexis ꝛ grauibus. paruo capite. nitido spisso ꝛ lōgo capillo. ad ineundas feminas ante annum congruus. non autem durat ultra sexennīū. Ex capris meliores sunt/que bis pariunt. Ex his potissimum mares sunt eligendi ad admissuras. Catho scribit in fiscello scurati esse capras/que ex saxo saliunt plus sexagenos pedes. Huic pecori stabula meliora sunt / que spectant ad hybernos solis ortus. ꝛ que lapide aut saxo sunt strata ut caprile minus sit vliginosum ac luculentum. Teneri ac pasci hoc pecus debet quasi ouinū. sed habet ꝑpria quedam. ꝙ potius siluestribus saltib⁹ delectant' q̄ʒ pratis. studiose enī de agrestibus saltib⁹ pascunt'. atq; ī locis cultis virgulta carpunt. itaq; a carpendo capre dicunt'. ideoq; in lege locationis fundi excipi solet. ne colonus capram in fundo pascat. Post autumnū exeunt ī gregem hircorum. quia que concipit p⁹ quarcum mensem. reddit tempore verno Edi cū trimestres facti sunt/ submittunt'. ꝛ in grege incipiunt esse Satis magnum gregem putant esse circa qnquagenas. eo ꝙ capre lasciue sunt. ꝛ se dispergunt. contra oues se congregant/condensant in locum vnum. Singulis decem capris/singuli sufficiunt hirci. vltra octo annos seruāde non sunt. nam hoc genus longiori sterilescit etate Sanas esse capras nemo ꝑmittat. Nunq̄ʒ enim sine febre sunt/ut ait Varro. Accidit etiam sepe ut in corporib⁹ vulnerent' eo ꝙ inter se cornib⁹ pugnant. ac etiā spo sis id est spinosis locis pascuntur. Quibus subueniendum ē vt in curis vulnerum equorum dictum est ī capitulis plerisq;. Vtilitas caprarum est precipue in pelle ꝛ lacte ac edis. nam ex ipsarum pellibus fiunt opti

ma calciamenta et equorum selle ope
rit̃. Lac ipsaꝝ multum est. et bõa
no corpori optimũ · 7 precipue nõ
coagulatum parum caseitatis habẽs
Et qui ex eo fit caseus. non est adeo
laudabilis ut ouium Earum carnes
nimie sunt siccitatis / et ad digerẽdũ
dure existunt · ideoq̃ male. ¶ Sed edo
rum carnes sunt optime ad salutem
7 delectationem. 7 precipue lactanti
um · Et ex ipsarum pellib9 optime fi
unt carte. ac delicata calciamenta ·
his cõuenientia / qui voluptuose vi
uere cupiunt.

¶ De scrofis verribus 7 suibus q̃
les debent eligi · et qualiter teneri · et
quanto tempore sint pregnantes · et
de ipsarum etate sanitate 7 utilitate

Verres legendi sunt vasti
7 ampli corporis. sed ro
tundi potius q̃ longi · uẽ
tre et clunib9 magni · ros
tro breui. ceruice glandulis spissa ·
vnius coloris potius q̃ varii · libi
dinosi · anniculi · qui vsq̃ ad q̃ori
mos inire feminas possunt. Scrofas
vero longi lateris debemus eligere.
et quibus ad sustinendum fetum o
nus / se magn9 vẽter effundat · cetera
verrib9 silia. sed ĩ regionibus frigi
dis / densi nigriq̃ pili · ĩ tepidis qua
lescunq̃ ꝓuenerint · Item ex bona ꝓ
genie / ut porcos multos pariat Hoc
genus in omnib9 locis haberi potest
melius tamen agris palustribus q̃
siccis. precipue vbi arborum fructu
osior silua suppetit que subinde ma
turis fructibus alterna per annum
mutatione succurrat. Locis maxime
graminosis et canna vel iunci radi
cibus nutriunt̃ · Sed deficientibus a

limentis per hyemem / prebenda sunt
pabula glandium castanearum 7 si
milium · uel faba · aut ordeum uel fru
mentum. Hec enim nõmodo pingue
dinem efficiunt / sed etiam carnis io
cundum saporem · Pastum exigunt
estate mane 7 anteq̃ estus incipiat
subigunt id est vadunt in locum um
brosum · maxime vbi sit aqua Post
meridiem rursus lenito feruore pas
cunt̃ / hyberno tempore non prius
exigunt pastum q̃ pruina euanuit 7
liquefacta est glacies · Porce gregatĩ
more aliorum pecudum claudẽde nõ
sunt. sed aras sub porticibus facie
mus / quibus mater vnaqueq̃ clau
dat̃ · que are fiunt superiori parte
detecte / ut libere numerum pastor ex
ploret · 7 oppressis a matre fetibus se
pe subueniat subtrahendo. Curabit
autem ut fetus ꝓprios cum vnaq̃
q̃ precludat · plus vero q̃ octo vt
Columela dicit nutrire nõ debet · Pa
ladio autem sex vident̃ sufficere. qꝫ
licet plures valeat educare / tamen e
nimio fueta deficiet Varro ait q̃ tot
porcoꝫ parere potest / quot mãmas
habet · si minus pariat / fructuariam
idoneam non esse · Si plures pariat /
esse portentum in quo illud antiquis
simum fuisse scribitur / q̃ sus enee la
uini. xxx · peperit porcos albos. Nu
tritari octo porci paruuli prĩo pos
sunt · incremento facto / a porcis di
midia ps remoueri solet · quia neq̃
mater potest sufficienter lac prebere
neq̃ generati roborari · Ad feturã ver
res duobus mensibus ante / secernen
di sunt Optimum ad admissuram tẽ
pus a fauonio ad equinoctium ver
num / id est a Kalendis Februarii ad

diem duodecimum Martii. ita enim contingit ut in estate pariat. quattuor enim menses est pregnās. ꝛ tunc parit cum pabulo abundat terra. neq minores admittende ꝙ annicule medi9. xx. menses expectare/ut bime pariant ¶ Cum ceperint/dicunt͛ hoc facere usq ad septimum annū recte Admissuras cum faciunt. in luto volutant͛ libenter. quia illorum requies est/ ut lauatio hominis ¶ Cum ōnes conceperint/rursus segregāt verres. Verres octo mensium incipit salire. idq usq ad quadrienniū recte facere potest. deinde it retro quoad peruenit ad lanium id ē impossibilitatem coeundi. Sus usq adeo pinguedine crescere solet/ut se ipse stās sustinere non possit. neq ꝓgredi usqꝫ. nam in lussitania fertur sus esse occis9 qui fuit inuentus viginti tribus pondo/ id est quingentis septuaginta quinq libris. eiusq suis a cute ad os/pedem ꝛ tres digitos fuisse id est habuisse lardum cum carne/vno pede ꝛ tribus digitis grossum / vt ait Varro. Addit etiā se in archadia vidisse suem. qui pre pinguedine non modo surgere nō posset. sed etiam in ea murēnidum fecisse/ꝛ peperisse mures. Fecunditas scrofe perpenditur quia quod in primo partu agit / nō multum in reliquis mutat. Subulci binis mensibus porcos sinunt cū matribus. deinde cum iā pasci possunt / secernunt ¶ Porci nati hyeme/fiunt exiles/propter frigora. ꝛ quia matres aspernant͛ eos / propter exiguitatem lactis. ꝛ quia ex hoc dentibus sauciāt͛ ab eis eaꝝ mamme. Diuisus est eaꝝ annus bifariam. quia bispariunt in anno. quaternis mensibus fert ventrem. binis nutritat. ¶ Aram facere oportet circiter trium pedum altam. et latam amplı9 paulo ea altitudine abs terra. ne dum exire velit/pregnans abortiat ¶ Altitudinis modus sit/ut subulcus facile circunspicere possit / ne quis porcell9 a matre opprimat͛. ꝛ vt facile purgare possit cubile. In aris ostium esse debet. ꝛ limen inferius altum palmipedale id ē vno pede ꝛ palmo ne porcelli ex ara cū mater ꝓdit/transire possint. Quotienscunq subulc9 purgat totiens arenam mittere oportet. aut quid aliud/ quod exsugat humorem Et cū peperit/largiore cibatu sustentet. quo facilius lac suppeditare possit. In quibus / ordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent mane ꝛ vespere/ si alia que obiciant nō habuerint. Scrofe bis in die lactis cā bibant. Cum porci a mamma depulsi sunt/si fundus ministrat dari solent vinacie ac scropei ex vuis. A partu decem diebus ꝓximis/ nō ꝓducunt ex aris matrem. nisi ꝓpter potum. Elapsis decem diebus sinūt exire pastum in propinquum locū ville/ vt crebro reditu lacte possint alere porcos. Cum creuerint sequuntur matrem ad pastum. domiq secernunt a matribus. ac seorsum pascūt Nutrices subulcus assuescere debet ut omnia faciant ad bucinam. pı̄o cū incluserunt cum bucinatum est/ aperiunt vt exire possint in eum locum vbi ordeum fusum sit in longitudie sic enim minus disperit ꝙ ī aceruos positum. ꝛ plures facilius accedunt ideo ad bucinam conuenire dicunt͛.

ne silvestri loco dispersi pereant. Cas
trant verres commode anniculi. nec
minores quam semestres. quo facto no
men mutant. et e verribus dicuntur
maiales. De sanitate suum unum so
lum exempli causa dicam. ¶ Porcis
lactentibus si scrofa lac suppeditare
non potest. triticum frictum dari o
portet. crudum enim solvit alvum
Vel ordeum obici ex aqua / quoad
fiant trimestres. ¶ In centum scrofis
decem verres satis esse putant. ¶ Uti
litas porcorum est quia eorum carnes
ad cibum competunt recentes et sic
ce. et eorum lardum est optimum in
condiendis omnibus cibis. Et eorum
adeps optima pro calciamentis con
servandis. et in pluribus unguentis
ad curandas egritudines / oportuna
Item est alia utilitas. quod vineis immis
si necdum turgentibus et exacta vi
demia gramine persecuto / fossoris
diligentiam imitantur.

¶ De canibus quales debent eligi / et
qualiter teneri et instrui. et de ipsorum
utilitate.

Canis est custos eius peco
ris / quod eo comite indiget
ad se defendendum. in quo
genere sunt maxime oves
et capre / eas enim lupus captare so
let. opponimus canes defensores. In
suillo pecore sunt qui se defendunt ut sues
verres maiales et scrofe. Canum gene
ra sunt duo unum venaticum perti
nens ad feras. ¶ Alterum quod custo
die causa paratur / pertinens ad pasto
res. de quo dicere intendo ad formam
huius artis. Primum etate idonea
parandi sunt. nam catuli et senes nec
sibi nec ovibus sunt presidio et lupis
nonnumquam prede. Facie debent esse for
mosi. magnitudine ampli. oculis ni
grantibus naribus congruentibus. labris sub
nigris / aut rubicundis. mento sup
presso. et ex eo natis duobus denti
bus dextra et sinistra / paulo superi
oribus eminentibus directis potius quam
brochis id est tortis. habentes acu
tos dentes labro tectos. Capitibus
et auriculis magnis ac flactis id est
plicatis. grossis cervicibus ac collo
internodiis articulorum longis. pe
dibus magnis et altis. digitis discre
tis. ac ungulis duris et curvis. Cor
pore suppresso. spina neque eminula
id est sima neque curva. cauda grossa
latratu gravi hyatu magno. colore
potissimum leonino. ¶ Femine vero
debent esse mammose. capillis equa
libus. Cavendum est ne a laniis id est
lanificibus. ne ve a venatoribus ca
nes emas. nam alii ad pecus sequendum
inertes sunt. Alteri si viderint leporem
aut cervum / eum potius quam oves sequun
tur. quare a pastoribus emptus me
lior est. qui oves sequi consuevit. aut
qui sine ulla consuetudine fuerit. Ca
nis enim facile quod assuescit. Pane
bene pascendi cum grege sunt. ne propter
ter famem volens querere cibum / a
grege recedat. ¶ Morticine ovis car
nes non patiantur pasci / ne ducti sapo
re minus se abstineant. Sed dentur eis
ossa bene contusa / nam ex his dentes
fiunt firmiores. et os magis patulum
propterea quod vehementius ducunt.
mali acrioresque fiunt propter medul
larum saporem. In die cibum capi
ant ubi pascunt / vespere ubi stabu
lant. Catule tribus mensibus solent
esse pregnantes. ¶ In partu si plures

sunt eligere oportet quos velis habe re/reliquos abiicere· quanto paucio res relinquunt᷑/tanto in alendo me liores fiunt· Item substernat᷑ eis a liquid quo molliore cubili facilius educent᷑· Catuli diebus·xx· videre i cipiūt. duob⁹ mensibus primis a p tu non distingūt᷑ a matribus· Edu cunt eos plures in unum locū / ⁊ ir ritant ad pugnandum quo acriores fiant. Item consuefaciunt ut alliga ri possint/primum lenibus vinculis que si abrodere conant᷑/ne id cōsues cant facere/ verberibus eos terrere so lent. Quidam nucibus grecis in aq̄ tritis ungunt aures et inter digitos/. eo ꝙ musce ⁊ ricini pulices ibi sta re solent. quod si non fiat/ea exulce rant᷑. Ne vulnerent᷑ a bestiis/ impo nunt his collaria ferri/habentia sub leue corium clauulis infixum/ ne col lo noceat duricia ferri· Numerus ca num pro pecoris multitudine solet parari· sed in regionibus siluestrib⁹ remotis a villis ubi bestie male sunt multo requirunt᷑ plures nam ī villa tico grege duo sufficiunt. unus scili cet masculus alter femina/eo ꝙ simꝉ sunt assiduiores· et idem cum altero fit acrior· ⁊ si alter eger est / ne sine cane grex sit/ quos ɔsuefacias ī noc te vigilare. et in die clausos dormire

¶ De pastoribus quot ⁊ quales de bent esse ⁊ qualiter se habere·

Ad maiores pecudes neces sarii sunt etate perfecti Ad minores pueri quādo q̄ sufficiunt. Iterum qui in collibus versant᷑ firmiores requi rūt᷑· q̄ qui in fundo quotidie ad uil lam redeunt. Itaq̄ in saltib⁹ licet vi dere iuuentutem· et eam fere armatā: cum in fundis nōmodo pueri/sed eti am puelle pascant· In die pascere de bent greges simul communiter ōnes Cōtra pernoctare ad suum quēq̄ lo cum gregē oportet. Omnes esse debēt sub uno magistro pecoris·. ⁊ is ma ior natu. ⁊ ceteris peritior esse debet eiq̄ omnes alii parere debent. Ita tamen oportet eum aliosetate precel lere/ne ꝓpter senectutem minus sus tinere possit labores· neq̄ enī senes neq̄ pueri· talium difficultatem ac montium arduitatem et asperitatem facile ferunt· quod pati necesse habēt qui greges sequunt᷑ presertim armē ticos atq̄ caprinos/ quibus rupes ac silue ad pabulandum conueniunt Forme hominū legende sunt/ ut sint firmi ⁊ veloces. mobiles. expeditis membris· qui non solum pecus seq̄ possint· sed etiam a bestiis ac predo nibus defendere. qui onera extollere iniuncta possint qui excurrere. qui ia culari· non omnes ad hanc rem apti sunt Magistrum prouidere oportet ut sequant᷑ omnia instrumenta que pecori ac pastoribus op⁹ sint. maxi me ad victum hominum· ⁊ ad medi cinam pecudum. Adquam rē habent iumēta dossuaria domini· alii equas alii mulos vel asinos· aut alia / que onus dorso ferre possunt· Qui in fū do perpetuo manent· falice habēt cō seruari ī villa. que pastoribus neces saria faciat. His autem qui in salti bus ⁊ siluestribus locis pascūt/ mu lieres adiungere oportet que greges sequant᷑· ⁊ cibaria pastoribus expe diant· eosq̄ assiduiores faciāt. Ma

gister pecoris sine litteris/idone⁹ nõ est· eo q rationes dominicas confi cere/nec aliud quicq̃ recte facere po test· Pastorum numerus esse debet. secundum multitudinem pecudum ⁊ genus eaꝝ· ⁊ diuersitatem locorum pastionis· ⁊ vendentium agros· ⁊ fa cientium caseos uel non maior uel mi nor/talis ⁊ tantus qui oportũa hu ic operi omnia possit cõmode expli care·

De leporario et leporibus ceteris q; feris animalibus includendis·

Leporariuꝫ est locus clau sus/ in quo includunt̃ le pores ⁊ caprioli ⁊ cerui ⁊ apri ⁊ cuniculi . cetera q; animalia non rapacia. fera tamẽ Hic antiquitus appellatus / eo q le pores precipue includebant̃ in eo sꝫ omnium horum custodia/ incremen tum ⁊ pastio/aperta ⁊ nota est ideo q; videt̃ explicanda· Itaq; septa ex materiis circa locum magnum uel p uum· secundum opinionem vel possi bilitatem domini fiat adeo alta ⁊ ↄ pacta/ q neq; lupus neq; alia bestia intrare possit/neq; desuper transilire Ibiq; oportet esse latebras ĩ virgul tis ⁊ herbis/ ubi lepores interdũ de litescant. et arbores patulis ramis. que aquile conatum impediãt. In quo si lepores mares et femias pau cos intromiseris/breui tempore loc⁹ implebit̃. tanta est fecunditas hui⁹ quadrupedis/ sepe enim cũ catulos habent recentes / alios in ventre re periunt̃ habere· itaq; qui scire volet masculum a femina discernere ut Ar chadius scribit nature foramina de bet inspicere/ nam sine dubio mascu lus vnum. Femina duo inuenit̃ habe re. si caute et subtiliter inspiciat̃ sed lepoꝝ tria genera fere sunt vnũ ytalicum. pedibus primis humilibus / posterioribus altis. superiore parte ⁊ dorso hira. Ventre albo· auribus longis· qui lepus dicit̃ cũ pregnãs sit/tunc concipere· In gallia transal pina ⁊ in macedonia fiunt permag ni. In hispania ⁊ ytalia/mediocres Item in gallia reperiunt̃ alii alteri us generis toti candidi· Tercii gene ris est/ q in hyspania et ꝓuincia et partibus lõbardie sibi coherentibus nascit̃ similis nostro lepori ex qua dam parte sed humilis. quẽ cuniculũ appellant· Lepus dicit̃ eo q leui pe pe ambulat. Cuniculi dicto vocabu lo nominant̃/eo q sub terra cunicu los ipsi facere solent. vbi lateant in agris ⁊ nemoribus pratis ⁊ vineis Apros habere posse ĩ leporario ⁊ ca priolos ⁊ ceruos/non est dubiũ. Re citat autem Varro/ q cũ esset ĩ quo dam loco qui vocat̃ ager laurentii/ in quo triclinium erat in eminẽti lo co vbi cenabat̃ / magistraliter fieri vidit/ nam silua erat supra quinqua ginta iugerũ materia septa· Vocat⁹ fuit quidam/ qui cum stola ⁊ cithara venit· ⁊ cũ cãtare iussus esset/bucia inflauit· ⁊ subito circũfulsit eum ⁊ ceteros tanta multitudo ceruorum a proꝝ ⁊ aliorum quadrupedum· q valde formosum sibi apparuit spec taculum· Leporarii utilitas magna est ⁊ delectatio maxima. nam ex pau cis animalibus inclusis / breui tẽpo re habẽt̃ multa/quorum carnes esui competũt/ ⁊ habẽt̃ facile· Pelles aũt ꝓ vestimẽtis ⁊ corrigiis sũt oportũe

¶ De piscinis ꝛ piscibus includendis

Qui piscinam habere desiderat / primum eligere oportet locum conuenientem / qui nullo tempore aqua careat. nō enim in altis possunt durare locis Sed piscinarū quedam sunt parue quedam magne· quedam mediocres. Et iterum quedam sunt fōtane. quedam stagnee· quedā marine· ꝛ quedam etiam fluuiales · Si parue sunt / muniāť sepibus ex lignis vel viminibus aut lapidibus ꝯstruēdis· ne lodria uel aliud animal· nocens intrare possit· Et funes aut vites supra eam tendanť. quibus aues terreanť rapaces· In eisq; ponātur pisces illi aque conuenientes / ex his qui inueniunť in partibus illis nam quidam libentius stant in fontium vel fluuiorum aquis / alii in stagnis ꝛ lacubus. nōnulli aqua delectātur marina. Sit autem parua piscīa ꝓfunda / in quantum fossoribus ꝓfundari possit· Si aqua fōtana vel fluuialis sit in ea / poterunt commode viuere ex his qui sunt in partibꝰ lōbardie· cauedani scardine barbii· ꝛ quidam alii parui pisces ꝛ forsan bruche· Si vero sit lacualis vel stagnea lutum habens / commodiꝰ erunt in ea tinche. que more porcorum delectanť· et anguille viscose. ꝛ etiam ceteri parui pisces / dummō non sit corruptione infecta. Sed lucii non sunt in parua piscina ponendi. quia multos deuorant pisces / licet ranas libenter edant pisciculis inimicas S; in magnis piscinis commode stare possunt. ¶ Si marina fuerit aqua de mari educta. omnia genera marinorum piscium in ea seruari possunt. Si piscinam magnam habere volueris / oportet ipsam fieri ex magno lacu ꝛ stagno· in quo sint aque plurie congregate niue ac pluuiis aut fontibus vel flumine in eum fluentibus vel etiam aqua marina· quod in pluribus euenit locis· ¶ Si ex ipso lacu vel stagno / aqua per aliquā ptē exeat / ibi claudatť taliter / ꝙ impediatur piscium exitus ꝛ non aque. ¶ Si ex aqua dulci consistat / poterunt in ea poni ac seruari omnia genera piscium tam magnorum ꝙ paruoꝝ in talibus aquis viuentiū· Sunt ꝛ aliqui pisces marini qui ad aquā dulcem accedentes / letanť ꝛ delectantur in ea· ꝛ tales similiter poterunt in aqua dulci seruari ꝛ piscina· Si vero fuerit ex aqua marina / in ea ponenť omnia genera piscium marinorum si sit valde ꝓfunda. nisi sit piscis maximus · vt balena que nullo loco nisi maris pelago claudi potest Si vero mediocris magnitudinis sit piscina / ex his que predicta sunt facile potest haberi doctrina. quales pisces possint in ea includi· Piscine vtilitas magna est· quia ex paucis piscibus inclusis / breui tempore habent plures · ex quibus plures pōt vendi. ꝛ plures ad esum haberi·

¶ De pauonibus.

Completo tractatu animalium quadrupedū nutriēdorum ac piscium / de bipedibus ꝛ ceteris volatilibus est dicendum. Et primo de pauonibus· qui suo decore. nobiliores sunt ceteris· Quos nutrire ut egregie

ait Paladiꝰ facile ē/ nisi fures aut a
nimalia inimica formides. qui per a
gros vagati/ plerumqꝫ sponte se pas
cunt pullosqꝫ educant. ¶ Altissimas
vespere arbores appetunt. Una his
cura debet' ut incubantes per agrum
feminas que hec passim faciũt/ a vul
pe custodias. ideoqꝫ in breuibus isu
lis melius nutriunt'. Uni masculo /
femine quinqꝫ sufficiunt quod seruã
dum ē ut ait Varro si ad fructũ spec
tes. nam tunc pauciores debent esse
mares q̃ꝫ femine si ad delectationem
contra formosior est enim masculꝰ.
Masculi oua et pullos suos perse
quunt' velut alienigenas. priusq̃ꝫ il
lis cristaꝝ nascat' insigne. Ab idibꝰ
Februarii incipiunt calere faba leni
ter torrefacta incitant' ad libidinem
si eis quinto quoqꝫ die tepida prebe
at'. Cupiditatem coeundi masculus
confitet' quotiens circa se amictum
caude gemmantis incuruat cum stri
dore percurrẽs. Si oua pauonũ gal
linis supponãt'/ excusate matres ab
incubatione. tribus vicibꝰ per annũ
fetus edunt. Primus partus quiqꝫ
ouorum. secundus quatuor tercius
trium vel duoꝝ esse consueuit. Sed
electe si hoc placuerit galline sint/ q̃
a primo incremento lune nouem die
bus habeant nouem oua supposita.
quinqꝫ pauonina ⁊ cetera sui gene
ris. et decima die omnia gallinacia
subtrahantur. ⁊ alia gallinacia recẽ
tia totidem supponant'. ut comple
tis tribus diebus possint cum pauo
ninis aperire ouis. Oua autem pauo
nina que galline subiecta sunt sepe
manu conuertant'. quia hec ipa face
re vix valebit. unamquãqꝫ partem
oui notabis/ ut cõuertisse cognoscas
Maiores gallinas oportet eligere
nam minoribꝰ pauciora supponas
Cubilia debent eis fieri sub tecto dis
creta. ⁊ a terra eleuata ut neqꝫ serpẽs
neqꝫ bestia accedere ad ea possit ut
ait Varro. Preterea locũ ante se pu
rũ habere dñt cubilia/ quoad pastũ
exeant diebus aptis nã utrumqꝫ lo
cum purum esse volunt he volucres
itaqꝫ pastorem earum cum vacillo
id ē vadili circuire oportet / ac ster
cꝰ extollere. Natos si ad unã trans
ferre a pluribus velis/ quiudeci uni
nutrici sufficiunt. Primis diebꝰ far
ordei aspersum vino pullis dabitur
uel undecũqꝫ cocta pulticula ⁊ refri
gerata. ¶ Postea adiiciet' porum cõ
cisum vel caseus recens/ sed expressꝰ
nam serum pullis nocet. Locuste eti
am pedibus ablatis/ prebent'. ¶ Ita
pascendi sunt/ usqꝫ ad unum mẽsem
deinde ordeum poteris prebere solem
niter. ¶ Tricesimo tamen quinto die
postqꝫ nati sunt/ in agrum tutum eil
ci possunt comitãte nutrice pascẽdi
cuius singultura vocant' ad villam
Pituitas vero et cruditates his re
mediis submouebis / quibꝰ gallina
curat'. Maximum illis periculum ē
cum incipit crista ꝓduci. nam pati
unt' languores sicut infantes / cũ de
tes eis nascunt'. Utilitas ipsorum ē
quia ipsorum carnes satis bone sunt
sed ad digerendum dure. Masculo
rum penne/ sunt pulcherrime. ideoqꝫ
puellis ꝓ sertis ⁊ aliis ornamentis
apte.

¶ De fasianis.

In fasianis nutriēdis hoc seruandum est/ ut nouelli ad creandos fetus parentur/ id est qui anno superiori sint editi. veteres enim fecūdi esse non possunt. Ineant feminas mense Marcii vel Aprilis. duabus feminis vnus masculus sufficit. Semel in anno fetus creāt. viginti fere ouis/ pariēdi ordo cludit. Gallie bis melius incubabunt. ita ut quidecim fasianina oua vna nutrix cooperiat. cetera sui generis supponantur In supponendo/ de luna et diebus q̄ sunt de aliis dicta/ seruemus. Tricesimus dies maturos pullos in lumē mittet. sed per quindecim dies discreto ⁊ refrigerato leuiter ordei farre pascent. Deinde triticum ⁊ locustas prebebis. ⁊ oua formice. Sane ab aque prohibeant accessu. ne eos pituita cōcludat. Qui si pituitam patiantur allio cum pice liquida trito/ rostra eorum debebis assidue perfricare. vel sicut gallinis auferre. Eorū carnes sunt optime.

De anseribus.

Anser aquam herbamq; desiderat nec sine ipsis facile sustinetur. Locis consitis inimicus est. quia sata ⁊ morsu ledit/ et stercore polluit. Prestat plumas/ quas autūno uellamus ⁊ vere. Vni masculo tres femine sufficiunt. Si desit fluuius/ lacuna formet. Si herba non suppetit/ trifoliū fenugrecum agrestia incuba lactuculasq; pro alimento feramus. Albi fecundiores sunt. varii vel fusci minus quia de agresti genere/ ad domesticū transierunt. Incubāt Kalendis martii usq; ad solstitium estiuum. Circa quindecim oua vni anseri sufficiunt. Incubant. xxx. diebus. Melius tamen est/ q̄ gallinis oua supponas/ quia plus pariet. Pariture ad arā perducant cum semel hoc feceris/ cōsuetudinem sponte tenebūt. Si gallinis anseris oua supponas ne noceat suppositis/ subiciat urtica. Semine papaueris primis decē diebus pascendi sunt intus. postea foras eos poterimus educere/ vbi urtica nō fuerit/ cuius formidant aculeos. ⁊ precipue in prata et piscinas aut paludes. Aras eis faciant supra terram in qua nō inducant plus q̄ vicenos pullos. easq; aras prouideāt/ ne habeant humorem ⁊ molle habeāt substramen ex palea. alia de qua re. ne de accedere ad eas possint mustele/ nec alie bestiole que noceant. vt ait Varro. Quattuor mensibus bene saginant. nam melius in tenera etate pinguescunt. Polentum dabit ter in die. Large vagant. ⁊ ideo ꝓhibeat licentia. Obscuro loco claudant et calido. sic maiores etiam secundo mēse pinguescunt nam pulli sepe die tricesimō saginant. Melius ad satietatē milium prebeamus infusum. inter anserum cibaria/ omne legumen prestari potest/ excepto herebo. A lupis ⁊ vulpibus rapiunt. et ideo ab eis custodiendi sunt. Vtilitas anserum est quia carnes pullorū si sunt pigues ⁊ quattuor mensium non excesserūt etatem a pluribus appetunt. Et earum penne molles/ optime sunt pro lectis. ⁊ dure alarum scriptoribus. competunt ⁊ sagittis

De anatibus.

Anates sunt de natura anserum. et eodem mō piscinam requirunt · ꝛ eodē fere modo nutriunt͛ ut anseres. Libenter comedunt herbā anatinam que in superficie aque stātis / ex solis adustione orit͛. Omnia reptilia ꝛ vermes ꝛ omnia turpia / libenter accipiunt ꝛ degluciunt. Utilitas ipsaꝝ est precipue in pennis. ꝛ etiā carnibus ipsarum ꝛ pullorum eaꝝ vtimur. licet satis sint indigestibiles viscose.

De gallinis ꝛ gallis ꝛ ipsorū pullis. quales haberi ꝛ qualiter teneri debeant.

Qui perfectas habere vult gallinas / eligere debet fecundas plerumqꝫ rubeciida pluma. nigris pennis imparibus digitis. magnis capitib9 Crista erecta. amplas. he enī ad ptū aptiores sunt. Galli sint lacertosi rubenti crista. rostro breui pleno acuto. oculis cauis aut nigris. palea rubea. Collo vario aut aureolo femorib9 pilosis breuib9 crurib9. ūgulis lōgis. caudis magnis. freqntib9 pinnis. vociferantes sepe. In certamine pertinaces. ꝛ qui animalia q̄ nocent gallinis / nullo mō pertimescunt. sed etiam pro gallinis pugnant. Si ducētas alere velis locus septus parād9 est. in quo due cauee id ē mansiones cōiuncte sint. que versus oriētē spectent. ꝛ sint longitudinis circiter decē pedum. latitudinis paulo minus. In altitudine paulo humiliores. Vtraqꝫ fenestram habeat tripedalem / vno pede altiorem / ex viminib9 factam raris ita vt lumē prebeant multum. neqꝫ per eas quidqꝫ intrare possit / quod nocere solet gallinis. Inter eas sit ostium / quo gallinari9 curator eaꝝ ire possit. In caueis crebro ptice tracte sint / vt omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas ꝑticas in pariete / sint cubicula eaꝝ. insit ut dixi vestibulum septū / ī quo diurno tempore esse possint ꝛ in puluere volutari. dicta cubicula sint exsculpta in parietibus. aut affixa firmiter. motus enim cū incubant noc3 In cubilibus cū parturierit / tollas substramen ꝛ recens aliud subiice / eo ꝙ pulices ꝛ alia nasci solent q̄ gallinam quiescere non patiunt͛. ob q̄m rem oua aut inequaliter maturescūt aut corrumpūt͛. Que velis incubet / negant plus xxv. oua icubare oportere. q̄uis propter fecunditatem peperit plura. Paladius autem ꝛ mulieres nostre / decem ꝛ septem / vel decem ꝛ nouem oua supponunt. Fert͛ tamen ꝙ in quibusdam mundi partibus inueniunt͛ homines / qui furnos adeo calefaciunt ꝙ eoꝝ calor equalis est galline calori incubantis atqꝫ in vno furno seu clibano ponunt mł titudinem pennarū paruarum ꝛ mille gallinacia oua. post viginti dies nascunt͛ successiue. ac extra ꝓsiliunt Optimum esse partum ab equinoctio verno / ad autūnale. Itaqꝫ que āte a uel post nata fuut / non sunt supponenda. ꝛ ea q̄ subicis / subiicias potius vetulis q̄ pullastris / ꝛ que rostra aut vngues non habeant acutos nam pullastre debent potius in concipiendo ꝛ ouando q̄ incubando occupate esse / aptissime ad ptū sunt ānicule. aut bime Incubātes includere

oportet / ut die ac nocte incubent p̄
terq̄ȝ mane ⁊ vespere / cū cibus ⁊ po
tio eis dat᷑. Oportet ut curator cir
cueat diebus aliquot interpositis
⁊ oua vertat ut equaliter concalesci
ant. Oua si plena atqȝ utilia sint / an
ne animaduertere potes. si dimise
ris in aquā quod inaneē / natat. ple
num desidet. Quod intelligere potes
si concutias. Item ad lucem si susti
leris. quod perlucet / inane est. Oua
oblōga acuta / masculos. rotunda / fe
minas tribuunt. ¶ In supponendo o
ua obseruant ut sint numero impari
a. Oua que incubant᷑ utrum habeāt
semen pulli / vel ne / curator quadri
duo postq̄ȝ incubari cepit intelligere
potest. si contra lumen tenuerit ⁊ pu
rum quod uniusmodi animaduerte
rit esse eicere debet. et aliud subiice
re. Excussos pullos subducere debet
ex singulis nidis / ⁊ subiicere ei que
habeat paucos ab ea / que si reliqua
oua sunt pauciora / tollere debȝ ⁊ sub
iicere illis que nondum excuderunt
⁊ minus habent. xxx. Hunc eni gregē
maiorem non faciendum ait Varro
Diebus. xv. primis / pullis debet ob
iici puluis / ne rostris noceat terra
dura. eisqȝ milium optimum ē ⁊ loli
um. ⁊ grana minuta tritici satis com
petunt. Sed gallinaꝝ pabula sunt in
quibus precipue delectāt᷑ / vermicu
li. triticum. ⁊ fere omnia grana. ⁊ p̄
cipue dandum ē eis lolium quod eis
competit. ⁊ est humano corpori ini
micum. Vinacie cibo / sterilescunt. ⁊
ordeo semicocto parere cogunt᷑ sepe
⁊ reddunt oua maiora ut Paladi9
ait. Pulli parui prodendi sunt ad so
lem ⁊ sterquilinium / ut in eo voluta
ri possint. et ita validiores fiunt.
Cum iam pennas habebunt / consue
faciendi sunt / ut unam aut duas se
tentur gallinas. ut cetere potius ad
pariendum sint expedite / q̄ȝ in nutri
tatu occupate. Incubare oportet in
cipere. secundum nouam lunā / eo
q̄ȝ pleraqȝ que ante incubant nō suc
cedunt. diebus fere viginti excudūt
Circum caueas gallinarum incendē
dum est cornu ceruinū. ne serpēs ac
cedat. cuius odore solet interire. Af.
tas a vulpibus ⁊ quibusdam aliis
animalibus noxiis / patiuntur insi
dias. ideoqȝ circa loca in quib9 ver
sant᷑ extirpanda sunt omnia ⁊ remo
uenda in quibus vulpes latere pos
sunt / ad ponendas insidias. in nocte
claudant᷑ in caueis circūquaqȝ muni
tis ⁊ septis. nec permittant᷑ foris in
nocte iacere. Fert᷑ eni q̄ȝ vulpes sub
dola intuet᷑ eas / quantūcunqȝ in al
to existētes loco. ut videant oculos
eius lucentes ut faculas. et cauda q̄
si baculo quodam minat᷑ eis. ut sic
perterrite cadant / et eas rapiat. ¶ Pa
tiunt᷑ etiam insidias miluorum et q̄
rūdam aliarum auium rapacium / et
precipue aquilarum. contra que ten
dunt᷑ funes vel vites seu vitalbe su
pra loca in quibus de die morantur
Capiant᷑ etiam vulpes taiolis vel
aliis ingeniis. et milui retibus vis
co vel laqueis. Pituita his nasci so
let que alba pellicula linguam vestit
extremam. hec leuiter ungulis velli
tur. et locus cinere tangit᷑. et allio tri
to plaga mundata aspergit᷑. Item al
lii mica trita cum oleo / faucibus īfer
tur. Stafisagria etiā ꝓdest / si cibis
assidue misceat᷑ Si amarum lupinū

comedant/sub oculis suis ipa grana pcedunt vt ait Paladius. que nisi acu leuiter apertis pelliculis auferã tur/oculos extinguunt. Portulace succo forinsec9 et mulieris lacte cura ri eas affirmat. vel armoniaco sale cui mel ꝛ ciminum equaliter misceã tur. Pediculis etiam plurimum mo lestant'. ꝛ precipue cũ incubãt quos perimit stafisagria pariter concussa cum vino ꝛ amari lupini aqua/si pe netrat secreta pennarum. Vtilitas gallinarum est/ quia ex ipsis nascũ tur oua. que nutriunt corpus huma num multum/ ꝛ subito. quibus vti mur in cibariis infinitis que optime seruari possunt diu/ si perfricent' sa le minuto aut muria per tres horas Deinde abluant'. ꝛ in furfure vel pa leis recondant'. vel si semper tenean tur in sale/ut quidam dicunt. Item ex eis nascunt' pulli qui cum adhuc sunt teneri sunt ad cibum optimi Et si castrant'/fiunt capones. qui meli9 ceteris pullis pinguescũt. ꝛ sunt lau dabilis nutrimenti. Caro etiam ipa rum gallinarum/bona est. si adhuc iuuenes sunt et pingues. Penne etiã ipsarum vtiles sunt. quia culcitris imponuntur.

De columbariis quales esse debẽt

Columbaria duobus pre cipue potest fieri modis. Aut super columnis ꝛ pa rietibus ligneis muro cir cũdatis lapideo. Aut super turre/de grosso muro constructa. ꝛ vtraq3/ nidos seu nidorum foramina potest habere. sed melior ẽ/q̃ in turre de mu ro q̃3 de lignamine construit'. ꝛ ẽ me lius interius q̃3 exterius nidos habe re. nam si exterius habet nidos/Fim9 ipsarum perdit' / qui magne vtilita tis existit. et earum pulli facile a ra pacib9 auibus rapiunt'. Fiat ergo turris lapidea lata vel angusta secũ dum domini voluntatem ac possibi litatem / non multum alta cum pari etibus lenigatis ac dealbatis albo ce mento. habens ab omnib9 quattuor partibus eius/ quasdã breuissimas fenestrellas seu foramina. ut colum bis solummõ ad introitum exitũq3 sufficiant sub quibus immediate fi at circuitus quidã lapideus eminẽs circũcirca/qui ascẽsum mustelaꝝ ꝛ a liarum nociuarum ferarum impedi at. Super tectum fenestrã habeat per quam ingrediant' columbi ꝛ exeant qui libẽter ad solem super tecto mo rant'. Sit autem fenestra cancellata de lapidibus aut lignis/ne per ipaꝫ rapaces uolucres alis apertis intra re queant. Nidi forment' interius / quos quidam faciunt rectos / et me diocriter strictos Quidam obliquos occultantes incubantes columbas. quidam preterea p nidis faciunt fe nestrellas latas ac modicum conca uas ac longas. plures cistellos par uos circa parietes ꝛ tectum infigũt. asserentes in his/columbas libenti9 incubare. Sed experimento didici/ quasdã esse columbas que libentius in muro q̃3 in cistellis nidificant q̃' dam vero contrarium appetere. Et iterum quasdam esse que libentius ĩ aperto ꝛ super quacũq3 re cum nido ꝛ sine nido incubant. Et quedam se libentius occultant. ideoq3 non inu tile puto columbariam cuiuscũq3 ge neris nidos habere/ vt diuersis colũ

barū affectibus satisfiat· q̄uis q̄ i
muro sunt/a fimo ꝛ sexcupedib⁹ mū
dent᷑ facilius. quod crebro fieri ex
pedit/eo ꝙ ab eis cum augmentant᷑
plurimum incubantes columbe ledā
tur· Est etiam optimū ꝙ intra colū
bariam ponant᷑ trabes in pluribus
partibus/ꝛ precipue in circuitu ꝛ as
sides/super quib⁹ tempore pluuiaꝝ
ꝛ niuium et tempore superflui estus
columbe in magna quātitate mora
ri ac quiescere possint· Sic enim a lo
co proprio· nō facile deuiabūt· Mū
det᷑ etiam crebro ipsarum locus / ꝛ
vndeq; sit decorus· nam in pulchra
domo sicut ꝛ homines/morant᷑ aui
dius· Et nota ꝙ vnumquodq; par/
tres vel duos ad minus vult nidos
habere· licet aliquando augeantur ꝛ
multiplicent᷑ in tantum/ ꝙ replēt ni
dos omnes· ꝛ solarium atq; trabes/
ꝛ cetera omnia·

Qualiter noua columbaria debet
primo muniri columbis·

In columbariis nouis co
lumbi senes ponendi non
sunt· nam recedunt ꝛ ad
propria reuertuntur Sed
ponendi sunt iuuenes/ cum pennas
completas habent vel quasi comple
tas· Et ex his qui ponūt᷑/meliores
sunt saxaroli· ꝛ post ipsos tigrani
sic a vulgo ex pennaꝝ colore voca
ti· Tales enim in columbariis meli⁹
durare cernunt᷑ q̄ꝫ ceteri. Albi vero
vitent᷑ omnino. nam durare nō pos
sunt/eo ꝙ ab auibus rapacibus/ ni
mis a remotis vident᷑ Et quāto plu
res in primis ponent᷑/ tāto veloci⁹
implebit᷑ locus. Ponendi autē sunt
precipue de mense Augusti ꝛ Septē
bris· vel etiam Iulii. quia tunc faci
lius inueniunt cibum in agris ꝓpi
quis· propter quod non elongantur
a columbaria nec perdunt᷑. De mēse
autem Martii Aprilis ꝛ Mai/ponē
di nō sunt propter contrariam rati
onem. Circa. xv. dies ad minus tene
ant᷑ clausi/ne possint extra egredi ·
Et si usq; ad mensem teneant᷑ inclusi
erit vtilius quia tunc erunt pingui
ores ꝛ ad reuertendum peritiores.
Nam in primis quindecim diebus
macredine afficiunt᷑ quia tunc bene
beccare ignorant. Et tum inclusi mo
rantur. ꝛ postea quibusdam diebus
tribuat᷑ eis in colūbaria copiose bo
nus cibus ꝛ aqua· Post dictum tem
pus aperiantur tempore nubilo vel
sereno· sed commodius pluuioso q̄ꝛ
tunc exeunt/ꝛ reuertuntur incertius·
ꝛ non subito euolant ad remota.

Qualiter sunt tenendi colūbi/ vt
libentius morent᷑ et bene fructificent

Qui nascuntur in columba
ria vel parui ponuntur i
ea non facile recedunt/ sꝫ
vadunt quandoq; ad ali
as columbarias in quibus inueniūt
escam / quādo nō prebetur eis ī sua
nec in agris inueniunt. ꝛ quasi dn̄es
postea tempore quo non egent/reuer
tuntur ad suam· ꝛ ad hoc valet pluri
mum habere suam pulchram ꝛ bonā
Si temporibus quibus non in
ueniunt escam copiose prebetur eis
in sua quod est cum nix vel fortis ē
glacies super terram · ꝛ de mense A
prilis ꝛ Mai aratis stipulis/nō re
cedunt· ꝛ plurimos fetus edunt· Ci
bus autem eis conueniens / est fru

mentum. Faba. vicia. milica. et cetera grana que libenter sumunt. Centum quod paribus columborum / detur granorum pars corbis octaua / diebus singulis. et duplum cum nihil omnino per se inueniunt. Potus etiam in columbaria detur eis sufficiens. quotiens aquam nisi valde remotam propter estum vel glaciem inuenire non possunt. vel ponatur in aliqua re prope columbariam / ad quam descendere queant. itaque precipuum et fere necessarium est eis / quod ipsorum mansio sit prope locum ubi aqua influat. unde et bibere. et ubi lauari possint permunde enim hee volucres sunt ut ait Varro. Optimum est / quod de omnibus granis exhibeatur eis. ut sunt frumentum. Faba minuta. pisum. cicercula. vicia orobum. milica. ordeum. spelta. lolium. et cetera grana. ut videatur quod libentius appetant. et id precipue detur eis / ut auidius ibi morentur / et plures pariant. Paladius ait quod fetus frequentant / si ordeum torrefactum vel orobum / vel fabam sepe consumant. Dicit etiam quod nihil expetunt / nisi ut estate qua maxime pinguescunt / triticum vel milium mulsa semper maceratum accipiant. Est autem mulsa aqua mellita. in qua quecunque grana mollita sint eisque data / non recedunt et alias illuc ducunt. ut a non paucis asseritur. Aliqui tamen dicunt non referre si sit mellita esca vel non. Cum eis datur esca. detur in vesperis potius quam in mane / ut in die procurent escam sibi querere. et qui non inuenerunt extra intus inueniant. nam si daretur in mane non procurarent alibi inuenire. Sed tempore niuis debet in mane tribui. ne exeant ad loca in quibus capiantur cum certum est non posse alibi inuenire.

De officio pastoris columbarum.



Astor columborum sepe debet mundare ipsorum locum. et fimum reponere. quod ad agriculturam est optimus. et si quem inuenerit vulneratum curet. si quem mortuum eiciat. Item si qui sunt nimis feri et bellicosi ut alios ledant. eos inde remoueat. et in alium locum secretum ab illo per se ponat. Si qui pulli sunt idonei ad vendendum. eos ꝓmat. cibum et potum cum eis opus erit / sufficienter tribuat. Qui solent saginare columbinos pullos quo pluris vendant. secludunt eos cum iam pluma sunt tecti. cibantque ipsos pane candidissimo mollificato. hyeme bis. estate ter. quolibet die / scilicet mane meridie et vespere. Eos vero qui iam pennas magnas habere incipiunt / relinquunt in nido / illisis id est fractis cruribus matribus nutriendos et impinguandos vel extrahunt de pennis vnius ale. nam qui ita educantur celerius impinguantur quam ceteri ut ait Varro. Item debet eos curare et tueri / ab omnibus nocumentis. Leduntur enim et capiuntur ab accipitre. miluo. falcone. ac ceteris quibusdam animalibus rapacibus. quos occidere potest / duabus uirgulis viscatis in terram defixis / inter se curuatis. cum inter ipsas posuerit aliquod animal obligatum. sic enim ea facile decipere potest. Paladius preterea dicit / quod a mustelis tute fiunt / si inter eas vetus proiiciatur sportea qua animalia calciantur. Item dicit

oportere rute ramulos plurimis lo
cis suspendere. contra animalia simi
ca. Item leduntur a faynis. mustel.
et cattis. et ceteris pluribus animali
bus. que de raptu auium viuunt. con
tra que debet custos ostium et omni
a loca vnde intrare possent/ optime
claudere. et scaphas circumquaque emi
nentes procurare/ ne quid superius per
parietem repere possit. Item le
duntur ab auibus rapacibus tam
diurnis quam nocturnis. contra quas
claudat custos in nocte fenestram.
Uel si ea aperta intrauerit auis ra
pax/ et ipse audiat spauentum et strepi
tum columborum/ intret audacter in
eam cum lumine auemque capiat et oc
cidat. nec curet de exitu columborum
Aues autem diurnas/ cum visi
co vel parua reticula capiat/ et occi
dat. Fenestram autem de subsellis can
cellet et claudat. vt columbi intrare
valeant et exire. non autem auis rapax
que solummodo intrat alis apertis. I
tem molestantur pulli plerumque sexcu
pedibus. quod custos inquirat. et ni
dum eiciat. aliumque mundatum po
nat. Item nascuntur etiam varoli cir
ca oculos/ qui excecant eos. maxime
de mense Augusti. qui vendendi sunt
aut comedendi. cum solo capite sint
infecti. Item recedunt aliquando quia
non habent quid edant. contra quod
tribuatur eis. vel quia nimium ab ani
malibus rapacibus molestantur et ter
rentur. contra que iuuet ipsos custos
vt dixi. Item moriuntur ex senectu
te. nam ultra nouem annos. non in
ueniuntur in columbariis durare. vt
dicunt experti. Item debet custos ad
eos sepe accedere. et quotiens in colum
barius intrat/ aliquam escam modicam/
tempore congruo secum portare. eos
que semper aliquo certo et consueto mo
do vocare/ ut magis domestici fiant.
Item debet custos in columbaria tegu
lam figuli pro aqua tenere. que assi
due habeat se aliquantulum eleuatam
habentem multos et spissos pedes/ va
si aque adherentes. inter quos possint
caput ponere/ et aquam haurire ne
de vas intrare/ vt aqua munda perma
neat.

De utilitate columborum.

Nihil columbis fecundius
vt ait Uarro. nam diebus
quadragenis concipit. pa
rit. incubat. et educat. et
hoc fere per totum annum faciunt/ tan
tummodo interuallant a bruma/ ad equ
noctium vernum. Pulli nascuntur bi
ni. qui simul accreuerunt/ et habent ro
bur. cum matribus pariunt. sed exp
ti nostri temporis in partibus nos
tris dicunt quod post sex menses pariunt.
et non ante. et donec viuunt. Quatu
or enim vicibus et. quinque et sex et amplius fa
ciunt pullos in anno/ si escam inueni
ant uel habeant abundanter. quod si ni
hil tribuitur eis/ ter ad minus pariunt scilicet in
estate. Pullorum carnes ad esum sunt
valde bone. et delectabiles. et libenter
emuntur. Item fimus ipsorum est op
timus omnibus plantis et seminibus.
et potest spargi quocunque tempore an
ni quotiens aliquid seritur cum ipso
semine ac etiam postea quandocunque
et vnaquaque corbis ipsius equiualet
fimi omnium quadrupedum vni plau
stro. nam ex viginti corbibus satis com
mode/ ex viginti quinque bene. ex tri
ginta optime impinguantur bubulca

frumenti / si manibus per agrũ spargat equaliter / et cum ipo grano tũc sato vertat. Et nota ꝙ tria paria colũborum in anno faciunt corbẽ fimi / si columbaria nidos intrinsecos habeat. et quanto magis cibant i ea tanto plus fimi recipiet ab eis. qui a diutius morant in eis columbari is / ꝙ si semper cogant extra querere victum. Item est alia vtilitas. ut generaliter predicat. ꝙ possunt ꝓ nũcijs cum litteris sub cauda vel ala ligatis / ad loca lõginqua trausmitti si de loco ad quẽ destinãt delati sint ad locum vnde mittant Item refert Paladius / quod nescio si ẽ verũ ꝙ inducunt alios. si cimino pascantur assidue. vel si irti alarum balsami liquore tangantur.

De turturibus.

Pro turturibus locum cõstituendũ ꝓuide magnũ vt multitudinem alere velis. Eumq; recte vt de columbis dictum est. ut habeat ostium ac fenestras et aquam puram. ac parietes munitos tectorio. et in eis habeat multos palos infixos. super q̃bus cõmode morari possint et locum paratum congrue / in quo pascantur Cibatui obijciunt triticum siccũ. centenos vicenos turtures fere semodium. Quotidie purgant eorũ pabula a stercore / ne ledant. quod quidẽ seruat / et est bonum ad agrum colẽdum. Ad saginandum aptissimũ tempus est circiter messem. et tũc matres eoꝝ plurimos gignunt pullos. in q̃bus maxime fructus cõsistit. Aucupatores tamen lombardie precipue Cremone tota estate turtures feras retibus capiũt et i domusculã clausam et luminosã includunt. eisq; dãt continue aquam puram et miliũ quãtum sumere volunt. et usq; quasi ad hyemẽ vel post partem autumni seruant. sicq; quingentas et mille quandoq; congregant que ineffabiliter i pinguant. et sic impinguatas optie vendunt.

De turdis et merulis perdicibus et coturnicibus impinguandis.

Qui vult predictas aues vel alias que pingues care veneunt habere / locũ faciat clausum. et tegulis uł tecti magno coopertum magnum / secundum quãtitatem auium quas includere volet. In hoc tectum aquam venire oportet per fistulã. et eã per cannales angustos serpere qui facile extergi possint. Nam si lata diffusa esset aqua / inquinaret facilꝰ. et biberet inutilius. et que superat ad potum auium / per fistulam exeat. ne luto aues laborent. Ostium habere debet humile et angustũ / quo custos vix intrare queat. Fenestras raras per quas non videant extrinsice arbores aut aues / eo ꝙ earum aspectꝰ ac desiderium / macrescere facit volucres inclusas. Tantum luminis locũ habere oportet / vt aues videre possint vbi assideant. vbi cibus. vbi aqua sit. Circa ostia ac fenestras tal sit munitio ne mus vel mustela vel alia bestia intrare possit. Circa huiꝰ edificii parietes intrinsecus / multi sint pali vbi aues assidere possint ac etiam pertice iclinate ex muro ad parietes / quibus multe pertice ãnectãt

ex transuerso modicis interuallis ad speciem cancellorum. Cibatui turdorum ponantur offe glomerate ex ficis et farre mixtis. ceteris tribuantur grana quibus uti consueuerunt. et ea precipue/que auidius sumunt. Diebus .xx. anteque vult tollere turdos largius det cibum. et farre subtiliori. incipiat alere. Cum opus est ut ex hoc sumantur auiario/excludantur idonee in minusculum auiarium quod est cum maiore coniunctum ostio lumine illustriore. ibi cum eum numerum habet exclusum quem sumere vult/omnes occidit. hoc ideo in secluso clam ne reliqui si videant terreantur. et alio tempore venditionis moriantur. Utilitas et delectatio in his est/ quia viles et parui precii includuntur. et impinguati/care veneunt. et dominorum e sui satisfaciunt ad votum. pro se et quibuscunque voluerint. quotiens fuerit oportunum.

De sedibus apum. et loco ipsis congruo.

De apibus tractaturus dicam primo de ipsarum statione seu sedibus de quibus dicit Paladius quod locari debent in aliqua parte orti secreta. et aprica et calida et a ventis remota Nam ipsi prohibent pabula ferre domum ut ait Virgilius. Non longe a dominicalibus domibus/ut furum et accessus hominum pecudumque submoueatur. Ubi sit abundantia florum. quos vel in herbis vel fructibus. vel etiam arboribus/ procuret industria. Sint autem arbores a septentrionali parte disposite. Fons vel riuus sit. qui formet humiles transeundo lacunas. Varro autem dicit idem. scilicet quod iuxta villam dominicam sed potissimum/ ubi non resident imagines/id est voces eco/hic enim sonus fuge existimatur esse procerum. Iterum esse debere dicit in aere temperato. neque estate frigida. neque hyeme. non aprico ut spectet potissimum ad hybernos ortus/id est ad eam partem in qua hyeme sol oritur que prope se loca habeant ea/ubi pabulum sit frequens et aqua pura. Virgilius vero addit quod ante earum hospicia / frondentes arbores esse debent. Item dicit quod in aqua que ibi stabit iners seu proflu et/debent conici transuerse salices et grandia saxa. ut pontibus crebris possint consistere. et alias pandere ad estiuum solem. Item ait Paladius quod podia trinis alta pedibus fabricentur. et opere albario lenigentur propter lacertarum ceterorumque animalium noxam/quibus est moris irripere. et super hec podia/ aluearia collocentur ita quod umbre penetrari non possint. spaciolis inter se distantibus segregata. Item ut Virgilius ait/a loco apum abesse debent oues et edi. qui floribus insultant. Item vaccenerorem deglutiant. et surgentes atterant herbas. Item abesse debent stelliones et lacerte ac irundines. ceteraeque aues nocue que insidiantur et nocent eis. Absit etiam grauis odor ceni/et quarumlibet aliarum rerum.

De aluearis qualia esse debeant.

Aluearia meliora sunt ut Paladius ait/que cortex formauit. maxime raptus ex subere. quia non transmutant vi frigoris uel caloris

Possunt tamen ex ferulis fieri. si hec desunt/ salicinis viminibꝫ fabricen tur. vel ligno cauate arboris. aut ta bulis. fictilia deterrima sunt. que ꝛ hyeme gelātur/ et estate feruescunt Angustus tamen aditus admittat examina/ propter frigoris iniuriaꝫ ꝛ caloris. sane ventis frigidioribus paries altus obsistat. ¶ Aditus ōnes soli opponant' hyberno/ qui in uno cortice/ duo vel tres eē debebunt ea magnitudine/ que apis magnitudi nem non possit excedere. sic etiā nox iis animalibus/ ingressu resistat' an gusto. vel si apes voluerint obside re exeuntes/ alio vtent' egressu. nam si aditus nō sunt angusti vt ait Vir gilius/ frigora mella cogit id est con gelat hyems. eademq calor liq̄fac ta remittit/ vtraq vis apibus pari ter metuenda est. Sed pro magna p te homines nostri temporis vno so lo mediocri seu magno vtunt' fora mine infra mediam aluei partem. J tem debent aluearia esse magna/ pro magno examine. parua/ pro paruo. licet in paruo sepius examen emittāt quia duo examina ī paruo simul eē non possunt ¶ Alta autem seu longa sint/ vno pede ꝛ dimidio. duobꝫ eti am aliquando/ ꝛ lata circa duos se misses/ aut modicum vel plꝫ vel mi nus. Vir autem expertissimus mihi asseruit ꝙ meliora sunt aluearia qua drata ex tabulis constructa q̄ꝫ rotū da. et melius ꝙ iaceant interiꝫ parū decliuia/ q̄ꝫ erecta. quoꝝ commode possunt acies vna super aliam collo cari. ꝛ hec aluearia fundum ab vtro q capite habere debent taliter dispo situm/ ꝙ inde facile possit remoueri cum opus erit de melle tolli. Fundꝫ anterior habere duo foramina par ua. ꝛ posterior vnum in parte īfima debet. per que ab vtraq parte ingre diant'/ ꝛ egregiant' apes. Retulit eti am se inuenire melius ipsas labora re/ quando aluearium interius est ob scurum. quod argumentum est/ ꝙ fo ramina debeant eē parua. et rimule ō nes alueariū optime sigillate. ad q̄d multum facit eaꝝ industria ¶ Vide mus enim ꝙ foramina magna circa hyemem cera obturant. foramine so lo relicto ad formam ipsarum.

¶ De apibus qualiter nascunt'.

Apes nascunt' partim ex apibꝫ. partim ex bubulo corpore putrefacto ut ait Varro. sed modum silet Virgilius autem ait/ magistrum ar chadium primum huius rei fuisse au torem. ꝛ inuenisse modū Eligit' ergo locus angustus parietibꝫ clausus/ angustiq imbrice tecti/ habens quat tuor oblique fenestras. tunc vitulꝫ bimus querit'. huic gemine nares et spiritus oris/ multum reluctanti ob struit'. plagisq pēpto/ tonsa viscera soluunt' per integram pellem. sic po situm in loco clauso relinquūt. ꝛ ra mea fragmenta costis subiiciunt thi mum videlicet cassiasq recentes. hoc gerit' cum zephirus primo spirat/ ā teq̄ꝫ prata virescant. et anteq̄ꝫ irun do veniat/ nidumq suspendat. tunc humor vituli tepefactus estuat/ ꝛ a pes creat. q̄ primo sine pedibus ap parent. mox stridentes pennis miscē tur. ꝛ in aera eleuant'

Quales emi debent ⁊ quãdo. ⁊ q̃liter inueniant̃ ⁊ deferant̃.

In apibus optime sunt pue varie rotunde vt ait Varro. In emendo emptorem oportet videre an valeant. an sint egre. Sanitatis signa / si sunt frequentes in examine. ⁊ si nitide ⁊ si opus quod faciunt est equabile ac leue. Minus valentium signa / si sunt pilose ⁊ horride ut pulverulente. Prouidendũ etiam vt plena compareant̃ aluearia. quam rẽ uł inspectio. vel murmuris magnitudo vel frequentia commeantis ⁊ remeãtis examinis ꝓbat. Si transferende sunt in alium locum / id facere diligẽter oportet. ⁊ tempora quib⁹ id potissimum facias animaduertendũ. ⁊ loca quo transferas idonea prouidẽdum. tempora / ut verno potius q̃ hyberno. Nã hyeme difficulter consuescunt translate manere. itaq; fugiunt plerumq; / si ex bono loco trãstuleris et vbi idonea pabulatio nõ sit fugitiue fiunt. Ex vicina potius q̃ longinqua regione transferẽde sunt ne terreant̃ aeris nouitate. Si vero sunt longius aduehende / collo nocte portent̃. nec collocare nec aperire aluearia debemus / nisi vespere instãte. Speculemur deinde post triduum ne omne suas ianuas egrediat̃ examẽ. Hoc enim signo / fugam arripere meditant̃. non tamen credunt̃ fugere / si stercus primogeniti vituli alliniamus oribus vasculorum / vt Paladius ait. Mense Aprilis ut idem ait. locis apertis apes queremus. ac pmo q̃ longe aut prope sint / exploremus. Rubricam liquidam vel quid aliud tingens breui vasculo geram⁹ infusam. et obseruemus fontes / aut aquas vicinas. tunc dorsa apũ bibencium tangant̃ illo liquo retincta festuca. ⁊ ibidem moremur. si cito reuerse fuerint quas tinxerimus / hospicia eaꝝ proxima esse cognoscim⁹ si tarde spacio longiore submotas / pro mora temporis estimamus. Ad proxima facile uenies. ad longiqua hoc genere perduceris. Canne vnũ internodium cum suis recides articulis ⁊ in latere aperies. ibi mel exiguũ mittes ⁊ iuxta fontem pones cũ ad id peruenerint apes atq; ingresse fuerint. Post odorem / foramen pollice apposito claudes ⁊ vnam tantũ patiaris exire. cuius fugam persequere. ea tibi partem demonstrabit hospitii. Cum eam ceperis non videre / statim emittas alterã ⁊ sequaris. ita singule subinde dimisse / te faciẽt usq; ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuissimũ circa aq̃s ponunt in vasculo. de quo cũ apes aquam degustauerit ad cõmune pabulum pergens / alias exibbebit. quarum frequentia subinde crescente notata volantium parte vsq; ad examina persequeris.

Qualiter tenẽde ac ꝓcurãde sunt.

Custos apũ ꝓcurare deb; ut circa ipsaꝝ loca sit abũdãcia floꝝ quos uł in herbis ł fructib⁹. uł etiã arboribus procuret industria. Herbas nutriat. origanũ. timũ. saturiã. serpillum. violas. amaratũ. iacinctum qui iris vel gladiolus dicit̃. narcisum. crocũ. ceterasq; herbas suauis odoris ⁊ floris. In fructibus quoq;

sunt/ rose· lilia· rosmarinus ⁊ cetere·
In arboribꝰ/ amigdalus· persicus.
pirus. pomifereq; arbores / quibus
nulla amaritudo respōdet floris uel
succi· Siluestria vero glandifera· ro
bura· buxus. terebintus. lentiscus ce
drus. tilia· ilex minor. tinus ⁊ cassi
remoueant᷑· supradicta eī dulce mel
efficiunt· cetera saporem mellis rusti
ci prebent/ vt ait Paladius ¶ Ea p̄
cipue sunt serenda/ si pabulum natu
rale nō est/ vt dicit Varro. que max
ime sequunt᷑ apes ea sunt· rosa· ser
pillum· apiastrū· papauer· faba lens
pisum osimum. caprum medice max
ime· citisum quod valentibus vtilis
simum ē. etenim ab equinoctio verno
florere incipit/ ⁊ permanet ad alterū
equinoctium autumnale ¶ Sed apiū
aptissimum ad sanitatem est· ad mel
lificium thimum· His aquam liqui
dam vnde bibant esse oportet· eamq;
propinquam· que non fluat· vel in a
liquem locum influat/ ita ut ne p̄fū
da sit vltra duos aut tres digitos·
i qua iaceant teste aut lapilli/ super
quibꝰ assidere et bibere possint ¶ In
qua diligēs ē habēda cura / ut aqua
sit pura. quod ad bonum mellificiū
prodest vehemēter. Et quia non om
nis tempestas grandinum vel pluui
arum aut venti vel frigoris eas ad
pastum prodire longius patit᷑· pre
parandus est his cibus/ ne melle co
gant᷑ solo viuere. aut relinquere ex
inanitos alueos· Igit᷑ ficorum pin
guiū circiter. x. pondo decoquunt in
aque congiis sex. quas coctas in of
fas sepe apponunt· Alii aquam mul
sam in vasculis ut sunt prope curāt·
in qua addunt lanam purā per quā
sugant᷑ vno tempore/ ne potu nimiū
impleant᷑. aut icidant· ⁊ singula ua
sa ponunt ad alueos· Alii vuam pas
sam et ficum cū pistauerunt ⁊ effun
dunt in sappam . atq; ex eo factas
offas opponunt ibi/ ad quas in hy
eme in pabulū p̄cedere possint. Ver
no autem tempore et estiuo fere ter
in mense mellarius inspicere debet fu
migās leuiter eas. ⁊ a spurciciis pur
gare alueum. et vermiculos eiicere·
Preterea vt animaduertat ne reguli
plures existant· inutiles enim sunt /
propter seditiones · nam duo sunt
genera ducū/ vt Menecrates ⁊ Vir
gilius scribunt. niger et varius qui
melior est· debet ergo mellarius inter
ficere nigrum/ qui alteri regi seditio
sus ē. ⁊ corrumpit alueum eo q̄ fugat
aut cum multitudine fuget᷑ · ⁊ sic se
dabit᷑ apum pugna vt Virgiliꝰ scri
bit· Mense Mai vt ait Paladius i
cipiūt augeri examina. ⁊ in extremis
fauorum partibꝰ/ maiores creantur
apicule· quas aliqui reges putant·
sed greci cestros vocant/ et necari iu
bent quia requiem cōcutiunt quiete ē
tis examinis Hunc papiliones abun
dant/ quos necare debemus Item cir
ca initium Nouēbris a sordibus li
berādi sunt aluei q2 tota hyeme eos
remouere aut aperire non possumus
sed hec die aprico tepidoq; facienda
sunt / vt pennis maxime auium ma
iorū que habent rigorē. vel aliquo
simili omnia interiora mundent᷑ q̄
manus non valebit attingere· Tunc
omnes rimas que sunt extrinsecꝰ/ lu
to ⁊ fimo bubulo mixtis liniamꝰ. et
insuper genestris ⁊ aliis tegumentis
ad porticus similitudinem operiamꝰ

vt a frigore possint ꝛ tempestate de fendi. Bonus custos mense Septembris debet aluearia vetusta cognoscere. ꝛ plena et grauia que in estate non ediderunt examina/ videre. aut apes occidere. et facere mel ꝛ ceram/ eo mõ quo in suo loco dicet᷑. ¶ Item debet custos ut experti affirmant/ tenere in estate aluearia cum subtilib9 fragmentis tabularum paululũ eleuata/ quo apes vix ingredi ꝛ egredi possint. sed non lacertule. In hyeme vero/ cum fimo bubulo peroptime obturata. Item cum nimis depauperant᷑ melle/ quod cognoscit᷑ visu si desubtus inspiciat᷑/ uel pondere/ vl᷑ meliusfacto supra partem mediam paruo foramine. ac per ipsum mũda virgula intromissa/ exhibeat eis mel vel pullum assatũ aut alias carnes Item dicunt si alueus pinguis est/ dimittat᷑ hyeme super sedibus suis si macer reponatur in domo in loco obscuro preparato/ ne mures obsint

¶ De nocumentis apũ ꝛ cura ipaꝝ.

Prouidendũ ẽ ut ait Varro/ ne infirmiores a valẽtioribus opprimant᷑. eo enim minuit᷑ fructus. ita q; infirmiores secretas earum rege occiso/ subiiciunt sub alterum regem Que crebrius inter se pugnabunt. aspergi eas oportet aqua mulsa. quo facto nõmodo desistant pugna/ sed etiam conferciunt se lingẽtes. eo magis/ si mulso sint asperse. quo propter odorem auidius applicant se. ac q; obstupescunt potantes. ¶ Si ex alueo nimis frequentes euadũt ac subsidit aliqua pars. subfumigandũ. ꝛ prope apponendum aliquid bene olenticium herbarum/ maxime apiastrũ ꝛ thimum. Prouidendum vehementer. ne propter estum aut propter frigus dispereant. Si quando subito ĩbri in pastu sunt oppresse aut frigore subito quod raro accidit/ ut decipiant᷑ guttis offense iacent ꝓstrate colligendum eas in vas aliquod. et reponendum in tecto tepido/ ꝛ bono cinere tepido/ magis tamẽ calido q̃ frigido/ eiiciendum super eas. et excutiendum leuiter vas/ vt eas manu non tangas. et ponendũ ĩ sole quo reuiuiscant iuxta suos alueos/ vt ad domicilia redeant Si vero egre sunt quod his cognoscit᷑ signis ut Virgilius ait/ q; continue est egris alius color. horrida macies multũ deformat corpora mortuarum extra efferuut᷑ alie pedib9 annexe ad limina pẽdẽt aut intus in edibus omnes certant. ignaueq; fame sunt. et contracto frigore pigre. tunc sonus audit᷑ grauior. et susurrant ut ĩ siluis murmurat auster. et vt mare stridet refluentib9 vndis. et vt clausis fornacibus rapidus estuat ignis. tunc eis galbaneos incende odores et in cannalibus arundinis mella exhibeas. ꝛ ꝓderit si galle contrite saporem admisceas aut arentes rosas. aut frusta carnis assata prebeas. aut vuam passã aut cetropium. thimum vel centauream aut radices herbe que a rusticis vocat᷑ amella. pone in odorifero bacho ꝛ in canistris ad fores apum. et hec herba cognoscit᷑ quia in pratis orit᷑ ꝛ tollit stipitem velut siluam. ꝛ eius folia plurimum circũfodiunt᷑. eius flos est aureus. ꝛ asper in ore sapor.

Fugemus etiam vt ait Paladius lacertas et ranas. et cetera animalia que sunt apibus inimica. aues etiam crepitaculis terreamus. Mense Marcii maxime solet apibus morbus incurrere. nam post hyberna ieiunia / titimali et vlmi amari floribus qui prius nascuntur auidius appetitis. solutione ventris intereunt / nisi affueris velocitate remedii. prebebis ergo maligranati cum austero vino grana contrita / et in vasculis refrigerata / ponantur. Quod si horride videntur / atque contracte corpore et mortuarum corpora frequenter afferre / cannalibus ex canna factis mel cum galle puluere uel sicce rose coctum / debebis infundere. Illud ante omnia expediet / vt putres partes fauorum / vel vacuas ceras quas aliquo casu examen ad paucitatem redactum non valebit implere / semper recidas acutissimis ferramentis subtiliter / ne pars alia mota fauorum / cogat apes domicilia concussa deserere. si propter abundantiam florum de melle tantum / sed de prole nil cogitant / et videris nimietatem mellis interiectis trinis diebus clauso foramine / non eas patiaris exire. ita ad generandum se conferent. Nunc circa kalendas Aprilis curandi sunt aluei vt omnia purgamenta tollantur et sordes / quas tempore contraxit hyberno. et vermiculi et tinee et aranee quibus corrumpuntur vsus fauorum. et papiliones que stercore suo vermes faciunt. Modus autem occidendi papiliones hic est / vt Paladius ait. Vasculum eneum altum et angustum vespere inter aluearia collocemus. et in eius fundo lumen ponamus accensum. illuc papiliones conuenient. et circa lumen volitabunt. et angustia vasculi / ab igne proximo interire cogentur. tunc fimus stercoris bubuli sicci adhibeatur. qui aptus est apum saluti. que purgatio frequens usque in autumni tempora celebratur. Hec omnia ceteraque efficiet custos castus et sobrius. et alienus ab allüs et a cibis acerbis et odoris immundi atque omnibus salsamentis.

De moribus et industria ipsarum apum.

Apes non sunt solitaria natura vt aquile / sed vt homines. nam in his est societas operum et edificiorum. In his ratio atque ars foris pascuntur. intus opus faciunt. nulla harum assidet in loco inquinato aut in eoque male oleat. Et si quando in aere disperse sunt cimbalis et sonis / se reducunt in locum vnum. Regem suum sequuntur quocunque it. et fessum subleuant. et si nequit volare / succollant quem eum seruare volunt. neque ipse sunt inoperantes. necnon odiunt inertes. itaque impetum facientes. ad se eiciunt fucos. quia hi neque adiuuant / et mel consumunt. quos vociferantes plures persequuntur et pauce. Preter ostium aluei obturant omnia qua venit inter fauos spiritus. omnes ut in exercitu viuunt. atque alternis horis dormiunt et opus faciunt pariter. et ut in colonias mittunt. harumque duces faciunt quedam ad vocem / ut imitatione tube. tunc id faciunt / cum inter se signa pacis ac belli habent. Ex malopunico et asparago / cibum carpunt solum. Ex olea arbore / mel. sed non bonum. Duplex ministerium prebetur ex faba

apiastro. cucurbita. et brasica. cera et cibus. Item ex malo et piris siluestribus. Ex papauere / cera et mel. Ex nuce greca / triplex ministerium fieri dicitur. Et ex lapsano / cibus mel et cera. Item ex aliis floribus ita carpunt ut alia ad singulas res sumant / alia ad plures. Item ex alia re faciunt liquidum mel. ut ex sisere flore. ex alia / cōtra. spissum ut rorемarino. sic ex alia re / mel insuaue / ut ex fico. et ex citiso bonum. et ex thimo optimū. ut ait Varro. Virgilius preterea ait. quod ipse aulas et cetera regna figūt Sepe etiam errādo in duris cotibus attriuere alas ultroque animā sub fasce id est pondere dedere. tantus est amor florum et generandi gloria mellis. licet sint breuis vite / nam ultra septennium non uiuunt. quod uis earum genus maneat immortale.

Quando quare qualiter exeūt examina. et quomodo prescitur earū exitus.

Tamen exire solet ut scribit Varro / cum apes nate prospere sunt nutrite. et progeniē in coloniam mittere uolunt. ut olim crebro sabini fecerunt / propter multitudinem liberorum. quod duo solent preire signa. Unum quod superioribus diebus maxime uespertinis horis multe ante foramen ut uue / alie ex aliis pendēt conglobate. Alterum / quod cum iam euolature sunt. aut etiam inceperunt / cōsonant uehementer. ut milites et populi faciunt. cum castra mouent. que primo cum exierunt in conspectu uolitant. reliquas que nōdū exiuerūt. expectantes / donec omnes conueniāt.

Virgilius autem scribit / quod aliquādo exeunt ad pugnā. nam sepe duobus existentibus regibus / oritur magna discordia inter eos et eorum sequaces. quod cognoscitur quia tunc in aere sonus magnus ad modum tubarum auditur. dum trepidus inter se coeunt. pennisque coruscant. spiculaque exacuunt rostris. aptantque lacertos. et circa regem miscentur et densantur. magnisque uocant clamoribus. in hostem tunc erumpunt et occurrunt. et mixte glomerantur / et magnus fit sonitus. precipitesque cadunt densiores grandine et glande cum decutitur. Ipsi reges per medias acies ingenti animo inter se bellant / fulgentibus alis. nec pugne cedunt / dum fuga illum aut illū uictor terga dare coegit. Hi motus animorum atque huiusmodi tanta certamina / iactu exigui pulueris quescūt. Uerum cum ambos ductores et acies reuocaueris / deteriorem ne amplius obsit dede neci. et meliorem repōe in aula. nā duo sunt genera. melior est aureus. alter horridus. Item exeunt aliquando ob inanem delectationem / ut idem Virgilius scribit. quia per aera uolando ludunt quod facile prohibere potes. Eripere enī debes regibus alas / ne in altū uolare possint. Paladius autem scribit quod futura fuga seu exitus examinis prescitur quoniam per biduum aut triduum ante acrius tumultuāt et murmurāt quod apposita frequenter aure cognoscitur.

Qualiter examina sunt colligenda et includenda.

Cum custos apum videt
examen exiuisse/ atq3 in a
ere permanere. statim de
bet puluerem iactare
et alicuius rei sonum fortiter facere
vt territe longe non eant. sed se in a
liquo loco proximo suspendant. et
cum omnes ibi conuenerit/ eas in ter
ram deponat. et alueū super eas col
locet/ in quem intrabunt in proprio
loco vbi stare debebunt/ vespere col
locandum. Vel paruū alueum odori
fero vino aspersum/ qui arnarolus
vocat. cū pertica ponat in eum lo
cum vbi se suspendunt. in quē per se
vel fumo ingrediunt. et cū omnes in
trauerint/ deponant sub vno scāno
spaciose forato/ et nouus alueus op
time purgatus. et vino odorifero as
persus/ et feniculis viridibus aut ali
is odoriferis herbis/ et pauco melle
perfricatus/ supra eum apponatur.
remoto superiori fundo alueoli/ vt
in nouā per se vel beneficio fumi do
mum intrent/ cum qua vespere in su
o loco ponāt. Qz si iam in aliquo lo
co se suspenderint/ incidat acuto fer
ro et suauiter deponat et super eum
locet nouus alueus vt predixi. vel
supra eas collocet alueolus. et fiat
vt dixi. cum in herbis vel ramulis
annexis ad perticam se suspendunt.
Qz si examen integrum colligere nō
potes/ in duabus vel pluribus vicibus
ipsum colligere potes. et quamlibet
partem sub alueo collocare. Qz si cō
tingeret te regem cum vna parte ha
bere/ omnes alie particule ad eum ve
nient per seipsas. et si iam in aliquā
arborem perforatam intrauerint. ad
locum vnde intrant et exeunt admo
neat alueolus. et per aliquod mag
num foramē sub apibus nouiter fac
tum immittat fumus. ut in alueolū
fugiant desuper collocatum. vel i ra
musculos ibi appositos si alueolus i
bi non habet. et sic iter plures vices
poterunt omnes haberi. Vel eadē ar
bor si subtilis est cum serra recidat
acuta desuper atq3 infra. et ueste mū
da cooperta/ tollat. et in nouū alueū
expellat. Vel per se in edibus collo
cetur. aut ex ipsa arbore appellant
in eorum et cū se in aliquo ramo sus
penderint vel suspendere volunt/ fi
at ut est dictum de hisque sponte re
cedunt. si autem se suspenderint in her
ba vel frutice vel alio loco supra
quem nouus alueus possit poni/ nō
est aliud agendum/ nisi q in eo reci
piat et super podiis vespere colloce
tur. Item si se suspenderint in aliquo
alto vel inepto loco de quo predic
tis modis haberi non possit/ excutiā
tur longissimis perticis vt in terra
cadant. vel in cōgruo loco se ponāt
Custos autem cū talia pcurat/ vt
Paladius scribit/ debet esse purus.
et ab omni imundicia et olore alicuius
acredinis vel alterius mali saporis
liber. Item sollicitus et attentus ha
bens semper aluearia noua parata
quibus recipiat examinum rudis
iuuentus. nam nouelle apes uaganti
bus animis/ nisi seruent effugiunt.
exeuntes in aditu suo morant. vno
aut duobus diebus/ que statim no
uis aluearis excipiende sunt. Obser
uabit autem custos assiduus usq3 i
octauam vel nonam horam de men
se precipue Iunii. cum signa future
fuge perpendet. quia post has horas

nō facile fugere aut emigrare consue
uerunt. quāuis alique statim ⁊ pro
cedere et abire non dubitent. Itē cū
ad pugnam redierit et exierit/ ⁊ se i
ramo uel alio loco suspenderit/ pul
uere vel alia re compulse/inspiciat.
⁊ si vnius vberis educatione pende
bunt/noscat aut vnum regem eē om
nibus. aut recōciliatis vniuersis ma
nere concordiā. ¶ Si vero duo vel
plura vbera suspendens se populus
imitat/ ⁊ discordes esse. ⁊ tot reges
eē quot vbera consistent. ¶ Vbi glo
bos apum frequentiores viderit/ uc
ta manu suco mellis opbilli vel apii
reges requirat. sunt autem paulo ma
iores ⁊ oblōgi. magisq̄ cetere apes
rectioribus cruribus / neq̄ grandio
ribus pennis. pulchriores ⁊ nitidi.
lenes absq̄ pilo/nisi frōte pleniores
quasi capillum gerunt in vētre. quo
tamen non vtunt ad vulnus. Sunt
et alii fusci atq̄ hirsuti. quos opor
tet extingui ⁊ pulchriores relinqui.
qui frequenter vagant cū examini
bus suis alis seruent ereptis. hoc eī
manente/mulla discedit. Si nascunt
nulla examina/duoꝝ vel pluriū uas
culorum possumus in vnum cōferre
dulci tamē liquore aspersas apes at
q̄ inclusas/tenebimus. apposito ci
bo mellis. Exigua tamen respirami
na/relinquamus in cella. Et si velis
aluearium cui per aliquam pestē mi
titudo subducta ē populi subductōe
reparare/considerabis in aliis abun
dantibus/ceras fauorum ⁊ extremi
tates que pullos habent. ⁊ vbi signū
nasciturι regis inueneris / cū sobole
sua recides. ⁊ in idem aluearium po
nes. Est autem hoc regis futurū sig
num. inter cetera foramina que pul
los habent. vnum maius ac longi9
velut vber apparet. Sed tunc trans
ferendi sunt / quando erosis cooper
culis ad nascendum maturi / capita
nitunt exerere. Nam si immaturas
transtuleris/interibunt. Si autem se
subitum leuabit examen / strepitu ae
ris terrent ac testule. tunc ad aluea
rium redict. vel in proxima fronde
pendebit. et inde in nouum vas her
bis consuetis et melle cōspersum ma
nu attrahat vel trulla. Et cū in illo
loco requieuerit/ vespere iter alia col
locet.

¶ Quando ⁊ qualiter potest apib9 de melle accipi.

Mense Junii secūdum Pa
ladiū aluearia castrabūt
que matura esse ad mell
redditum/ signis pluribus
instruemur. Primum si plena sint/
apum subtile murmur audimus. nā
vacue sedes fauorum velut cōcaua
edificia/uoces quas accipiunt i ma
ius extollunt. quare cum murmuris
sonus magnus et raucus est/ agnos
cimus non esse idoneas ad metendū
crates fauorum. Item cum fucos q̄
sunt apes maiores grandi intentiōe
perturbant/matura mella testant.
Item secundum Varronem signum
eximendoꝝ fauoꝝ est/si intus faciūt
globum. ¶ Item si fauorū foramina
obducta sunt quasi mēbranis quia
tunc plena sunt melle. Castrabuntur
autem aluearia matutinis horis / cū
torpent apes. nec caloribus excitan
tur. Fumus āmoueat ex galbano et
arido fimo bubulo / quē in palmēta
rio siccis carbonib9 cōuenit excitare

quod vas ita figuratum sit/ vt an
gusto ore fumum possit emittere· ac
ꝙ ita cedentib⁹ apibus / recidentur
mella· ad examinis pabulum hoc tē
pore pars quita fauoꝝ dimitit̃ Sa
ne putres aut viciosi faui de aluearì
is auferant̃. Mēse etiam Octobris
aluearia castrabunt̃ mō predicto.
que tamen oportet inspicerere / et si
abundantia est/ demere· si mediocri
tas/partem mediam ꝓ hyemis ino
pia relinquere ¶ Si vero medietas
apparet in cellis / nihil prorſ⁹ aufer
re· Sed Varro scribit ꝙ pars tercia
fauorum tantūmō tollat̃· ⁊ reliquū
ꝓ hyeme relinquat̃ licet plēa sint al
uearia melle ¶ Uerum si metuas du
ram venturam hyemem / nil prorſ⁹
auferre· vt Virgilius scribit ¶ Uiri
autem nostri temporis valde expti i
talib⁹ affirmāt / ꝙ mel debet eis ac
cipi semel tantū in anno / ⁊ hoc a fi
ne Augusti usqꝫ ad medium mensem
Septembris. sed cera corrupta / tunc
⁊ ante quandocūqꝫ auferri potest ·
Item ꝙ mel parum debet auferri uel
multum / habito respectu ad paucita
tem vel multitudinem mellis ī alueo
existentis. ⁊ ad paruitatem vel mag
nitudinem examinis nutriendi / dū
mō ultra quartā partem alicui nō tol
lat̃ Mod⁹ autē accipiēdi de alueis
stātib⁹ē ut claudat̃ cū herba foramē
unū ł plura si sint· ne apes exire pos
sint· et de subtus cū panno molli vł
palea fiat fumus ut ad partem aluei
superiorem ascendāt· ⁊ plicato alue
o incidant̃ faui cum subtili cultello
frequenter in aqua posito / ne cera
adhereat· et ne remanentes ledantur
Si vero alueus iaceat. faui fieri inci
piunt in parte postrema· assidi supe
riori annexi. ⁊ ibi primo melle iplen
tur. Ultimo in parte anteriori labo
rant ibiqꝫ morant̃. omnes. ideoqꝫ fū
dus posterior securi aperiri potest·
qui sic dispositus eē debet/ vt facile
aperiat̃· et fauis mellitis furtiue sub
tractis· reponat̃ fundus in loco su
o. Apes autem cum hoc cognouerint
omnes accedunt ad vacuatum locū
replendum. ⁊ cū ipsum reparauerit/
et omnia compleuerint. ad partē an
teriorem redeunt. ibiqꝫ morant̃· ex
quo aperte sciri potest· ꝙ locum va
cuum impleuerunt ·

¶ De melle ⁊ cera cōficiendis ·

Mel ex fauis siue apib⁹ fit
hoc mō. Ex fauis anteqꝫ
premant̃/ tollant̃ si que
sunt ibi partes corrupte
ac pullos habentes· quia malo sapo
re mel corrumpunt· ⁊ conquassati ī
munda cista ponant̃· et sic dimittan
tur/ donec per se paulati fluxerit mel
vel etiam aliquo pondere pressi· qđ
fluxerit/ est mel crudū pulcherrimū.
Deinde coquat̃ mel cum cera vt ifra
dicet̃· Cum conquassatis et occisis
apibus fit hoc mō· Mense Septem
bris accipiant̃ aluearia grauia ve
tusta· que precedenti estate non edi
derunt examina. ⁊ supra fumū ⁊ flā
mam paleaꝝ alueus modicum tenea
tur · vt apes superius fugiant. vel si
bi alas comburant. Deinde reuolue
coopertorium aluei super terrā· ⁊ cū
vāgetta ferrea incide baculos existē
tes in alueo· ⁊ optime cum eadem /
mel ceram ⁊ apes conquassa. Deinde
reuolue alueum / ⁊ coopertoriū remo
ue· ipsumqꝫ alueū sup stangetta mas

celli mundissima pone. ac cum vãget
ta fac in mascellum descendere mel ⁊
ceram/ que postea ĩ forti tascula po
ne. quam cum ligaueris fortiter exp̃
me aliquo mõ stringendi. vel cũ vi
te magistroꝝ lignaminis. vel iter du
as assidiculas positas in duabꝰ stã
gettis in parte inferiori ligatis. vel
in vna concha/ posito asside ac pon
deribus super ipa stangetta. vel iter
duos baculos/ quos duo tenent hõi
nes/ et tercius partem supremã stan
gette fortiter torqueat. ⁊ quod fluxe
rit/ est mel crudum. et si pluries du
pletᷣ stangetta fortius ⁊ melius cõ
primetᷣ. Deinde vero quod in tascha
remanserit. ponatᷣ ad ignem lentum
in cacabo. ⁊ sine feruore calefiat. et
semper tene manus in vase. ceramqꝫ
minutatim aperias. donec mel et non
cera erit ĩtegre liquefactum ⁊ cũ mel
ex calore ceperit paululum pungere
manus/ omnia in tascha repone. ite
rũqꝫ preme ut supra. nec est damno
sum si non prematᷣ acerrime/ vt de
melle aliquid remaneat cere admix
tum. cum longe minus valeat mel q̃
cera. Et hoc quod fluxerit/ mel coctũ
vocatᷣ. quod in vasculis debet poni
ipsisqꝫ apertis paucis diebꝰ haberi.
atqꝫ in summitate purgari/ donec
musti refrigerato calore deferueat.
Mel nobilius illud erit/ quod ãte ex
pressionem secundam effluxerit ve
lut sponte. Cera que post fluxũ mel
lis in tascha remanserit/ siue apes ad
mixtas habeat siue non/ ponatᷣ/ ĩ ca
cabo mundo. in quo sit tanta aqua
vel plus vt cera extat. Hec ad ignẽ
teneatᷣ/ donec sit liquefacta integre.
semperqꝫ cum spatula vel aliquo ba
culo agitetᷣ. et in dicta tascha grossa
ponatᷣ. et fortiter comprimatᷣ/ vt ĩ
situlã vel catinũ habentẽ aliqd aq̃
cadat. ibiqꝫ stet donec sit aptime
congelata. tunc eleuetur. ⁊ ab omni
sordicie que sit inter ceram ⁊ aquam
mundetᷣ ⁊ seruetur. ⁊ si placuerit/ ut
pulchrior adhuc fiat/ sine aqua ite
rum calefiat. et ĩ vase aque madido
cuiuscunqꝫ forme placuerit/ iterũ re
ponatᷣ. Quicquid in tascha remanse
rit abiiciatᷣ. ⁊ ipsa in aqua calida la
uetur/ et ad fumum ponatur. et sic
diu valde durabit.

¶ De omni vtilitate apum.

In apibꝰ vtilitas magna
consistit. si locum idoneũ
habeant/ ⁊ prudenter ac
sollicite ꝓcurentur. nã ex
paucis breui tempore multa examina
fiunt/ nisi magna pestis temporis e
is obsistat. nam in anno semel bis
⁊ plerumqꝫ ter pariunt. ⁊ examen e
mittunt. et sine magnis expẽsis ac la
bore tenentur. licet non sint totaliter
negligende/ ex quibus cum augmẽtũ
receperint/ vetusta quinqꝫ vel sex an
norum que parere desierit etate/ mag
no precio quia multam habent cerã
vendere potes. et noua seruare. Fa
ciunt etiam ceram. que maxime neces
saria est regibus ⁊ prelatis/ et q̃buscunqꝫ personis/ vt notum est omni
bus. que satis magno venditur pre
cio. Et quod amplius est/ die noctu
qꝫ honorem exhibet regi eterno. Itẽ
faciunt mel in maxima quantitate.
quod valde utile est tam ad cibum
q̃ ad medicamina infinita. Ad ipsa
rum utilitatẽ ꝓuocandã refert Var
ro duos fuisse milites ĩ hispania fra

tres/ex agro falisco locupletatos. quib9 cũ a patre relicta esset parua domuscula/ ⁊ agellus non sane maior iugere vno. circa totam domum alnearia fecisse et ortum habuisse. et reliquũ locũ ac spacia thimo ⁊ citiso semine operuisse. ac etiam apiastro. Hos nũq minus ut pereque ducerẽt dena milia sexteria ex melle recipere eẽ solitos. Vnde ait Persius. Nec thimo satiãt apes/nec frõde capelle

Explicit liber nonus.

Incipit liber decimus De diuersis ingenüs capiendi animalia fera et primo ponit̃ ꝓlogus.

Antiqui philosophi quorum intellectus a deo excelso illustratus ẽ. vt vtilia humano generi cognoscerent intelligentes quecunq sub celo sunt ad vtilitatem hominum esse creata / subtili cogitauerunt ingenio. qualiter animalia aerea terrestria ⁊ aquatica / que propter peccatum primi parentis / homini nequaq obediũt. capere possent. Inueneruntq multas cautelas quibus homines vsi sunt. et suis ingeniis successiue infinita addiderunt ingenia plurib9 ignota. Ideoq cũcta que scire potero/ in scriptis reducere intendo. Primo tractans quib9 modis capiunt̃ aues. Secũdo bestie siluestres. Tercio pisces. De aurib9 autem qualiter capiunt̃ cum auib9 rapacibus domesticatis. cum rethibus. cum laqueis. visco. balistis. arcubus. et aliis quibusdam modis. Et de bestiis/ qualiter capiunt̃ cum bestiis domesticatis. cum laqueis. rethibus. foueis. tayolis. ⁊ aliis modis. De piscib9 etiã quib9 mõis capiũt̃ cũ rethibus. cistis. hamo ⁊ calce.

De auibus rapacib9 i genere

Prudentes antiqui videntes quasdam aues per aera volitantes alias capere/ caute laborauerũt auium rapacium genera domesticare. ut quas per se capere non poterant/earum auxilio sibi querant. Et horum primus inuentor dicit̃ fuisse rex Daucus. qui diuino intellectu nouit naturam accipitrum ⁊ falconum. ⁊ eosdem domesticare. ad predam instruere. et ab egritudinib9 liberare. Pos9 quem alii multi fuerunt. qui plura ipsarum auium rapacium sciẽtie addiderunt.

De accipitre.

Accipiter est auis nota. Et eius quidem natura ẽ. ut viuat de raptu aliarũ auium. et ideo semper sol9 et nunq sociatus incedit. quia in pda non cupit habere sodalem. ⁊ quãtũ potest ad rapiendum ꝓpe terrã volitat/ne ab auibus quas capere intẽdit videri possit. Ab omnibus quidẽ quibus insidiat̃ instictu nature cognoscit̃. ⁊ eum cum vident aut sentiũt garriunt. fugiunt. ⁊ se quantum possunt occultant. Hec auis velocissimi volatus est in principio sui motus sed postea lentus est ei volatus. ⁊ ideo nisi statim rapiat/ab auis persecutione desistit et super aliquam arborem adeo sepe indignatus se poĩt q vix ad dominum vult redire. In

ueniunt etiam accipitres in alpib9 quibusdã nidificare. ꝛ meliores õi bus sunt ut fertur. qui nascunt i al pe de bruca i sclauonia Boni etiã nasci dicunt / qui nascunt in alpib9 que sunt in confinibus verone ꝛ tri denti. Ex ipsis quidam sunt parui. qui communi nomine vocantur acci pitres. Et quidam magni. qui vocã tur asturres / sunt enim de genere ac cipitrum. sicut coruus ꝛ graculus e iusdem generis sunt. et canis paru9 ꝛ magnus. et idem in pluribus ani malibus est videre. ¶ Et accipitrum quidam sunt maiores. ꝛ hi sunt femi ne / que sunt maioris vigoris. ꝛ qui dam sunt minores. ꝛ vocãt muschit ti. ꝛ sunt masculi / qui pauce utilita tis existunt.

¶ De pulchritudine accipitrum. ꝛ cognitione bonitatis ipsorum.

Accipitrum pulchritudo cognoscit / si sunt magni. curti. paruum habẽtes ca put. pect9 ꝛ spallas gros sas ꝛ amplas. tibias grossas. pedes magnos ꝛ expansos. ꝛ pennarũ co lorem nigrum ¶ Et bonitas quidem cognoscit / quia de nido extract9 me lior est. et a domino raro fugere cõ sueuit. et hic vocat nidasius. Uel q̃ de nido egressus / de ramo in ramum matrem sequit. qui ramarius voca tur ꝛ optimus eẽ consueuit. Secũdi meriti ẽ is / qui postq̃ de nido vola uit. captus fuit anteq̃ pennas in fe ritate mutaret qui sorus vocat. Sz qui post tale tempus captus fuit / ra ro consueuit cum hominibus viuere vel morari. si tamen permaneat / bo nus est. quia in feritate fuit solitus aucupari. Et quanto animosior vi det ꝛ audacior per effectum ꝛ meli orum moꝝ / tanto ab expertis melior iudicat.

¶ Qualiter accipitres nutriũt domes ticantur ꝛ instruunt. et quales capi ant aues. ꝛ qualiter mutant.

Nutriunt autem nidasii et ramarii bonis auibus et carnibus pluries in die paulatim in hora / ut ma gis dominum suũ diligant. Possunt etiam eis dari oua in parapsidibus fracta ꝛ agitata. ꝛ in aquam feruen tem proiecta. ꝛ postea cum digitis simul constricta. Idem fit in soris a principio. sed cum optime priuati ꝛ domestici facti sunt / semel tãtũ sunt in die pascendi. post terciam cũ di gestionem compleuerint / ꝛ non ante quod per gorgam vacuatam cognos cit ab expertis. ꝛ si cibus de gorga usq̃ ad diem sequentem non descẽde rit / tantum sine cibo dimittant Itẽ potest bis in die cibari secure si cibũ inueneris descẽdisse de gorga. ꝛ quo tiens hoc videris / cibare secure pote ris / nisi velis eodem die uel sequenti aucupatum accedere. qua tunc accipi trem famelicum eẽ oportet vt auidi us predam petat ꝛ facilius ad domi num reuertat. Domesticant autẽ si plurimum tenent in manu. et maxie in aurora tempestiue. et iter multitu dinem hominum. et in rumorem mo lendinorum et fabrorum et similiũ Instruunt vero nidasii et ramarii. nam ceteri sunt in feritate instructi hoc modo. Cibetur hora nona bono cibo. et sequenti die teneat i loco ob scuro usq̃ ad ad nouam. Deinde ac

cipiatur et portetur ad locum vena
tionis· et non dimittat primo ad a
regazas vel gazas· neq ad perdices
quia nimis sunt fortes· et si eas supe
rare non posset/ debilitaret eius au
dacia· sed dimittat qualeis· turdis·
et merulis et similibus· Ut si vis ut
gazas capiat/ habeas unam captā
et multas pennas ei de alis auferas·
et quidam in aliquo fossato abscon
sus/ ante conspectum accipitris eam
pijciat. et ei accipiter dimittat. Ca
piunt autem qualeas· et perdices a
regazas. et glandaras siue gazas. et
multas alias aues. ut merulas tur
dos passeres et his similes· Mutan
tur vero quolibet anno. nam ponū
tur de mense Martii vel Aprilis in
gabia magna / spāliter ad hoc facta
et posita ad solē in loco calido velu
ti iuxta muros / plage meridionali
oppositos. Et complet mutatio pen
narum eius / in principio Augusti·
et in pluribus ī medio· et quibusdā
in fine. et in quibusdam nō comple
tur omnino· Et ad hoc valet/ si bene
pascant bonis carnibus. et precipue
auium et ouorum/ ut bene impinguē
tur· tunc enim optime mutant. et qui
dam dicunt ad hoc valere cibum stel
lionum et bissarum· et testudinum et
lacertaꝝ. Et aliqui consideranter de
pilant eos/ ut noue penne nascātur
velocius· sed hoc mō multi iam sunt
destructi·

¶ De industriis aucupationis· et in
ducēdi accipitrē ut a dño nō recedat

Q Ueat domin9 accipitris
ne aliquo mō ledat eum·
sed cum viderit eum iratū
et nolentem stare sup ma
nu vel pertica/ suauiter tangat eum·
et ipsum eleuet si pendeat· et quantū
potest consideret mores et voluntatē
eius. et in omnib9 voluntatem eius
sequat. et semper in manu eum cibet
nec sibi in aliquo contradicat/ quo
niam accipiter est valde indignātis
nature. Preterea cum iuerit aucupa
tum/ non emittat ipsum nisi viderit
eum bene appetere predam· et maxīe
ad aregazas· et gazas et glandaras
nec eum nimis a remotis dimittat qz
cū non potest attingere auem/ sepe in
dignatus recedit. et aliquando ī ar
borem ascendit· nec ad dominū vult
redire· Item nō fatiget dominus ac
cipitrem vltra modum nec sit tantū
auidus multitudinem qualeaꝝ vel
aliarum auium habere q eum destru
at/ uel irasci faciat. Sed cū eas cepe
rit· quas videt accipitrē libēter appe
tere/ sit contētus· et ex ipsa preda e
um cibet/ ut sibi suam venationē sen
tiat pfuisse et incitet ī amore venā
di·

¶ De egritudinib9 accipitrum· et de
ipsorum curis·

A Ccidit accipitri ut calefi
at vltra naturā et cōplexi
onem suam in tantū quā
doq/ ut febriat· et tūc erit
tactu calidus/ et videbitur tristis·
quod quādoq euenit ex solis spiriti
bus inflāmatis/ ex nimio labore/ uel
alio accidente. Et quandoq ex hūo
ribus putrefactis / in aliqua parte
corporis eius. Et tunc si macer ē/ pa
rum et sepe cibetur ex carnibus pul
lorum et paruarum auium· a passeri
bus tamen tunc abstinere melius ē·
quia multū calide cōplexiōis existūt

Et dicte carnes dentur sibi/ in reb9 naturaliter frigidis inuolute. ut i se minib9 cucurbitarum et cucumerum tritis. aut i muscilagine psilii et simi lium. Vel paulisper coquātur in sy rupo violato et similib9. et sibi dent' et ponat' i loco frigido ꝛ obscuro sup ptica pānis lineis īuoluta. In sucis frigidis plerumqꝫ infusis. et quādo qꝫ in frigidat'. et digerere cibum non potest ꝛ tunc similiter est tristis / et tactu frigidus. et color oculorū mu tat' ad pallīditatem ꝛ discoloratio nem/ ꝛ tunc teneat' in loco calido/ et suauiter in manu teneat' ꝛ portetur ꝛ paulisper quandoqꝫ ad volandū mittat'. ꝛ dent' sibi carnes auium. ꝛ precipue passerum et pullorū mascu lorum ꝛ pipionum cocte aliquantu lum in rebus calidis. velut in vino. vel aqua in qua sit saluia vel mēta vel maiorana. vel pulegium. ꝛ simi lia. ꝛ inuoluant' in melle. vel pulue re seminum feniculorum ꝛ anisorum aut cimini. ita tamen ꝙ nihil omnino sibi det'/ nisi prius omnis cibus de e ius gorga descenderit. ꝛ si macer est/ plus ꝛ sepius cibet'. Si pinguis/ mi nus ꝛ rarius. In vtroqꝫ tamen casu temperate cibandus est. donec fuerit liberatus. Et si nullo mō digerit ci bum/ sed eum omnino retinet / dicūt experti ꝙ accipias cor rane/ et liga illud cum vno filo. et fige cū vna pē na in gulam eius/ et postea trahas fi lum. et sic pastum eiciet. Item acci dunt ei sexcupedes. et tunc unge per ticam eius vel pannum circa eā inuo lutum/ cum suco marelle vel absin thii. et sic dimittat' ad solem de māe vsqꝫ ad terciam. Itē accidūt ei quā doqꝫ lumbrici. ꝛ tunc da sibi sup pas cum sucum foliorū persici/ aut pul uerē santonici. et liberabit'. Et quā doqꝫ patit' guttā in articulis ale aut coxe. ꝛ tūc minue de eius sanguine. a periendo modicum venam/ que sub ala aut coxa existit. cum in ea patit'. Item accidit eis podogra. que ꝓue nit ex descensu humorū guttarum / i nodis pedum et digitorum. ꝛ tunc curant' cum lacte herbe que lactaro la vocat'. vngendo ex eo eorū pedes ꝛ vngendo ex eo pannum lineū ꝛ ip sum ponendo super perticam. super ꝗ teneat' accipiter donec erit rupta po dogra. et tunc auferat' pannus et ex sepo inungat' podogra/ donec fuerit liberatus.

De asturre.

Asturres sunt de natura accipitrum. sicut in tracta tu accipitris est dictum. Et cognitio pulchritudi nis et bonitatis eorū est sicut acci pitrum. et nascunt' in alpibus et ne moribus. Et domesticant' et instru unt' et nutriuntur/ sicut accipitres. Capiunt autem perdices. coturnices fasianos. et aghirones. et multas si miles aues. scilicet anates. anseres. corniculas. et quasi omnes aues qui bus mittuntur. et cuniculos et lepo res paruos et magnos. licet eos sine auxilio canum/ retinere non possint Feriunt etiam capriolos paruos. et eos impediunt adeo/ ꝙ canes eos ca pere possunt. Putātur ut accipitres et eedem egritudines eis accidere pos sunt. et eodem modo curantur. Verū tamen fortioris sunt nature et ideo non de facili infirmantur et moriūt'

et non requiritur in eis tanta diligẽtia. et sic facile recedunt a dominis.

De falconibus.

Falco est auis que de raptu viuit. et solus incedit ad predam. sicut õne volatile rapax / propter causam in accipitre assignatam. Hec auis mirabilis est volatus in principio / medio / et in fine. que sursum rotãdo ascendit. inferius intuitũ figẽs ꝛ vbi videt anatem anserẽ aut gruem / sicut sagitta clausis alis ad auem cum vngue posteriori lacerandã descendit. Qȝ si eam nõ tetigerit / persequtur fugientem. et sepe cum auem ĩ fugam conuersam capere non potest adeo irascit᷑ contra eã / ꝙ post ipsam quodam furore volitans / a domino nimium elongat᷑. adeo ꝙ non redit ad ipsum. Hec auis valde animosa est / ꝛ nobilissimi generis. Falcones primo dicunt᷑ venisse de monte gelboe qui in partibus Babilonie ẽ. et inde venerunt in sclauoniam ad palũ nudum. deinde sparsi sunt per quosdam alios montes arduos / in quib9 inueniuntur.

De diuersitate falconum.

Falconum quidã sunt magni / qui falcones cõmuni nomine dicunt᷑. ꝛ quidã parui qui vocant᷑ bysmerli. Ex magnis / quidam sunt nigri. quidam respectiue albi. et quidam rubei et coitu predictorum inuicem generati. videlicet cum trizolus vni9 perdita socia sua / cum altera permiscet᷑ Et huiusmodi omnes falcones sunt femine. et eoꝝ mares trizoli siue trizelli vocant᷑. sic dicti / quia simꝉ tres in nido nascuntur. scilicet due femine / ꝛ tercius masculus / et propterea trizolus vocat᷑. qui non sunt tante virtutis ut femine. et sunt valde minores ꝙ̃ ipse.

De pulcbritudie et nobilitate falconum.

Pulcbritudo ꝛ nobilitas falconnm cognoscitur / si babet caput rotundũ. ꝛ summitatẽ capitis planam. et rostrũ curuũ ꝛ grossum et curtum. ꝛ spallas amplas. pẽnas alarum subtiles. Coxas lõgas et tibias curtas et grossas. pedes liuidos sparsos et magnos et qui talis est / vt plurimum bonus est. licet aliqui satis deformes sepe optimi sint inuenti. Ideoq; falconum bonitas ꝛ audacia / solo experimento perfecte cognosci potest. Uerumtamen eorũ bonitatem ꝛ desiderium capiendi aues. multum auget magristroꝝ suoꝝ industria Et eosdẽ a bono ꝓposito sepe reuocat imperitia eorundem.

Qualiter nutriuntur. domesticãt᷑ ꝛ instruuntur. et mittuntur.

Non sunt tenendi super ligno. sed solum super petra rotunda et aliquãtulũ lõga. super ea enim magis delectantur instinctu nature / et cõsuetudinis eorundem. Qui ex eis parui sunt / byrcina uel pullina carne nutriuntur precipue. Cum aues capere inceperit / da sibi de prima quam capiet quantum voluerit. Idem facias de secunda et tercia. ut ex hoc ad raptum auium / et ad obediendũ domino / animetur. Abinde vero ĩ antea

ftringe eum / cum vis q̄ alias aues capiat. hoc modo. scortica gallinam ꝛ fac tria purgatoria. et da ei made facta in aqua. et pone eum in loco obscuro ꝛ dimitte usq̄ ad auroram diei. postea calefac ad ignem / ꝛ aucupatum vade. et non fatiges eum vltra q̄ velit / sed solum quãtum ipse vult ꝛ auide desiderat / mittatur ad aues. sic enim libenter tecũ manebit. ꝛ quocunq̄ ierit / ad te curabit redire. Cũ inueneris falconem tuum audacẽ / et cum intẽso desiderio aues capere / diligenter cõsidera statum eius ĩ macie ac pinguedine. et ĩ quo statu eũ inueneris / in eodem retinere curabis. nã quidam falcones melius se gerũt / cũ sunt pingues. Plures autem ꝛ ferõces / in statu medio existentes. Aliq̄ licet pauci / cum fuerint macriores. ꝛ huius generis / rubei vt plurimũ esse dicunt. ¶ Et cum primo mittunt ad aues / ad minores primo mittant. deinde ad mediocres vltio ad maiores Si eni primo mitterent ad magnas ꝛ superarent ab eis deficiẽte adhuc potentia et industria quas vsu acq̄runt / incipient abinde in antea magnas et mediocres formidare. sicq̄ difficulter resumerent audaciam sibi innatam. quam imperitia sui doctoris amiserunt. Plurimum etiam confert falconi ad audaciam acquirẽdã si eũ tenes multum in manu. et des ei carnis pulline hora tercia coxã vnã deinde pone ante ipsum aquam in q̄ balneet. postea ponatur ad solẽ. vt siccet / dein de ponat in loco obscuro ibiq̄ usq̄ ad vesperas dimittat. deinde teneat in manu usq̄ fere ad primum somnum. postea lumen lucerne vel candele coram eo per totam teneat noctem. ꝛ cum matutina venerit hora / suburfet cũ vino / et teneat ad ignem. in aurora vero diei / aucupatũ portet. ꝛ si capiat / quantũ vult de preda sua cibet. Si vero non capiat / det sibi ala vna et media coxa galline / et ĩ loco ponat obscuro Circa medium Februarii falconẽ in muta pones. ꝛ de canis carnibus eũ cibabis / vsq̄ ad mensem vnũ. Postea pones ante ipsum concham aque. priꝰ tamẽ da sibi cõedere. ꝛ si vides q̄ non mutat / vnge carnem quam sibi tribuis de re cocta ꝛ melle. q̄ si adhuc non mutat. accipe ranã ꝛ fac puluerem et super carnẽ pone. et mutabit. et caue ne ipsum de muta tollas / anteq̄ complete fuerint pẽne eiꝰ et cum de muta acceperis eum / ad calorem non teneas. sed plurimum eũ in manu tene. nec postea usq̄ ad quĩdecim dies cum eo aucupatũ accedas Capiunt autem anates. ãseres. aghirones. grues. et starnas ꝛ multas alias aues. Sed fert q̄ si cõedũt sanguinem aghironis omne desiderium capiendi grues amittunt. ¶ Si vero carnes solum sine sanguine comedũt hoc viciũ incurrere nõ creduntur.

¶ De egritudinibus que falconibꝰ accidunt ¶

Accidunt falconibus omnes egritudines quas superius accidere accipitri dixi. et eadẽ sunt signa ꝛ cure quia omniũ volatilium rapacium fere eadem est natura ꝛ ideo de his hic tractare nõ expedit Unum tamen cognoscas / q̄ falcones sunt fortioris nature q̄ accipi

tres. et non sic facile infirmantur et moriuntur/ si comedant anteq̃ cibus de gorga descenderit. ¶ Quidam insuper falconarii/ multos modos regendi falcones narrant. et alias egritudines eis accidere. aliasq̧ curas necessarias esse. ex quibus forsan aliq̃ vera sunt/ que per multas experientias approbantur. sed multa ex his q̃ dicunt/ ratione carent. et sunt potius apparentia q̃ existentia. Ideoq̧ si q̃ hic desunt de cura falconum et auiũ rapacium/ per viros expertos non semel sed pluries lõgo tẽpore suppleantur.

¶ De hysmerlis.

Hysmerli sunt de genere et natura falconum. et sunt quasi falconelli paruuli. quod apparet per formam corporis et colorem pennarum. quorum aucupatio potius voluptatis q̃ vtilitatis existit. Capiunt autem precipue landulas. et tanti desiderii et animositatis sunt ad eas capiendas/ q̧ plerumq̧ persequuti sunt eas in villis/ vsq̧ in clibanum ardentem. aut puteum. aut sub mantellis hominum. De ipsorum aũt doctrina et cura/ plura non dico. quia per superiora satis sciri potest.

¶ De girfalcis.

Girfalcus est auis rapax maior q̃ falco. et est magne virtutis et potẽtie. mirabilisq̧ audacie. adeo/ vt inuẽti sint aliqui audaci spiritu aquilas insultasse. Capiunt autem õnes aues quãtũcũq̧ magnas. Et sunt fere de natura falconum. et ideo falconum doctrina satis sufficit ad nutriendos et instruendos girfalcos.

¶ De aquilis.

Aquila est similiter auis de raptu viuens. que propter fortitudinem et audaciam suam/ vocata est rex auiũ. nam omnes aues eam timent. sed ipsa nullam. Diuerse sunt species aquilarũ. quedam enim sunt valde magne quedam mediocres. quedam parue. Et iterum quedam sunt nobiliores/ non appetẽtes nisi volatilia/ et animalia terrestria viuentia. Et quedam quodammõ ignobiles et degeneres. que appetunt non solum carnes viuas/ sed etiam mortuas. et pisces mortuos. et descendunt super cadauera asinorum. et similium. et tales declinãt ad naturam et ignobilitatem miluorum. ¶ Aquile domesticantur ab hominibus. videlicet que parue de nido extracte fuerint sed eas que diu in feritate steterunt non esset tutũ domesticare velle. quoniam facile propter suã audaciam et potentiam grauiter lederent in facie vel alibi istruentem ¶ Et domesticantur/ vt hominibus querant quaslibet aues magnas. sed precipue vt capiant lepores. et cuniculos. et capriolos cum auxilio canum Et qui aquilam venatũ portat/ debet esse fortis. alioquin ipsius pondus sustinere non posset. et statim dum videt canes inuenisse pasturã/ aquilam consuetam et instructã dimittere debet. que semp supra canes volabit. et cum leporem viderit/ subito descendet et capiet eum. Nutritur autem ex omnibus carnibus. et non de facili infirmatur. ¶ Sed cum leporẽ ceperit/ pascatur ex eo pluribus vicibus

ut eos postmodum libentius persequntur. Qui iuxta nidum aquile habitant/ unum ex pullis eius accipiant. et cum accipiunt/timore aquile sint armati/et precipue in eorum capitibus. et cum pullum habueris / ad unum paruum palum eum in aliquo loco ligabis. hic uociferabit. venient quod pater et mater/deferentes eidem cuniculos. et lepores / si erunt in partibus illis. et gallinas et anseres que accipere poterunt et habere. Ferunt tamen et quandoque gattas et quandoque bissas. et in districtu mutine iam detulerunt filio gallinam cum quibusdam pullis existentibus inter pennas matris. qui habiti sine ulla lesione et nutriti fuerunt.

De guuo et et guuecta.

Guus et guuecta sunt eiusdem nature et sunt animalia nocturna potius quam diurna. quia eorum oculi de nocte uident melius quam de die. Cum igitur deformia sint/et raro ab aliis animalibus videantur / mirantur aues in visione ipsarum et eas videre appetunt. quoniam anima tam brutalis quam rationalis in rebus nouis et insolitis/precipue delectatur. Homines ergo cernentes alias volucres circumuolare guuo et guuecte/et eas cum auiditate pluria intueri/excogitauerunt ingenia quibus eas capiant aues/que ad guuum et guuectam libentius appropinquant non ergo nutriant eas ut ipse aues capiant/sed ut mediantibus ipsis / cum visco aut retibus sibi querant. Viuunt autem de quibuslibet carnibus et precipue de muribus et noctuis. et cum cibate fuerint competenter/ ieiunant duobus tribus et quattuor diebus. et guuus usque ad octo non leditur. Et femine meliores sunt masculis sicut omne volatile rapax. Et guuecta quidem melius tenetur in aliqua columbaria uel aliquo loco ei simili quam alibi. Et si bene domesticata fuerit / optime capiet mures in domibus existentes. Comedunt etiam lacertas et ranas. et omnia carnem habentia.

Qualiter aues cum retibus capiuntur.

Aues cum retibus capiuntur pluribus capiuntur modis. Et uno quidem modo capiuntur ad panteram/qua capiuntur anates. Et modus quidem est/ ut iuxta aliquam paludem facias foueam circa. xx. vel. xxv. brachia longam. et circa. x. vel xii. brachia latam vel totam maiorem si voles. et tantum concauam/ quod circa unam spannam aque habeat. et sit a duobus capitibus longis acuta In uno angulo sit quidam fossatus. et in alio aliquantulum longe sit casella. Circa foueam sint undique spacia plana. quanta est terrarum latitudo. Deinde fiat sepis circumquaque ne lupi aut vulpes vel alia animalia nocua. intrare possint. et aues in eo loco existentes fugare. In predicta fouea circa. xii. vel. xvi. anates domestice / die noctuque morentur in hyeme. et milica in bona quantitate proiiciatur in aquam propter domesticas et siluestres. sintque domestice siluestribus similes in colore pennarum. Circa foueam iuxta ripas figentur pali quatuor perticarum. qui retia eleuant. et pali retium figantur circa spacia prenarrata. et super ipsam coronam palorum

paruorum/totū colligit retbe. et tam ipsum quam stagie siue baculi qui retbe eleuant optime cooperiant. Suntque retbia duo magna/ in utroque capite coniuncta. sicut retbia aroli · que q dam coopertoriū vocant· que cū eleuant· simul in altum cōiungunt ad modum culminis domus paleate·
Et modus quidem eleuandi eas est quod iuxta casellā ē furca in pertica . i cuius capite subtili/ est retbiū funis annexus· In grosso vero. ē cista fortis et magna ex terra repleta· que suo pondere cum voles/ ad modū machine retbia eleuabit· Huc confluet multitudo anatum in nocte per aera volantium/cum domestice vociferabunt· Cumque in multa qntitate descenderint/retbia eleuabis. et cum pertica percutiendo retbia/omnes siluestres in cucullum retbis quod est in predicto fossato extensum/ expelles et domestice que non timent/remanebunt in pantera. Deinde aperies caput cuculli · et facile cum dentibus in capite anates occides · sicque vna bora quandoque mille capiunt. Est et aliud ingenium quo capiunt grues . cigni. starue· et anseres. quod est tale In ripis fluminum ab vtraque parte infigit arbor altissima vel due simul iuncte vt longior sit arbor· babetque per totum caniculas pro ascensu/ et in summitate cyrellam. in qua ponitur funis retbis. cuius longitudo ē/ secundum fluminis latitudinem / et arboris distantiam. et eius latitudo est/ vt superius eleuata / usque ad medias dependeat arbores· Deinde bomines usque a remotis veniant p glaream fluminis / omnes volucres quas inueniunt expellentes· que volantes a splendore aque non discedent/ donec in retbe inciderint· et tunc decline tur retbe cum funibus suis / et uolucres capiant· Et modus iste locum non babet/ nisi cum tēpus fuerit nubilosum/et aer obscurus· alioquin a uesdeuate/facile a flumine deuiarēt Est aliud ingenium quo capiunt anseres et starue. quod est tale. Tempore byemis cum ex gelu et sole puluis est in campis segetum / tendit in segete vno sulco retbe vnum/ longum per. xl· bracbia vel idcirca. et latum circa quattuor bracbia . post terciā cum i vespere capere cupis. vel ī sero cum vis in mane babere. Est aūt boc retbe simile vni parieti / babetque stagias eleuantes longas/ secundum dimidiam latitudinem retbis/ et tenditur cum duabus bragettis/ vt paries seu disponit ut per se eleuet violēter quia bomo ipm retbe per se eleuare non posset. Cumque totum retbe i terra firmatū fuerit/ totū super coronā colligitur · et tam ipsum quam stagie et bragette et funis trabens/optime ex puluere cooperitur uel berba. Sitque in vno fossato vel alibi aliquantulum remoto locus coopertus· vbi latitet bomo/ qui retbe leuare debebit. In retbis loco/ sint duo vel plures anseres domestici/siluestribus similes duobus palliculis alligati· et duo scorticati similiter si vdis/ vt illuc siluestres confidentius veniant. Cū siluestres descenderint in aliqua parte agri ex opposito/ vadat socius cū capello in capite/ et ligone vel alia re ī manu/loquat aliquid / et laborare videat· alioquin fugerent. sicque con

sidenter et caute perducat eas ad
locum retbis· quod facile fiet per v
niuersum agrum quantumcūq; mag
num si hoc caute facere scies. Cumq;
in retbi videris eas/confidenter loq̃
re. sociocq; dicas/ vt retbe trahat Ve
rum quia hec auis cautissima est/ o
portet te omnino cauere/ ne in mane
ad locum retbis accedas· quia statī
perpenderent de rore vel pruina/pe
dibus tuis mota. ⁊ fugerent· Et ide
o cum tetenderis in sero/nō est neces
saria hec cautela. ¶ Plures autem
non obseruant hanc cautelam. ideo
q; rarius capiūt· ⁊ solas iuuenes sim
plices/non vetustas sagaces· Et ide
o cum tendis in sero/statim ibi stel
liones pone/et per totam noctem di
mitte. Sed cū carpere vis in sero nō
est necessaria hec cautela. Itē est ali
ud ingenium capiēdi anates. iuxta
aquam vbi sabulum ē· et est retbe si
mile predicto sȝ ē paruū et satis spis
sum. ⁊ eodem modo tēdit̕ ⁊ sabulo
cooperit̕· ⁊ locus custodis est ex ali
qua re. Deinde sabulo coopertus/ut
paruum habeat foramen vnde vide
re possit. Et caueat/ ne per foramen
flatum emittat/cum ī loco sunt aues
Hic non sunt stelliones necessarii/sȝ
per totam hyemem ponit̕ ibi milica
⁊ vinacia. ut assuescant aues locū fre
quentare. Cum aūt ibi stare assueue
runt/tendas retbe· poterisq; oportūe
locum custodire· atq; viam introit⁹
longam cauare. ⁊ melegariis ⁊ sabu
lo desuper cooperire. Item retbe vel
simile spissius tamen tendi potest op
time in areis vel aliis locis/ad capi
endū colūbos· perdices· coruos· glā
daras· aragazas. lodulas· et omnes
aues paruas / que escam granoꝝ ac
cipiant· ⁊ poteris cum esca facere q̄
ibi venire ac stare assuescant· ⁊ poste
a retbe tendere/et luto uel paleis ope
rire· Et hoc ingenium potest habere
locum tempore niuium et quolibet a
lio tempore· Et erit esca conueniens
spelta. faba. milica· lolium. ⁊ semina
vinacie/et similia· ut frumentum mo
tum· ⁊ cicercula· vel faseoli· ⁊ cū eo
dem retbi sine esca / poterunt capi a
ues in estate. cum tēpore magne sicci
tatis/tetenderis iuxta aquas· Item
est aliud ingenium quo capiunt̕ cū
retbib⁹/auium diuersa genera. ⁊ pre
cipue columbi ⁊ turtures· ⁊ quedam
alie mediocris magnitudinis aues
et fere ōnes auicule parue. falcones
etiam ⁊ accipitres. et ōnes fere aues
rapaces. Modus autem est/ q̄ duo
retbia satis longa ⁊ lata / omnibus
fere gentibus nota· que vulgariter
vocant̕ parietes/tendunt̕ in pratis
vils ⁊ agris· et iuxta aquas· remote
fere abinuicem/ vt est latitudo ambo
rum · quorum quilibet duos habet
baculos eas eleuantes/cum trahitur
funis communis · quoꝝ longitudo
secundum latitudinē retbium existit
⁊ vnum caput cuiuslibet cum paruo
palo in terra firmat̕. ⁊ in vno capi
te habent vnum funem communem
qui ad quemdam palum etiā cōmunē
ī terra defixū ānectit̕. ab alio capite/
alium habent funem qui ad vnū lō
gius coniungunt̕· qui usq; ad locum
aucupatoris quibusdam ramis cir
cundantis protendit̕. Hec autem re
tbia pro columbis ⁊ magnis auib⁹
sunt rara et fortia· pro paruis/subti
lia atq; spissa· p̄dicta· retbia cū sunt

sunt terre affixa iacēt i terra elōgata abinuicem· et cum funis trahit̄ eleuā tur ⁊ coniunctim flectunt̄. ac operi unt omnem auem uenientem ad locū qui erat uacuus ¶ Inter utrumqꝫ in hoc spacio uacuo tenentur colūbi ⁊ turtures aliqui excecati. uel habētes palpebras sup oculos ne aliquid ui deant/cum filo ligatas· Vel stent i bi aues excorticate/aliquo stramine replete· habentes caput integrum· ⁊ uirgulam paruam loco crurium· qua stant recte ut uideantur uiuere. Pro paruis auiculis ponitur ibi guuecta· ad quam uidendam libenter ueniunt uel te nentur ibi auicule paruo filo ligate/ ad quas alie parue accedunt accipitres etiam ⁊ falcones / causa rapiendi descendunt. Aucupator au tem nusqꝫ expectare debet/ꝙ aliqua auis accedens se in terram deponat sed cum prope fuerit/ trahere funem debet ⁊ auem uolantem ad terrā ꝓ sternere· ipsamqꝫ capere ¶ Est ⁊ ali ud genus retis/quo auium multa ge nera capiuntur· maxime cum terra ē niue cooperta. quod uulgo uocat̄ arolus. qui ex duobus retibus non multum magnis/ sed spissis et forti bus constat. que in quolibet capite coniungunt̄. ⁊ in terram affiguntur distantes in partibꝫ mediis habētes quattuor breues baculos / quibꝫ ele uant̄ in altum· nec flectunt̄ in terrā cum funis trahit̄· sed permanent ele uati et simul coniuncti cum retibus desuper ad modum tugurii ¶ Hoc re the cum omnibus baculis et funibus optime operit̄ stramine aristarū uel paleis. et in spacio intermedio/tenen tur optime grana· ⁊ cetera cibaria/q̄ auibus que uenire sperant̄/sunt pre cipue grata· Cum autem aucupator perpenderit ibi esse auium multitudi nem/latenter intret domusculam ual de clausam/que ibi debet esse ꝓpinq̄ ⁊ subito trahat funem· et fortiter ad unum palum in domuscula positum annectat ⁊ aues capiat Hoc ingenio capiūt̄ facile milui ⁊ aquile· ceterēqꝫ aues super cadauera descendētes / si cadauer totum uel pars ponat̄ i me dio rethis· Item eo capiuntur uul pes. si gallina nocte ponat̄ in medio sed rethe huiusmodi pro ipis et aq̄ lis/fortius eē debet· sunt ⁊ alia rethi a que uocant̄ aranee ualde subtilia ne in aere facile uideant̄. quibus ca piunt̄ multe auicule. cum ponunt̄ e recta in aere/ duabꝫ perticellis annexa in locis per que auicule cōsueuerunt uenire. Itē accipitres ibi facile ca piunt̄. similiter ⁊ falcones/cū circa columbum erecta tendunt̄. ⁊ eodem mō cetere aues rapaces· Sed harum duo sunt genera. nam quedam arane a est simplex· ⁊ uirgulis adeo leuiter aptat̄ ꝙ cum tangit̄ / cadit. auēqꝫ inuoluit· Item est alia aranea tripli cata/ex tribus composita· quarū me dia est spissa. et plurimum lata exte riora duo sunt ualde rara ac adeo stricta/ꝙ cum sunt ad capiendum e leuate/ac perticis stantibus fortiter annexe· stant extense. mediaqꝫ moll̄ et laxa· que super funiculum superio rem eleuat̄. ⁊ cū auis incidit / trans uolat ambo rethia rara · et in medi o spisso inuoluit̄· ⁊ cum eo uelut in sacculo quodam pendet. Sunt ⁊ alia rethia quibus capiunt̄ perdices q̄ sunt longa ⁊ stricta. i medio quādā

caudam ad modum sacculi longam
habentia hoc mō. Aucupator qui die
venat᷑. pannum rubeum cum virgu
lis ad clipei modum formatū / ante
se portat. et per agrum pergens fora
minibus duob⁹ inspicit. ⁊ perdices
inquirit. cum eas viderit. circa ipas
rethia tendit. quibusdam palis ad
funē rethium annexis. ⁊ caudā circu
lis apertam / extendit. semper ante se
retinens clipeum versus perdices. q̄
bus extensis / se perdicib⁹ appropin
quat. et in caudam rethium paulatī
impellit. non solum timore sed etiam
pedibus si opus erit. Qui autē noc
te venat᷑. in sero locum inquirit / vbi
nocte morat᷑. ⁊ cum aeris integra ob
scuritas superuenerit / ad eundem lo
cum cum igne reuertit᷑. Est autem ig
nis in vase sic formato / ꝙ nec ipse
videt᷑ / et aperte videt spacia vniuer
sa ꝓpe se. ⁊ per vnum agri sulcū ac
cedit. ⁊ per alium reuertit᷑ circa locū
in quo perdices reliquit. ac cū eas
viderit / ipsas operit cum rethi quod
habet apertum ī capite pertice forma
te ad modum huic negocio oportunū
Vel si habet rethe supra dictum po
test ipm̄ tendere circa ipsas. et impel
lere ⁊ capere vniuersas. Est ⁊ aliud
rethe quod expegatorium a vulgo
vocat᷑ / satis magnum quo capiunt᷑
perdices. ⁊ qualee. ac fasiani. et que
dam alie aues cum auxilio catuli ad
hoc instructi. qui aues inquirit.
q̄s cum viderit / stat nec ad eas ꝓgre
ditur ut expellat. sed aucupatorem
dominum suum / retro respicit. et cau
dā mouet / taliter ꝙ ipse aucupator
cognoscit aues esse paululū āte canem
⁊ tunc ipse ⁊ socius rethe trahunt. ⁊
aues et catulum operiunt / et sic eas ac
cipiunt. Est et aliud rethe paruū in
capite pertice preparatum / ut aper
tum existat. quo vnus solus vtitur
⁊ cū ipso aues aperit a cane ꝑdicto
mō inuentas. Item hoc eodem rethi
culo utitur aucupator ad qualeas so
las / cū qualatorio. cuius sonus ē p
omnia similis voci qualee generis fe
minini. ad quem ardenter accedunt
masculi prope ipsum. quos tunc ope
rit atq̄ capit.

Qualiter aues laqueis capiuntur

Fit laqueus quo facile ca
piuntur aues que raptu
viuūt hoc mō. In loco v
bi prope morantur aues
rapaces / vel quo transeunt / figitur
fortis ab vtroq̄ capite arculus val
de plicatus. prope quem ab vna par
te firmatur virgula / ī cuius scissura
muris cauda infigitur. vel ad quam
frustum mortue carnis annectitur /
seu rana. ⁊ ab alia parte / pertica for
titer in terram dimittitur. habens in
capite laqueum. et quandam paruā
cordulam. cum vno stechero quo per
tica firmatur ad arculū. ⁊ ad paruā
incisuram que fit in capite virgule
murem tenentis. ⁊ laqueus circa mu
rem extenditur. ⁊ cum auis murē uel
aliam rem vt exportet tangit / perti
ca dissoluitur ab arculo. ac superi⁹
eleuatur cum aue rapaci que pedib⁹
vinculatur. Itē fiunt laquei multi de
pilis caude caballine / in vno funicu
lo eiusdem materie texti / qui tendū
tur in sulcis frumenti / funiculo a ter
ra eleuato vltra altitudinem auis.
Parum decliuis laqueis ⁊ apertis.
vt auis transiens capite immisso / ca

piatur collo· et hoc mō capiūtur per dices in agris / ꝛ qualee. ac fasiani in semitis nemorum/per quas trāseunt. Aues etiam aquatiles eodem capiunt mō· cū iuxta aquas bene trāseunt/laquei tales tendunt· Colūbe etiam et alie aues multe capiunt ex eis/cum incubant/ vel pullos habēt si circa nidum ipsarum tendant· Item in fabis ac faseolis seminatis / capiunt columbi ac turtures. puis laqueis / qui vulgariter dicunt scalelle. ¶ Huius autem laquei modus ē ꝙ in capitibus parui baculi vel melegarii longitudine vnius semissis / infigunt due subtilissime virgule altitudinis spanne vnius · ꝛ in medio figit quedam spina duoꝝ vel triū digitorum in longitudine longa. scalella appodiat ad ripam sulci vbi aliqua sit in ripa concauitas. taliter/ ꝙ spina iaceat in terra ī fouea· ꝛ virgule sint superius eleuate· Iuxta eā ponat laqueus / cum paruulo palo terre affixus· qui leuiter apertus / amoueat virgulis. ꝛ teneat ab eis/et in spina infigat faseolus· vel faba mollis· solummō vnū granū. quod auis rostro capiet· ac caput eleuans super collum laqueum trahet / plicata scalella cum virgulis/quem sentiens territa caput eleuabit ꝛ collum ꝛ laqueo capiet.

¶ Qualiter aues capiunt visco·

Aues capiunt visco/ multis modis. Vno mō ꝙ inuiscant virgule subtilissime iuncorum vel vlmoꝝ vbi iunci desunt. Virgule quidem fiant breues vel lōge/respectu habito ad paruitatem vl magnitudinem auium capiendaꝝ ab ipsis · sed primo debet viscus temperari / vt sit bene tenax. hoc mō / lauet bene cum aqua tēperate calida· aperiēdo ipsum manib⁹ balneatis/ꝛ a pustulis cunctis mūdādo. Deinde admisceat ei modicum oliuarum. ꝛ non sit adeo dur⁹ ꝙ pennis auium inuiscari nō possit quo facto/ virgulis īuoluat· taliter ꝙ vnaqueqꝫ virgula sit vndiqꝫ īuoluta in duabus vel tribus perticis eius. tercia sine visco remaneat. que tractari manibus possit ¶ Et si tempus sit adeo frigidum / ꝙ congelet viscus/temperet cum oleo nucum. He virgule parue inuiscate/ infigun tur leniter in virgis palmonum· qui sunt pertice magne ramis viridibus arborum et precipue quercuū fasciate· habentes in capite superiori quatuor aut quinqꝫ virgas/paulisper eleuatas/ ī quibus affigunt paruissime virgule īuiscate / ac ipse palmon⁹ cum fuerit virgulis inuiscatis cooptus/infigitur in terram in fauea facta ī ipsa· ut stet ad formam arboris rectus· Item circa ipsum infiguntur rami arborum/ad quos appendunt cauee. in quibus sint multe et diuerse auicule segregatim que cantāt · et volitantes per aera/ vocant. que uocate / se ponūt super dicto pulmone inuiscato. et capte / in terram corrunt. Item cum magnis virgulis īuiscatis/capiūtur multe magne aues· ꝛ precipue corui atqꝫ cornices cū auxilio gufi hoc mō. In locis vbi stare aut vnde transire consueuerūt/incidi tur in ramulis arbor aliqua/ ꝙ ab aliis arboribus multum distet· sed aliqui rami frōdib⁹ nudati/reliquūt

in ea vel alique ponūtur pertice su per eā. In his ergo īfigūt leuiter vir gule magne viscose. ac giuº in terra ponit. in loco paulisper eminenti ut melius ab auibº volantibus videat quem cū aues viderint/ volitāt circa ipsum. ꝛ volatu fesse/ super arborem inuiscatam descendunt. atꝙ in terrā ruunt. quas aucupator pertica pseq̄tur/ ut eas occidat. nam si manibus capere vellet/ lederetur ab ipsis. Itē visco capiuntur accipitres. falcones ceterecꝙ aues rapaces. nam in terrā due vel tres infiguntur virgule inuiscate modicum distantes. ac versus seipsas plicate. in medio quaꝝ ligatur auis aliqua. vt colūbus. uł pullus. vel caro. aut mus/ ꝓ miluis et quibusdam aliis auibus rapacibus que talia petant. ad que cum auesuenerint/ capiuntur. Item capiunt visco/ passeres. et cetere aues parue vel magne. si virgule inuiscate ponātur in locis in quibus cibantur. vel vbi stare consueuerūt. Item capiuntur cordulis seu funiculis inuiscatis/ regarbali. cum ad ficus veniunt vel ad vuas. et cetere aues que arborum fructus furantur. si predicti funiculi suspendantur ante ficus vel alios maturos fructus/ ad quos venire eassuescant. Item funiculis longis inuiscatis/ capiuntur sturli/ qui valde gregatim volant/ cum habet aliquis sturlus ad cuius pedem ligatur funiculus inuiscatus. et in manu tenetur. et dimittitur/ cū congregati o sturloꝝ prope videtur. tunc enim cum funiculo dimissus/ ad gregē accedit. ꝛ cū ipso grege stricte volitat multicꝙ tangentes funiculum inuiscātur. et ad terram simul cum eo ruūt. Item visco capiuntur anates. et cetere aues aquatice. cum ex eo inuoluitur funis longus/ ex paueriis quibus scoria fiunt compositus. et pōitur precipue sero in lacu vel alio loco/ vbi dicte aues morari consueuerunt. nam aues per aquam natātes in nocte incidunt in funē super aquā extensum. ꝛ capiuntur. ꝛ sequēti mane capte inueniuntur. Sed oportet ꝙ hic viscus sit taliter temperatus ꝙ se ab aqua defendat

Qualiter aues capiūtur balistis.

Qualiter aues capiantur cum balistis ꝛ arcubus/ notum est omnibus hominibus/ ꝙ sagittantur vbicunꝙ sint in terra vel arboribº. Sꝫ in his obseruande sunt quedam cautele/ non omnibus note. quarū vna est. ꝙ balistator qui vult anseres uł alias magnas sagittare aues/ debet habere bifurcatas sagittas in parte anteriori vbiꝙ acutas. que alā q̄m tangent aut collum/ icidant. nā sola pforatio communis sagitte vel obtusio/ non lederet auem ī tantū. ꝙ remaneret ibidem. sed vulnerata recederet. licet ex vulnere finaliter alibi moreretur. Itē debet intuitū cū sagittat dirigere. non ad extra vagantes/ sed ad vnam que sit in medio duarū vel plurīū. vt si contingat sagittā ultra uel infra ꝓgredi/ quod plerumꝙ contingit primam uel ultimā feriat ne inuanum sagittet. Item qui vult in arborem sagittare columbos aut alias aues. pulzones qui sunt sagitte in capite grosse debet habere

paris ponderis · et cũ vult ad auem sagittam emittere/debet cum pede signare locum vbi est · et notare locum in quo ẽ columbꝰ aut alia auis · et tunc sagittam emittat · si percutit habet quod habere intẽdit. alias sepe sagittam inuenire non potest · sed eam facile potest inuenire/si ad eundem locum vadat vbi erat cũ sagittam emisit · ꝛ per eundem locum aliam eiusdem ponderis sagittã emittat · ꝛ per se vel per alium videat/ubi cadit · ibiqͫ valde ꝓxime inueniet ꝑmam/quam non poterat inuenire · Item qui cum balista vel arcu sagittat debet manum sinistram tenere firmissimam/ si vult rectissime sagittare. si enim hoc agit/ et intuitum recte ad auem dirigit / non errabit. ꝛ est necesse ꝙ habeat balistam vel arcum optimum · ꝛ sagittas rectissimas / si recte voluerit sagittare. Qui autem arcum balottaꝝ exercet debet balottas habere eqnalis ponderis et bene rotundas. ¶ Item capiunt̃ aliis quibusdam modis · Vno mõ ad breuexillum cum guuecta/ quo parue capiuntur auicule. qui omnibꝰ fere notꝰ est. Sed est sciendum / ꝙ hoc mõ capi possunt non solum cum guuecta/ sed etiam cum vno capite gatte · nõ et ad ipsum auicule veniunt. Itẽ nã solum cum breuexillo qui ex duabꝰ virgulis constat/ verum etiã cũ vna munda virgula inuiscata. ¶ Item nõ solum ad virides sepes at communiter fit/ verũ etiã in quacũqͫ pte vie ue l agri. si aucupator supra se deferat leue instrumentum ex viculis frõdibusqͫ constructũ. quod valeat occultari · Nec est necesse auiculas excitari solo sono folii arboris seu eris ut communiter fit/nã ꝛ cum sono seminum papaueris inclusorũ in cellulis uel alterius similis / excitari atqͫ uocari possunt nam ꝛ quibuslibet extraneis ꝛ inauditis vocibus incitãtur · quia mirant̃ ex eis Item capiũt̃ ad brexellum quo rustici utunt̃ noctibus ualde obscuris · Habent enĩ faculam ardentem ex perticis siccis factam · quam vnus defert declinem prope virides sepes in quibus dormiunt. que cum excitant̃ / ueniunt ad ignis splendorem · duoqͫ alii cum baculis cũ volitãt/eas mactãt · sunt autem baculi uelut pale in capitibꝰ breuium perticarũ ex paruis contexte viminibus · Item capiuntur passeres precipue iuuenes minus sagaces cum naxa seu britbodlo/que est quedam cauea ex iũcis constructa. de q̃ exire ignorant/cum ad paruos passerum pullos in ea positos/ingrediuntur · nec exire sciunt. ¶ Item capiunt̃ aues in foraminibꝰ ꝛ colũbariis cũ mustella domestica in foramine ĩmissa · Item capiunt̃ cum cista siue plastella precipue tempore niuiũ. sic preparata/ut auibꝰ intrantibus/cadat in qua grana cõgrua pro esca ponũtur · Cui ꝓdent / si multa grana sub eis ponantur · ꝛ pauca uelut fila longius/extra. quibus perducãt̃ ad cistam. Item cum scarpello capiuntur porcane · in cannosis uallibus vbi morant̃ Est autem scarpellus/istrumentum quoddam ex duobus arcubus ualde plicatis constructũ/abinuicem parũ distantibus. inter quos modicum posterius ponit̃ fructꝰ herbe cocbe/in forma similis per omnia

cerasis. quem accipere volunt/ ⁊ col
lo stringunt. sed eius forma ⁊ simi
liter plurium ingeniorum/ nō potest
sic aperte scribi/ ut plene intelligatur
sicut oculata fide cognoscit. Itē ca
piunt cum cubaculo tempore niuiū
quod est quoddam instrumentum ex
paucis virgulis factum. interius cō
cauum. ⁊ in parte postrema acutum
habens ostiolum. quod in terra iacet
coopertum palea. quod cum vno vi
mine in terram affixo eleuat. ⁊ pos
terius percutit auem ad escam intrā
tem/ que intus ē. quam aliunde acci
pere nequit vndiqꝫ terra tectū. Itē
quodam delectabili ingenio capit
cornix/ cum ex ipsis habet vna. nā
ipsa duobus valde breuibus palazo
lis ad principium alarū iuxta pect⁹
annexis/ supina in terra firmat. q̄
fortiter clamat ac fugere nitit. alie
qꝫ ꝓpinque currunt eam iuuare vo
lentes. ex quibus ipa vnam rostro
⁊ vngulis capit ⁊ retinet/ ut capere
possis. et eodem modo aregazas ca
pi posse asserit. Item fertur aues q̄
gustant granum vel milium in fece
boni vini ex suco cicute maceratū et
siccatum. volare non posse/ et manu
capi.

De capiendis bestiis feris et p̄mo
qualiter capiuntur canib⁹.

Lepores precipue capiū
tur canibus. ad quos iuē
endos necessarii sunt ca
nes/ qui segbusi vel bra
chi vocant. qui quanto subtilioris
olfactus sunt/ tanto meliores existūt
Item necessarii sunt canes valde ad
cursum agiles. qui eos persequātur
vt capiant qui omnes ad hoc istru
unt. et ad eos capiendos inducunt
cum ex captis aliquid dat eis in ci
bum. A quibus etiā caprioli capiū
tur. et aliquando cerui precipue aux
ilio retibium magnorū positorū ī lo
cis vnde fugant. Item ab eis capiū
tur vulpes. licet ī fuga sint valde sa
gaces. Item capiunt cuniculi/ cū in
ueniunt remoti a cauis. Item cani
bus capiunt apri ac lupi/ sed cum
auxilio venatorū. nam raro soli ad
eos presumunt accedere/ nisi sint for
tissimi mastini et audaces. Sed ad a
pros capiendos/ necessarii sunt pili
fortes in ferro cruciferati. quos ve
natores videntes aprum ad se irato
animo venientem/ in terram firmāt
et ad aprum dirigunt. qui eo pilo
vulneratus. usqꝫ ad venatorem nō
potest accedere. sicqꝫ a canibus occi
ditur. ⁊ similiter ab aliis qui venan
tur eundem. Item capiunt cerui cū
ab homine vulnerati sagitta vel pi
lo/ fugiunt. ⁊ paruus catulus ad hoc
instructus per viam sanguinis exeū
tis ipsum sequitur/ donec ceruum semi
uiuum vel mortuum inuenit. Item ca
nibus inueniunt et capiuntur ericii
et quedam alia animalia similiter ca
piuntur ab eis.

Qualiter capiuntur cū retib⁹.

Cum retibus capiuntur
cerui vt dictū ē. ⁊ vulpes
vt superius dixi cum de
rethi loquutus fui quod
arolus vocatur a vulgo. Lepores
etiam facile caperētur retibus/ si in
ea inciderent. sicut ⁊ multe alie bestie
fere.

Qualiter capiunt cum laqueis.

Laquei s capiuntur leones ⁊ lepores cum per aliqua foramina introire solēt ĩ loca clausa. Sed hoc duobus fit modis. Uno / ꝙ laqueus sit annexus ad aliquam perticam plicatam. adeo fortem / ꝙ feram collo captam in altum eleuet ac suspēdat Altero / ut prope laqueum sit fortis cannolus stringens laqueū fere capte impediens etiam ne ipsa laqueū rodere possit.

Qualiter capiunt̄ tayolis.

Ulpes et lupi precipue capiunt̄ quadam tayola ferrea / q̄ circa se multos habet rampones acutos. ⁊ ipsi habent circa se anulum prope locum. vbi annexi uoluunt̄. ad quē annectit̄ frustum carnis. omniaq̧ occultata preter carnem in terra firmata iacent. Cum autem lupus carnem dentibus captam eleuat. anulus eleuat rampones circa caput ⁊ collū lupi. qui cum fortius trahit ⁊ recedere nitit̄ / fortius stringitur ⁊ tenetur Item fiunt alie tayole quibus ĩ pedibus siue cruribus oēs generaliter bestie fere capi possunt. que occultātur in itineribus quibus vtunt̄ que sunt talis figure aut forme / ꝙ non nisi oculata fide intelligi posset. Inde oq̧ qui eas habere vult / videat ab his qui eis vtunt̄. sicut ⁊ ego videre volui.

Qualiter capiuntur foueis.

Foueis hoc mō capiuntur precipue lupi. Fit quedā fouea lata / vt magn⁹ puteus. et in tantum ꝓfunda / ꝙ inde exire non possit. Hec operitur vno rotūdo graticio. quod nō totam sed quasi operiat foueā. Sub graticio in medio alligatur stāga lōgior graticio ac rotunda. in medio cuius / ponitur ligatus anser vel agnus. et paleis operitur vniuersus locus. lupus veniens ⁊ volens accipere anserem aut agnum / in foueam cadit. asse cum graticio subito reuoluta Item fouea capit̄ multitudo caproꝝ / hoc mō / In locis in quib⁹ multi versantur / agellus seritur de milica. quam aliqui saginam vocant. Circa agellum construitur fortis et alta sepis / ex viminibus arborū In vna parte relinquitur apertus introitus. et ĩ opposito sepis depressa iuxta quā extra fit fouea satis ꝓfunda Cum ipsa sagina matura erit / ad ipsam venient multi apri per locum expeditum intrantes. tunc ad locum accedat quicūq̧ vult / etiam sine armis ⁊ in loco introitus moretur / clamet ⁊ quocunq̧ mō potest / rumorem ac strepitum faciat. Apri perterriti nō inuenientes vnde exire valeant. nisi per locum sepis depresse inde ꝓsiliūt omnes extra in foueam. quam videre non poterant intrinsecus existentes. Item ꝓ lupis vulpibus leporibus ⁊ ceteris feris ac canibus ⁊ porcis intrantibus ⁊ dissipantibus vineas / fouea fit hoc mō. fodiatur ampla duabus spannis. et longa quattuor pedibus aut tribus. ⁊ circa sex septem aut octo pedes ꝓfunda. cū spondis politis ⁊ rectis in terra solida / ⁊ ruinosa murata. in loco vnde sepe fieri ab eis transitus consueuit. hec operiat̄ primo ex transuerso de grossis herbis siccatis. ⁊ postmodū

subtilissima terra. si herba non susti neat terrã ponãt sub ea duo subtiles ꝛ frangibiles baculi ex transuerso ꝛ herba per longum / que in medio se ɔ tingat. Et si non potes / vel nõ vis facere sic ꝓfundam. pone circũcirca eam stãgas vel assidiculas strictas habentes multas caniculas seu piros los acutos infixos. ꝛ decliues in foueam. ac versus partem mediã paulisper plicatos / in quos inclusa bestia cum extra salire voluerit / capite vel oculis in eos percutiet. ꝛ ledet a deo ꝙ quiescet. Et si eam mori volueris / in fundo multos acutos palos infigas. Vel si aqua multa in ea erit / sufficiet ad mortem ipsius. quia non poterit extra prosilire / nec viuere diu. Item dicta fouea fieri poterit in quolibet tramite ꝓfũda / solũ modo quatuor vel quinqꝫ pedibus cum auxilio vnius rebalche ex viminibus facte. super vna rotunda stangetta facile volubili firmata in quolibet capite cum vno vncino fortiter infixo terre. in quo voluatur. Hec rebalcha sit ab vno capite firmata distans a fouea vno semisse In alia parte in angulis ꝛ in medio / habeat lapides põderãtes ãnexos. Hec stet eleuata quasi omnino erecta. cum vna furcula. cuius inferior pars sit super vno baculo breui / qui sit in medio fouee ex transuerso super vno puo palazolo ab vtroqꝫ capite. q̃ sit affixus in ripa fouee in parte supprema. Super hoc breui baculo ponat quedam virgula per longum fouee / que sustineat herbam et terram tantummõ. atqꝫ a bestia pressa descẽdat ꝛ baculum breuem cum furcula / ꝛ rebalcam cadere faciat. Hec rebalca de die super foueam maneat / ne homo transiens ĩ eam ruat. si canis vel sus in eam incidat / cum vna scalella que gradus assiduum habeat / extrahi poterit.

De quibusdam aliis ingeniis / quibus capiuntur bestie fere.

Elephantes capiunt hoc mõ. Ipsi cum nõ habent genua iacere non possunt ideoqꝫ cũ dormire volũt / se arboribus appodiant et quiescũt. Venatores has arbores resecant. ꝫ non perficiũt ut per se ruere possint sed appodiatis elephantibus cadunt ꝛ ipsi ruũt. ꝛ a venatoribus occidũtur. Vrsi capiuntur hoc mõ. armatur homo ferreis armis / capite ꝛ undiqꝫ coopertus. cum solo cultello acuto ad latus / accedit in siluam vel alium locum ad vrsum. vrsus erigit ad hominem armatum accedit / ꝛ amplectit ipsum. armatusqꝫ tunc euaginato gladio / locum cordis vrsi perforat ꝛ sic eum occidit. Vulpes in caueis suis capiunt hoc mõ habet venator alueũ apum quadratum / sed longum plus. et minus latũ. hic ab vno capite paucis filis ferreis clausus ẽ ab alio capite habet ostiolum interius ex parte superiori guerzatum ꝛ preparatum / vt possit intꝰ eleuari superius et nõ extra exire descendens hoc ostiolum superius eleuatum permanet / cum virgula parua. Hoc instrumentũ ponit in fouea vulpis / cum prescitum est ipam in ea eẽ pars ostioli ponit in parte intrinseca fouee. ceteriqꝫ introitus fouee q̃ plures eẽ consueuerunt / clauduntur

optime. vulpes autem exire volens in alueum intrat non putans filis subtilibus impediri. sicq; virgulam secum trahit. et hostiolum cadens/eã concludit. que retrocedens/ fortius claudit ⁊ firmat. Venator autẽ quã docũq; veniens/ vulpem si vult/ferro cuspideo mactat. Vel si vult/ ipsam cum alueo supra puteũ vel magnã tinam portat. ⁊ aperiens hostiolum ipsam ruere facit in tinam. ¶ Cuniculi capiuntur sic. venator sonans ⁊ strepitus agens/eos fugat in cuniculos suos ocauos nam ipsi quia parui nimium/ facile fugiunt ad eoꝝ foueas/ut ibi tute morentur. Venator tunc ponit reticulum apertum/⁊ ĩ terra bene firmatum/ante quemlibꝫ introitum deinde per vnum itroitũ imittit furectum quem domesticũ habet. rostro clauso quodam frenello ne aperire possit. ac cuniculos capere ⁊ comedere nec extra redirẽ velit. hic furectus parum maior mustela hoꝝ proprius inimic⁹/omnes cuniculos extra pellit. sicq; intrant in reticula ⁊ capiunt᷑.

¶ De murib⁹ capiẽdis ⁊ occidẽdis.

Mures multis modis capiunt᷑ ⁊ occidunt᷑ Vno mõ a muscipulis domesticis que tenent᷑ in domib⁹. Alio mõ non cum muscipulis/ sed trapulis que fiunt ex paruo ligno cauato in quo cadit aliud lignum paruum. graue tamen. opprimens ⁊ occidens mures intrantes ad cutẽ porci positam ⁊ annexam in ea/ ad quãdam particulam ligni/ que cum tãgitur. facit quod supra ẽ. cadere supra murem. sed hic modus est adeo not⁹ dibus. ꝙ nõ expedit plenı⁹ explicari. Itẽ capiũt᷑/quodã assiде eleuato cadente. qui ex quadam columnella facta sustentat᷑. eleuat᷑ ⁊ tenet᷑ q̃dã spatula cutem habente. sic preparata/ꝙ columnella diuisa non aperit᷑ nisi cum mus cutem tangit in spatula alligatã et tunc cadit et murem occidit. Itẽ ẽ ali⁹ mod⁹/cũ ĩ vno nodo canne grosse fit in capite arcul⁹ cum cordula. in qua acus magna cõsistit in medio. canna foramen habet in medio. ⁊ cutem interius cuidam uirgule alligatam. ⁊ sic preparatã/ ꝙ cum mus ꝑ foramen cutem mordet ac mouet arculus descendit. ⁊ acus magna perforat caput eius. eũq; retinet/ne fugere possit. Est etiam alius modus. cum vas aliquod quo exire non possint. ad medietatem aqua ĩplet᷑. cuius superficies operit᷑ spelta que natat. quã mus vidẽs ⁊ nõ aq̃m decendit in eam ⁊ aqua necat᷑. ¶ Itẽ est alius modus. ꝙ vas aliquod operit᷑ membrana. hec in crucem scinditur. ⁊ in medio annectit᷑ cutis porci mures accedẽtes ad eã/ cartã seu mẽbranam flectunt/⁊ intra ruunt. ⁊ necant᷑/si aqua ĩ eo fuerit. alioqui breui tempore moriunt᷑ fame. statimq; carta sui natura sursum regredit᷑ ut eodem mõ infinitos decipiat mures Fert᷑ etiam ab expertis. ꝙ si mures in vas sine aqua cadentes / diu viuere permittant᷑/ fame nimia coacti/ se comedunt. fortior viliorem. ꝙ si tantum relinquant᷑ ut remaneat fortior vnus solus/⁊ hic permittat᷑ abire. quoscunq; in aliqua parte inuenerit/occidit. et comedit assuetus et facile/cum ab eo non fugiant. Item

occidantur resalgari trito et caseo aut farina mixto. que libenter comedunt et moriuntur / cum sit ipsorum venenum. ¶ Sed a loco removenda est aqua / qua sepe iuvantur / si eam bibant. Capiuntur etiam / si supra vas unde exire nequeant / ponitur quidam baculus per medium scissus / scilicet una medietas in medio scissa et sic preparata ut se sustineat / sed non murem. In eius medio ponatur nucleus nucis ad quem cum accedit / cum baculo fracto cadit / et si aqua sit in eo / statim moritur. aut si non est / statim occidatur. Item mus vivus facile capitur / si sub circumferentia parapsidis / nux ab una parte rupta ponitur. ruptura respiciente interius ¶ Modus ceteris melior ad capiendum mures tam magnos quam parvos hic est. Accipe duas assidiculas lenigatas uno brachio longas. et latas uno semisse ipsas coniunge distantes / quatuor in altitudine digitis vel parum minus in parte infima. cum duabus parvulis assidiculis incastratis in quolibet capite una ut eis desubtus sit equalis. sub ipsis affige cartam de pecore grossam / incisam in medio ex transuerso sed prope medium non affixam. et in tantum restrictam / quod possit iter assides elevari. ut si descendens deformaretur possit ad suam formam reduci. ¶ Item dicte due assides desuper in capitibus coniungantur. ac super eas teneatur assidicula / in medio habens clavum retortum. ad quem suspendatur frustulum cutis porci. Vel non suspendatur dicta cutis sed in medio dictarum assidum prope cartam. sit sicut una mescola interius perforata. et cute cooperta. in qua sit sala polita affixa. circa quam mescola cum cute facile revoluatur. Hoc edificium ponatur super quecumque vasa fictilia seu lignea unde mures exire nequeant. Et optimum est quod sepeliatur in massa frumenti vel alterius grani. ubi mures intrant. et cum appropinquaverint cuti / ruent. et carta cum eis descendens relevabitur. et de quibuslibet accedentibus idem fieret. neque muscipule per ipsam arturam intrare valebunt.

¶ De piscibus capiendis. et primo qualiter rethibus capiuntur.

In mari iuxta planum litus capiuntur precipue multi pisces cum rethi. quod multi scorticariam vocant. Hoc rethe est valde longum. et satis amplum et spissum. habens cordam unius lateris plumbatam / et alteram leviatam. ut in aquis extensum / rectum permaneat. Hoc rethe cum navicula infra mare defertur uno capite in terram relicto. ut aliqua particula eius continuo descendat in aquam. Cum autem fuerint infra mare quantum rethe extenditur arcualiter / cum illo capite revertuntur ad litus. et quibusdam ex eis cum illo capite in terram descendentibus / unus in navicula revertitur extra rethe ad medium eius ad hoc ut pisces infra rethe comprehensi / videntes se ad terram trahi / non prosiliant extra rethe. Duo autem piscatores ab utroque capite in terra existentes / trahunt cum piscibus totum rethe ad litus. qui sepe multos trahunt magnos et parvos. plerumque paucos aut etiam nullos quia in eo loco non erant

Item capiuntur in mari cum quodã
rethi subtili. nõ multum magno du
abus perticis alligato. quod quidã
in nauicula existentes aptum i aq̃m
demergunt. ⁊ post paululum cũ pis
cibus eleuant. ¶ Item capiunt' in flu
minibus ⁊ ceteris spaciosis locis cũ
rethi/ quod trãsuersariũ multi vocãt
quod est ex tribus compositum. scili
cet vno medio spisso/ et duobus ex
trinsecis raris. habens in vno latere
plumbum in alio lebias. Et si valde
longum sit/ quasdam cucurbitas sic
cas appone. ut extensum in aqua p
maneat. hoc rethe sit longum vel bre
ue/ secundum q̃ loci aque latitudo re
quirit. hoc in aqua per magnam ho
ram dimittit'/ ut i illud natantes in
cidant pisces. qui rara rethia trans
eunt/ et inuoluũtur in spisso. ut aui
cule in aranea supradicta. cũ de ca
piendis auibus dicebat'. Item capi
unt' riualibus in paruis aquis.
¶ Est autem riuale/ rethe paruum ⁊
spissum. duob⁹ ãnexũ baculis. quos
piscator tenet manibus. ⁊ apertum/
per aquam ducit. atq̃ prope ripã cũ
piscibus claudit. ¶ Item capiunt' ʒa
clo. Est autem rethe subtile. spissum
habens tentorii formam. in circuitu
plumbatum. ⁊ reuolutum. habens i
cacumine longũ funẽ. hoc rethe pisca
tor supra brachiũ sinistrũ tenet clau
sum. atq̃ in aquam apertũ eiicit hoc
apertum subito ad fundum descẽdit
⁊ omnes pisces inferius se inuentos
concludit. eosq̃ cum trahit'/ secũ tra
hit. ¶ Item capiunt' cum negossa. q̃
est rethe ad modum riualis formatũ
⁊ ad vnam perticã cum duob⁹ bacu
lis amminiculantibus apte annexũ
hoc rethe piscator extra aquam exis
tens/ in eam precipue vbi quiescit i
mittit. ⁊ cum piscibus eleuat. plerũ
q̃ etiam sine ipsis. Et quandoq̃ cir
ca herbas et frutices ꝓpe terram i
mittit. et cum pertica percutiens i her
bam. pisces occultatos in herbam ex
pellit. ¶ Item capiunt' plurimi in lo
cis angustis vallium. cũ rethi quod
cogolariã vocãt quod ẽ rethe magnũ
forte ac spissum/ et longum. habens i
troitum rotundum et latum / et pau
latim angustat' usq̃ ad caudam. que
longa ẽ/ habens multa receptacula.
in que facile intrant pisces/ et nusq̃
redire queunt. Hoc rethe ponit' cum
duabus grossis perticis in dicto lo
co ãgusto. circa quod est vndiq̃ lig
naminum usq̃ ad ripam fortis clau
sura. cui dicte pertice annectunt'. hoc
rethe die noctuq̃ tenet' ibidem. intro
itu ad partem superiorem verso. per
hunc locum nullus omnino piscis
de sursum veniens transire potest /
cum nullus sit ibi locus apertus. des
cendunt igit' omnes i aperto rethis
ore. deinde in caudam strictam. Pis
cator vero aliquando diebus inter
positis ad locum accedens/ caudã re
thi in nauiculam trahit. ⁊ aperit. i
uenitq̃ aliquando tot pisces. preci
pue anguillas. que globate sunt cũ
amore feruescunt/ vel starodnas que
gregatim incedunt/ q̃ nauicula tene
re non potest. ¶ Cetera etiam genera
piscium in talibus aquis morantiũ
in eo capiunt'. sed non simul in simili
quantitate. ¶ Item capiunt' in valli
bus multi pisces in locis apertis. et
ꝓfundis. in quibus precipue mag
ni morant' pisces. cum rethi quod

degagnã vocãt. quod magnũ ⁊ latũ
in fundum eiicit᷑. ⁊ per eũ trahit᷑/et
cum piscibus eleuat᷑. Item capiunt᷑
in vallibus non ꝓfundis sed latitu
dinem magnam habentibus / multi
pisces generum diuersorum. quicun
qꝫ in talibus aquis morent᷑. hoc mõ
habent piscatores gradellas fere ĩ
finitas. de paludosis cannis cõstruc
tas/quibus claudunt maxima valli
um nõ profundarum spacia palorũ
auxilio. relictis paruulis aperturis ĩ
pluribꝰ locis. ad q̃s ponunt rethia p
ua rotunda. in capite ampla. ⁊ cau
da cum receptaculis suis angusta/ĩ
qua possũt intrare/sed nõ exire hec
rethia semp die noctuqꝫ ibi relinquũt
⁊ quasi omni die in mane eleuant cũ
piscibus. qui per loca spaciosa natã
tes/transire posse per dicta vacua lo
ca sperabant. Fiũt etiam ex his gra
ticulis alique taliter inuolute/ꝙ pis
ces intrantes exire nesciunt. sed inde
extrahunt᷑. cum quodam paruulo re
thi/posito in capite vnius pertice bi
furcate.

Qualiter capiunt᷑ cistis et caueis ex viminibus factis.

Pisces capiunt᷑ cistis ex vi
minibus factis. que in ca
pite sunt ãple mediocri
ter. et in cauda stricte. que
a piscatoribus in aqua stantibus/
per fundum ducunt᷑ ad modũ ripali
um rethium. Et quandoqꝫ tales ciste
sed leuiores/ponunt᷑ in capitibus p
ticarum. ⁊ per aquam turbidam du
cuntur a piscatore in terra stante.
vt supra de negossis narratum ẽ. I
tem ex iuncis fiunt nasse rotunde ac
late/cum introitu interius cõstricto
et extra amplo. que die ⁊ nocte cum
pondere vnius lapidis dimittunt᷑
in fundo aque. habentqꝫ vitẽ aliq̃m
ĩ cauda ligatã q̃ extrahũt᷑. Sꝫ duaꝝ
formarum fiunt. vna forma ẽ/ꝙ sit
interius multum ampla rotunda. in
cuius fundo ponit᷑ creta mollis. et
grana ei annexa ad que intrant que
dam genera piscium/causa cibi et in
de exire nesciunt. Alia forma
est tota stricta et longa. sed in introi
tu mediocriter aperta/⁊ ĩ medio ual
de stricta. deinde lata/⁊ ĩ cauda stric
tissima. in quam intrant non causa
cibi/sed ut ibi occulte morẽt᷑. nec de
ipa sicut nec de prima/exire sciunt.

Qualiter pisces capiunt᷑ hamo. spadernis. et calce viua. ⁊ fossinis.

Hamo capiunt᷑ pisces tri
bus modis. Vno modo
cum in eo ponit᷑ pisciculꝰ
aliquis viuus. cum quo
pisces capiuntur rapaces deglutien
tes hamum cum pisciculo viuo. Hic
hamus requiritur ex ere magnus et
fortis. cum forti cordula filo inuolu
ta ꝓpe ipsum. ne rodi possit. eius
cordula cuidam paruo paleariarum
siccarum fasciculo/annectitur. ⁊ in a
quam stantem cum hamo ⁊ piscicu
lo viuo/eiicitur. ibiqꝫ tota nocte re
linquitur. piscis captus longe fuge
re vel se occultare/fasciculo impedi
tur. sicqꝫ mane a piscatoribus inuẽi
tur. Secundo modo hamus cuidam
funiculo ex pilis albis equine caude
annectitur. ⁊ circa ipsum cibus qui
a piscibus magis appetitur/inuolui
tur. ut non videatur hamus. ⁊ ipse
cuidam virge in summitate subtili ã

necti tur. deinde in aquam eiicitur. ut notū ē ōibus. sed in hoc exhibenda ē quedā cautela. videlicet q̄ piscator sciat qualem escam / quodlibet gen⁹ piscis auidius appetit quolibet tempore anni. Nam idem genus pisciū secundum variationem temporum anni / diuersa cibaria querit Sed hoc scire potest / qui captorū viscera scindit. ꝛ inspicit qualem escam communiter assequūt. vel si diuersas escas modo vnam / mō alteram / in hamo ponit. Item valet contra pisces cautos qui escam appensam funiculo accipere volunt / si habet virgam ꝛ funiculum absq̄ hamo / cum qua plerūq̄ escam in aquam emittit. ad quam aliqui minus cauti accedent. eāq̄ sine periculo exportabunt. quod cū plu ries fecerit / hamum eiiciet. ad quem omnes etiam cauti accedent. Secundus modus seruatur in aquis ꝓfūdis. Nam in eis manu eiicit hamus alligatus longo funiculo habēte modicum plumbi per vnum brachium ꝓpe hamum / ut descendat ad fundū ibiq̄ teneatur / precipue in currētib⁹ aquis. Talis funiculus manu teneatur / digito indici appodiatus / ab eo qui sit ī naui vel pōte. cū sentiet piscem capere hamum / fortiter trahat ꝑmo. ut in eius infigat ore. Deide paulatim trahat / donec ipm piscem m āu capiat. qui rarissime paruus erit. cū soli magni morent in fundo. licet aliquando discurrant per partem mediam vel supremam. Cū spadernis capiunt tinche. Sunt autem spaderne tres acus ex ere retorte / ac simul ligate. que quibusdam breuibus funiculis annectunt. ac ipsi omnes nō multum distantes. cuidam funiculo longo ꝛ forti ligant. His apponit cauda cancroꝝ. vel lumbricorū grossorum esca. ꝛ in aquam cum quodā lapide in capite funis in sero extense iactant. et mane capte tinche tollūt Calce viua capiunt pisces / si ipsa ponat in sacco. ꝛ in aqua / maxime stante / in paruo loco inclusa Hic saccus a duobus per totam aquā fortiter agitet. ex hoc omnes pisces quasi ceci venient in superficiem aque. ac manibus facile capient. Item capiunt grossi pisces / fossinis in aq̄s diaphanis / Est autem fossina / ferreum instrumentum. habens multas acuitates / quarum quelibet habet barbulam ad tenendum. ꝛ sunt aliquantulum distantes abinuicem. ¶ Quod piscator habet in capite haste vel lācee. vaditq̄ cum eo quiete in naui ꝑ aquas. ꝛ cum piscem videt / eum fortiter ferit. ꝛ infixum tenet. Idem faceret existens in terra. et in aqua turbida / cum in superficie piscē viderit

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipit liber vndecimus. De regulis operationum ruris.

IN superioribus diffuse dictum ē. de ōi operatione ruris Sꝫ quia memoria homi num breuis est / rerū singulariū turbe nō sufficit. Ideo vtile visuꝫ ē / materias tractatuum que possunt generaliter exprimi / compendiosis secundū ordinem libri concludere regulis. ut sola noticia ipsarum / plurium genera

liter habeat memoria.

Et primo de cognition ... habitabilis in communi.

Patris exercitia/ fortitudinem habitatorum operantium industriam et aptitudinem querunt. Ideoq3 loci salubritas/ precipue querenda ē. Aeris et venti terre. situs. et aque bonitas / locum habitabilem fertilem et salubrem demonstrat Vir prudēs predia empturus. āte omnia loci salutem cōsideret. ne in eoꝝ emptionē/ et domorum fabricam pecunia collata/ velox postmodum cum personarum detrimento / aut rei familiaris damno/ penitentia non sperata seq̄tur.

De cognitione aeris.

Aer calidus est et humid9 si nulla causa extrinseca conuertat. Aer bonus ē qui putrefactus non est / neq3 caliditatis aut alterius qualitatis excellentiam habet. sed in his ōnibus. equalis aut equalitati proximus inuenit. Aer temperatus et clarus/sanitatem efficit habitantium. et conseruat/ et plante ab eo ꝓporcionabiliter cōualescunt et fructificāt Inequalis vero. et vaporum lacuū et stagnorum immixtione turbatus contrarium operat. et tristificat animam. humores cōmiscet. et plantas corrumpit Omnis aer qui cito infrigidat cum sol occidit/ et cito calefit cum ipse orit/est subtilis. contrari9 vero. existit econtrario. Aer omnibus deterior est/qui cor constringit et aeris attractionem angustat Aeris salubritatem declarant / loca ab infimis vallibus libera. nebularum noctibus absoluta. et habitatorū sana corpora.

De cognitione ventorum.

Meridionales absolute cōsiderati/ calidi sunt et hūidi. Septentrionales frigidi/ et sicci. Orientales autem et occidentales/quasi temperati. Sed in quibusdam locis meridionales sunt frigidi/cum a parte meridiei eisdem fuerint montes niuosi / et septentrionales calidi/cū in ea parte transeunt per adusta deserta.

De cognitione aquarum.

Aqua frigida ē et humida. si nulla causa extrinseca / fuerit immutata Aque fōtium terre libere in quib9 nulla extrinseca malarum dispositionum et qualitatū causa superat sunt aliis meliores. Aque petrose sunt bone nec facile terrestri corruptione putrescunt. Aque fluminum currentes/ sunt aliis meliores si sup terrā liberā nō fetidā neq3 lacunosa3/ incedant / et que ad orientem tendunt/ et multū a suo elongant principio/ sunt ōnibus meliores. et que ad septentrionē vadit/bona. que vero ab meridiem vel occidentem fluūt/sunt male. maxime. cum meridionales sufflauerint venti. Aqua laudabilis est / in qua res cito coquit. et nullus odor in ea superat/neq3 sapor Aquarum eiusdē dispositionis/ que leuior est/melior iudicat. sublimatio et distillatio / similiter et decoctio/aquas rectificant malas. Ex aquis laudabilibus sunt aque pluuie. precipue que cum tonitruo in estate proueniunt licet prop

ter earum subtilitatem cito putrefiāt ¶ Aqua puteoruȝ ⁊ aqueductuum cōparatione aquarum fontiū nō sunt bone/precipue que de plumbo fistulas habent. ¶ Aque male sunt/lacunales. paludales. sanguisugales. ⁊ omnes quibus admiscet' aliqua substātia metallina. Grosse autem sunt glaciales ⁊ niuose ¶ Aqua temperate frigida/sanis melior est omnibus aq̄s appetitum enim excitat ⁊ stomachū fortem facit. Calida vero/contrarium operat'. Aque salse macrescere faciunt ⁊ exsiccant. Turbide vero/lapidem ⁊ opilationes creant. Si aque bonitas vel malicia ratione discerni non potest/incolarum salubritate noscat'.

¶ De cognitione sit9 loci habitabil'

Loci caliditas humiditatis ⁊ siccitatis dispō altitudo et ꝓfūditas aq̄ꝛ ml'titudo et paucitas. et earum malicia ⁊ bonitas. montium lacuum. paludum. et maris vicinitas. item terre dispositio que lutosa uel humida. cenosa. minerosa. seu petrosa existit. situs indicant qualitatem. In locis calidis habitantiū/denigrantur facies et capilli. et eoꝝ corda sunt timida citoq̄ senescunt ¶ In locis frigidis existentes/ audacie sunt maioris. et melius digerentes. que si humida fuerit crassi. carnosi teneri. et albi erunt. In locis morantes humidis / pulchrarū sunt facierū. et eis diuturne accidūt febres. et cum exercitant' cito aduenit lassitudo. In siccis uero/exsiccantur complexiones et corpora offuscantur. In locis habitabilibus altismorantes/sunt sani et fortes laborisml'tum patientes. et viuunt diu. ꝓfūda vero loca/contrarium operant'. Habitantes in locis petrosis/habent aerem in hyeme valde frigidum. et calidū in estate Corpora eoꝝ dura fortia. et multorum capillorum existūt multum vigilantes. inobedientes et maloꝝ sunt morum. Et est eis bellorum fortitudo. et in actibus solertia et acuitas ¶ Ciuitas ab oriente aperta/et ex opposita parte cooperta/ est sana. et boni aeris. Ea vero est infirma/que situm contrarium habet. Incolaꝝ habitudo secundum sanitatū vel egritudinum genera/situs idicat qualitatem.

¶ De tumbis et domibus.

Domus et tumbe seu aree et curie magnitudo/secundum domini facultatē/ et quantitatem animalium nutriendorum et fructuum portādorum ad eas/fieri debent in rure. Tute autem sint et fortes. foueis et muro vel spinis/secundum potentiam i locis illis furum et latronum ¶ In tumbarum munitionibus / fructifere arbores nō plantentur. ne fructuū auiditate. desiderata munitio dissipetur In eis etiam/arborum aliquarū nō ꝓcuretur augmentum/sed omnes ad munitionis fortitudinem conuertātur. Securitas et delectatio dn̄orum requirit i villis fortitudinem et decorem. Domorum fundamanta / latiora q̄ paries esse debēt. et usq̄ ad terram profundent' solidam que si desit quartam fabrice mersisse sufficiat. Arena que manu cōprehensa edit stridores/ vel que respersa nihil sordis reliquit in panno lineo candido

egregia est. et utilis fabricanti. ¶ In duabus arene partibus / calcis una miscenda est. quod si equali mensura misceantur / erit fortissimum cementum inde commixtum. In fluuiali quoque arena si terciam partem teste crete addideris / operum soliditas mira prestabitur. ligna pro edificiis optima sunt / que mense Nouembris uel Decembris ceduntur. et maxime si ultra medullam incisa / super radice quibusdam relinquantur diebus. et ea sunt precipue durabilia / que a parte meridionali montium sunt incisa.

¶ De puteis et sisternis.

Puteus si fons desit / mense Augusti uel Septembris et loco idoneo / fiat. ab omni lecaminis seu putredinis palude / remotus. Cum aqua ducitur aliunde. diligentis erit aquarum receptacula fabricari. ut sufficientem copiam inops uena procuret. Ubi sisternis utimur anguillas piscesque fluuiales ponamus in eis qui suo natatu aquam continue moueant. et a corruptione reseruent ¶ Ubi aquis fluminum utimur / tutum est cisternulas habere cum sabulo que eas a terrestritate liberet. et claritate decoret

¶ De presentia dominorum.

Presentia domini profectus est agri. et qui deserit uineam / deseretur ab ea ¶ Rusticorum importuna uoracitas nihil timet / nisi dominorum presentiam et cautelam.

¶ Incipiunt regule libri secundi. Et primo de qualitate terrarum. et diuersitate agrorum.

Terra naturaliter frigida est / et sicca. sed accidentaliter sepe rebus extrinsecis immutatur. In terris fecunditas est querenda. ne alba et nuda gleba sit. ne macer sabulo / sine amixtione terreni. ne creta sola / ne arenosi pulueris lapidosa macies. ne salsa uel amara uel uliginosa / ne uallis nimis opaca. Sed sit gleba putris. et fere nigra. et ad tegendum se / graminis sui crate sufficiens Que protulerit neque scabra sint nec retorrida / nec succi naturalis egentia. Frumentis danda utilis terra est que naturaliter profert ebulum. Iuncum. Gramen. Trifolium. Calamum. Rubos pingues. Pruna siluestria. Lappas Farfaram Cicutam. Maluam Urticam. et ceteras similes herbas. que latitudine et pinguedine foliorum / letum solum et fecundum demonstrant. Uineis utilis terra est / que corporis aliquatenus rari atque resoluti est. Uirgulta que profert / nitida procera. fecunda sunt. neque intorta. neque debilia / neque macra exilitate languentia ¶ Situs terrarum non sit adeo planus / ut stagnet neque ruptus / ut defluat / neque arduus ut tempestates nimium sentiat et calores. Sed in his omnibus. utilis semper et equata mediocritas requiratur In frigidis prouinciis orienti uel meridionali lateri / in calidis uero septentrioni / ager esse debet oppositus Inferior pars terrarum pinguis / grossa et frigida est. superficies uero / macra subtilis et calida Quatuor sunt agrorum genera uidelicet satiuum. consitum compascuum / et nouale ¶ Sati

uus ager est/qui pinguissimus est. ⁊
ferit omni anno Omnis ager qui ca
lidus est et humidus/mollem habēs
superficiem ⁊ porosam/cultui facilis
est et ferax. Eligendus est ager pin
guis ⁊ rarus quia minimum laborē
appetit. ⁊ fructum maximum reddit
Secundi meriti est/pinguis densus.
hic enim etsi multo labore colat/ ta
men ad vota respondet. Illud autē
genus terrarum est pessimum/ quod
siccum ⁊ spissum macrū et frigidum
est terra sicca ⁊ adustione sterilis ef
fecta ⁊ salsa uel amara nunq̄ recipit
medicinam: que vero humore super
fluo īfecūda ē / fossatis conuenienti
bus emendat. Colles montium / sic
citatem ⁊ macredinem patiunt. Val
les autem eoꝝ/ pingues existūt ⁊ hu
mide. propter pinguedinem que ad
ima decurrit. Ideoq̄ tales agri p la
tera sulcandi sunt/ut in sulcis stet re
tenta pinguedo. nec oportet cōminui
glebas/ne pluuiis impetuose superue
nientibus/mota terra cum ōni semie
ferat ad vallem. Noualis ager ē/q̄
primo ad cultum reducit. uł qui ad
virtutem pristinam redit. per quietē
vnius anni vel plurium innouatus
Non conuenit plantis aer pulueru
lentus et siccus. quia planta querit
locum solide continuitatis. i quo ra
dicet ⁊ floreat et fructum ferat.

De aratione. fossione ⁊ cultu.

Orationis ⁊ fossionis / q̄
tuor sunt vtilitates in ge
nere. videlicet terre aper
tio. eiusdem adequatio a
gri commixtio. ⁊ eiusdem comminuti
o. Obseruandum est/ ne lutos⁹ ager
aret. nec si fuerit nimis siccus. nam
terra que lutosa tractat. toto fert
anno tractari non posse. Nimis ve
ro sicca/plurimum laboriosa est. et
non potest comminui ut oportet. Si
ager qui post longas siccitates fue
rit imbre leui perfusus/aret/per triē
nium fieri quasi sterilis affirmat. A
ger fortis glutinosus/⁊ adulterinis
herbis repletus/quattuor aratioēs
requirit. Poroso autem/ ⁊ mundam
⁊ subtilem terrā habenti/ sufficit for
te vna vel duab⁹ aut tribus adpl⁹
arationibis est contentus. Quelibet
trium uel quatuor arationum fructi
bus addit ꝓportionabiliter sui nu
meri quantitatem. Quotiens fruct⁹
laboris excedit meritum/insistendū
est cultui. Si vero labor vtilitatem
fructus excellit/relinquendus ē loc⁹
talis. In locis siccis agri maturius
in humidis vero serius ꝓscindunt
Qui arando crudum solum inter sul
cos relinquit suis fructib⁹ derogat
terre vbertatem infamat. Fecūdior
enim est culta exiguitas/q̄ magnitu
do neglecta. Seruandum est autē ne
inter sulcos terra non mota relinq̄t
et glebe sunt malleis dissipande. In
agro periclitant interiora nisi colā
tur extrema. Si lapidosus est ager/p
multas partes saxorū turba collecta
purgari poterit ⁊ arari. Iūcus gra
men ⁊ filices ⁊ cetere herbe nocue fre
quenti aratione de mense Iulii / vel
lupinorum seminatione vincunt

De seminatione.

In terris frigidis/autūna
lem tempestiue oportet fie
ri sationem. ut segetes ali
quid roboris āte hyemis

aduentum accipiant. In calido vero et pingui agro/differat͛ satio q̄ntum potest. ne ipsius tempestiua satio / herbarum inutilium luxuria suffocet͛. Sed humidus nimis ager nō autumno/sed vere serat͛. ¶ Cui precipue competit faba vel linum. que radicibus euulsis/superfluam cōsumūt humiditatem. Quecunq̧ serunt͛ i uere/locis calidis maturius. Frigidis vero/serius serant͛. Autumnalis autem satio/ contrarium actum querit Exiles campi vel aquosi/ maturius pingues vero/serius seminent͛. ¶ Itē aquosi/ autumnali tempore mature serant͛. Si ager plurimū pinguis et ferax non serat͛ semel uel pluries ī anno/luxuriabit in spuria diuersaꝝ herbarum. quod postea sine magno labore non poterit emendari. Omne triticum solo uliginoso / post tertiā sationem in genus siliginis commutat͛. In quolibet semine/duo sunt. virtus videlicet seminatiua / quā habet e celo. ⁊ substantia formalis. q̄ significationem recipit in plantā et plante organa. Omnis seminatio fieri debet/ cum semen auxilium maiꝰ habet e celo. Hoc est in prima etate lune. quia iuuat͛ tunc calido. hūido ⁊ viuifico lumine solis ⁊ lune simul Omnis satio que fit cum sol in cancrum ꝓgredit͛ est perfecta. Et autūnales tunc radicate/mouebunt͛ i debitam sue substantie quantitatem. Vernales etiam in matrice terre iacētes/tunc pullulabūt. et sole temperato coadiute/germinabūt. et florebūt ante tempus siccitatis estiue. Cauendum est ne ultra mensuram semina iaciant͛ in agro. quod si fiat/macilēta ⁊ nō ꝓficientia erunt. Attendēdū est / ne que iactant͛ semina / sint corrupta. sed ea optima sunt / que anni non excesserunt etatē. Omnium surculorum vel frugum genera preclara. sed terris suis experta committe. In nouo enim genere seminū ante experimentum / non ē spes tota ponenda. Semina locis humidis/citius q̄ siccis degenerant. Omnia legumina seri iubent͛ in terris siccis. Faba tātū modo in humida terra iubet͛ spargi Licet temperatis agris serendū sit/ tamen si siccitas longa fuerit/ semīa iacta non minus in agris q̄ in horreis seruabuntur.

¶ De aqua plantarum.

Aqua melior omnibꝫ ad irrigandos agros ⁊ maturādum letamen / est paludalis seu fouearum ex pluuiis ⁊ roribus congregata. Confert etiam plantis aqua puteorum ⁊ fontium/postq̄ eam calefecerit splēdor solis.

¶ De letamine ⁊ stercoratione ⁊ immutatione plantarum

Nimis humido ⁊ pingui letamine/ plante substāti a nascentiis ⁊ putredine inficitur. Sapor fructuū immutatur i peius. ⁊ repletur talis planta superfluis foliis ⁊ mollibus ramusculis infecundis ¶ Optimū letamen est fere omnium auium ⁊ quadrupedū/ quod in via corruptiōis est. et nondum calore naturali destitutū ⁊ incineratū existit. ¶ Letamen plante naturam imutat magis/q̄ cibus animal quod nutritur. natura plantarum melius per letamen/ q̄

per modū aliquē imutatur. Frigida
⁊ humida terra / optime per icensio
nem cespitum ⁊ cineris aspersionem
emendat᷑ Stercorum congestio suum
locum tenere debebit / qui habundet
humore. ⁊ propter oloris horrenda
a pretorii conuertat᷑ aspectu. Cine
res optime loco letaminis sparguntur
in agris. Stercus quod anno requie
uit / satis est utile nec herbas creat.
Si vero vetustius est / minus prode
rit. Recētia stercora prosunt pratis
ad ubertatē herbarum. Maris pur
gamenta si aquis dulcibus eluant᷑
reliquis mixta / vicem stercoris op
tinebunt. Stercorandi sunt agri spis
sius in colle. in campo rarius / cū lu
na minuit᷑. Hoc enim herbis si serue
tur officiet. Non debent estiuo tēpo
re plures cumuli letaminis spargi /
q̄ ea die poterunt exarari. Non p
dest uno tempore nimium stercora
re. sed frequenter et modice. Ager a
quosus plus stercoris querit / siccus
vero minus. Si letaminis copia de
sit. optime pro stercore cedit / ut sa
bulosis locis cretam frigidis vero
argillam / cretosis ⁊ nimiū spissis sa
bulum spargas. hoc enim segetibus
proficit. ⁊ vineas pulcherrimas red
dit. Vel seminent᷑ lupini. qui cū ad
debitum quasi augmentum peruene
rint / euertāt᷑. Lutū de fundo lacuū
⁊ paludū acceptū piguē ⁊ fertilē fa
cit agrū Omnino autem conuenientis
simum plantarum nutrimētū est leta
men / in palude temperata ⁊ humidi
tate putrefacta nutritum. ⁊ conueni
enti stercore cōmixtum. Agri colliū
in partibus superioribus / plurimū
⁊ sepe. in medijs / parū et raro fimā
di sunt. In infimis vero / fimatione
non egent.

De quibusdam principiis plāta
rum / ⁊ operationib⁹ earum.

Eptem sunt sine quibus
nulla omnino nascit᷑ plā
ta. videlicet triplex calor
circuli celestis. loci et semi
nis. Et triplex humor scilicet materi
e seminalis. terre et pluuiarum desu
per uenientium. et aer continens.
Plante opera sunt / uti alimento. au
geri. ⁊ generare. Venter arborum est
terra / in qua omnē impuritatem re
linquunt. Arbores infigunt radices
deorsum in terrā / ut ex ea sicut ex sto
macho nutrimentum sugāt. q͂ si eas
in superficie tantum spargant. cito a
rescunt. Certum est arbores nō sem
per augeri / q̄ diu terre radicitus ad
herent. sed omnium natura constāti
um / esse quantitatem determinatā in
ter duos terminos maximi ⁊ minimi
in suo genere. Plante sugendo p po
ros habent nutrimentū. ⁊ de eo quod
extrinsecus a spiritu eleuat᷑ in gem
mas / formant omne quod gignūt.
Plante raras. porosas. et calidas
habentes radices / nutrimētum attra
hunt plusq̄ digerere possint. et ideo
fructus generant putrescentes / nisi
superfluum humidum educat. Om
nes plante magnā habentes medul
lā / per poros transuersales nutriūt᷑
ex ea. sed paruas habētes medullas
nutriunt᷑ per poros directe superius
ascendentes. Multitudo ramorū ex
abundantia nutrimenti et calore sol᷑
arborem undiq; tangente qui succum
euocat / ad exteriora procedit. Caro
seu pulpa ī fructibus a natura creat᷑

ut semen in terram decidens/ ab ea fimet᷑ et facilius conualescat. ¶ Arbores quandoqʒ fructum alternis proferunt annis propter nutrimenti defectum. et uirtutem exhaustam. que sufficiēter nutrire nō possunt ramos et fructum nisi per conuenientem requiem fuerint renouate. Omnis plāta que ex semine orit᷑ / est siluestris quia semen a siluestri radice ꝓcedit et per stipitem et ramos trāsit. ut totius arboris uirtutem acquirat. ut possit sibi simile generare. Cum aliq̄ radix inciditur/ ex ea plerumqʒ nascunt᷑ alie. que plantam nutriunt loco eius. Si arbor uetusta uel nimiū consumpta incidit᷑ / debiliter pullulabit. aut sola gramina uel fungos producet. Siluestriū arborum fructus sunt plures. sed minores et acriores. propter nutrimenti siccitatem Domesticarū vero/ sunt pauciores. sed maiores et magis dulces / propter oppositam rationem. Omnis plāta mascula / prius q̄ femina pullulat/ propter calidum fortius mouēs et eius folia strictiora sunt/ propter masculi siccitatem ¶ Quedam plante alias ipediunt in generatione et fructu. sicut corillus et caulis/ vitem. et lolium/ segetem. et nux fere omnes alias. propter pernecabilē amaritudinem eius. ideoqʒ diuersorum plantationem seu sationem simul plerumqʒ caueri oportet. Omnis planta quattuor indiget / videlicet seminali hūdo terminato. loco conuēienti aqua siue humore temperato nutriente/ et aere sibi consimili et proporcionali ut optime nascat᷑ et crescat. Plāte calido tempore vegetant᷑ in umbra noctis. et in solis feruore liquescunt. Plante hyemali tempore humorem in radicibus congregant. quem in estate dispergunt in ramos / et augent illos ¶ Omnia que in superficie terre nascunt᷑ / ex vaporibus de subtꝰ ad superficiem pertingentibus oriunt᷑. Fructus montium saporosiores existunt/ q̄ vallium. quia digestio melius cōplet᷑ in eis.

¶ De partibus plantarum.

Sucus est humor p poros radicis attractus ad similitudinem plante. et digestiuo calore terminatꝰ/ ad eam nutriendam. Radices quantum ad nutrimenti tractum/ sunt ori similes. sed quia infundunt calorem viuificum toti plante similitudinem cordis habent. Medulle ī plantis sunt sicut nucha in animalibus ¶ Nodi creati sunt in omnibus plantis multum medullosis et concauis / ut retineant nutrimentum et spiritum ex q̄bus eas augeri et viuere oportet/ donec fuerit digestū conuenienter. Cortices in plantis sunt/ sicut corium in animalibus. non ex contextione venarū / sed ex humore terrestri expulso ad superficiem generati. Foliorū materia est/ humor aquosus non bene digestus / aliquantulum tamē fece terreitatis commixtus. quibus sagax natura fructus superfluo solis feruore defensat. Fructus materia ē vapor siccus. ventosus. ad perpetuandas plantarum species. ab anima vegetabili generatus ¶ Florum substantia ex subtiliori generat᷑ hūido perfecte digesto. qui primo ebulliēs calore/ ortum fructuum antecedit.

De plantatione et generatione plantarum.

Arborum et ceterarum plantarum: quedam generantur plantate. quedam ex semine quedam per se commixtione elementorum et virtute celesti. Rami qui sine radicibus plantantur / si solide sint substantie / scindantur inferius cum panguntur: ut facilius attrahant nutrimentum. Arbor cuius semen debile fuerit / melius ex ramis seu radicibus quam ex semine convalescit. Plante humide aquatice molles quocumque modo terre infigantur / de facili radices emittunt et convalescunt. Suecumque plante calide sunt licet dure ramis in terram infixis: convalescunt. quia earum caliditas fortiter attrahit nutrimentum Rami arborum solide substantie cum plantantur / lacerati convalescunt melius quam incisi. quia poros apertiores habent quibus attrahunt nutrimentum. Omnes plante que aromaticos calidos et siccos habent fructus / convenientius plantantur in montibus .. Eas vero que solidos et humidos fructus ferunt / magis congruit in vallibus plantari vel seri. Arbores parum et debile semen ferentes / ex semine et ramis plantari et convalescere possunt. Ex semine tamen plantatio / periculosior est. et in longam nimis speratur etatem. et silvestris ex eo nascitur planta. Ex ramis vero citius convalescunt. et inde domestica nascitur. non silvestris. si ex domestica planta / fuerit ramus acceptus. Arbores que semen magnum et forte producunt / ex ipso melius quam ex ramis proveniunt. Arbores nullum ferentes fructum ex ramis vel radicatis plantulis solum convalescunt. Si conserendus locus ab animalium rodentium accessibus non est tutus / in aliquo loco clauso per biennium ramos vel semina nutriri oportet / in terra soluta dulci et aliquantulum stercorata. Deinde ad loca disposita transferantur. Omnis novella planta / frequenti fossione / et tempore magni caumatis / irrigatione iuvetur. Spacia inter arbores vel vites servanda sunt / secundum arborum magnitudinem. loci pinguedinem. et consuetudinem approbatam Omnis planta in solo arido vel declivi / profundius. et in humido et depresso / minus profunde plantetur. Si plantatio fit in terra cretosa / sabulum misceatur. et in sabulo / creta. In macra vero / plus letaminis apponi oportet. Cum planta transfertur nisi parva fuerit. eisdem celi quibus ante steterat cardinibus apponatur. Cum plantam in scrobe deponis / quod de radicibus lesum inveneris / amputabis. Cum plantatur / ne terra nimis mollis aut sicca sit / cavere oportet. potius tamen sicca quam mollis existat In aridis seu montuosis locis. ante hyemem. In humidis vero seu vallicusosis. in vere transplantationes fiant. sed in temperatis / utroque tempore convenienter plantatur. Si ponenda sunt arborum semina precipua eligantur. et mense Ianuarii non amplius quaternis digitis sub terra mergantur. Et si locus calidus et siccus fuerit / Octobris vel Novembris mense ponuntur. Rami qui sine radicibus plantantur / melius convalescunt / si ponantur mense Martii. cum iam cortici

se viridis sucus infuderit. aut etiam
mense Octobris/ cum nodum viuifi
cus plante spiritus fugam habuit
ad radices Ramulus qui plantatur
torquendus non est. nec alio more
vexandus. verũ si dure soliditatis sub
stantie fuerit/ proderit si pars scinda
tur inferior. ⁊ in scissura mittat lapillus.
Rami plantandi/ sint leti/ su
cosi/ nitidi/ gemmis spissis et pluri
bus oculati. ⁊ ad vna materiã sint
redacti ¶ Ramis plantandis qui ni
mis longi fuerint cum ponunt/ ãpu
tat congrue summitas. et in conueni
enti longitudine relinquunt/ ut i sa
lice. vite. oliua. ⁊ ceteris his similib⁹.

¶ De insitionibus.

Omnium insitionum/ meli
or est similium in similia
secundum genus. ut piri ĩ
pirum. ⁊ vitis in vitem.
In nimis duro stipite/ incongrua ẽ
insitio. quia in eũ venas radicales
immittere nequit. Sed in eo in quo
parua est duries et multa sucositas
optima. Surculi inserendi/ sint steri
les. sucosi. de nouo nati. gẽmis gros
sis spissis ⁊ pluribus oculati/ et ab
orientali arboris potius/ q̃ ab alte
ra parte decisi. Diuersitas in malis
⁊ piris et ceteris fructibus ab insiti
one arborum eiusdem speciei/ tota ꝓ
cessit ¶ Insitio in magnis arborib⁹ q̃
bus cortex grossus est ⁊ pinguis in
ter lignum et corticem fiat. In subti
libus vero fit conuenientius/ scisso
ligno ¶ Licet insitio multis tempori
bus fieri possit. ea tamen precipua
est/ que fit in eo tempore quo gẽme
incipiunt eẽ suspecte ¶ Verum arbo
res gummã producentes/ antequã ipsa
fluere incipiat/ conuenientius inserũ
tur. Insitio ad buccellum fieri nõ po
test/ nisi cum iam cortex separatur a
ligno. ¶ Est autẽ optimũ/ scissum ab
vna parte buccellum apponi. ⁊ uirgu
le summitatem relinqui donec buccel
lum comprehendisse videat. Insita
planta/ nutrimẽtum a stipite trahit
in tantum/ ꝙ postquã conualuerit/ ra
ro permittit truncũ sub nodo aliquid
pullulare. Omnis insitio quanto in
ferior/ tanto melior. nam fruct⁹ ma
gis domesticat/ ⁊ melius conualescit

¶ De medicamine arborum ⁊ terre.

Si vetustarum arborũ sca
dant radices/ et in scissu
ris lapides immittantur.
melius attrahunt nutrimẽ
tum. et sic aliquando fiunt fertiles/
quas sterilitas inuadebat. Inueterã
tis plantis/ per abscisionem ramoꝝ
redit iuuentus/ nisi iam peruenerint
ad vltimam senectutem. Omnis plã
ta domestica/ substracto cultu siluescit.
precipue. si ad sabulositatem ⁊ a
renositatem conuertat ¶ Et omnis
siluestris/ domesticat adhibito cul
tu. Cultus in domesticandis arbori
bus/ in conuertendo/ fimãdo/ uel ade
quando nature arboris terram et in
abscisione spinosorum ⁊ superfluo
rum ⁊ insitione/ consistit. Quotiens
ager in aliqua mala dispositione cõ
sistit/ sapiens agricola eũ ad lauda
bilem dispositionẽ imutet. In agro
nouali ad cultum redacto. Facienda
est extirpatio siluestrium stirpium et
radicum que omnem sugũt agri hu
morem. Nouali sager pluribus ãnis

fertilis est. deinde oportet adhiberi letamen si ferax debeat permanere. uel nisi sit pinguissimus / interponi quietē. pserti qñ cum substantia herbali ⁊ paleari. plante in eo fate / aut metunt˜. aut radicitus euellunt˜. Cū humor et uiuificus spiritus agri p semina ⁊ plantas attrahit˜. eisdē terra destituit˜. ⁊ determinato quiescēs tempore. ad agrum iterum reuocat˜. uni citius / alteri tardius secundū q̄ ager agro fecundior inuenit˜ Que cunq̄ cum labore et expensa virtute perficiunt˜ nisi quiete interposita restaurum accipiant. dissoluunt˜ ⁊ corrumpunt˜. si necessitas cogit de salsa terra sperari aliquid / post autumnū plantanda uel serenda ē / ut malicia eius hybernis imbribus eluat˜ Aliquid etiam terre dulcis / uel fimi / uel arene / subiiciendum est / si illi virgulta cōmittimus.

De munitione locoꝝ.

In cretosis terris que facile ruunt / ripe fossarum parum pendentes. In rubrica vero vel glareosa terra et similibus que non facile ruunt / plus fieri possunt. vbi multum est necessaria munitio vinearum et aliorum locorum / ex spinis solummodo plantationes fiant. Vbi autem nō est tanta necessitas et lignorum habetur penuria propter ignem et edificia / ex arboribꝰ tantum fiant. Cum fit aliqua plantatio spinorum uł arborum propter sepes iuxta terraꝫ post biennium recidant˜ ut pullulent ⁊ sepes inspissent.

Incipiūt regule materie tercii libri

Horrea frigida. ventosa. ⁊ sicca. et longe ab humore fetore ⁊ stabulis eē debēt. eisq̄ auster debet eē aduersus. Nihil utilius diu custodiēdis frumentis / q̄ si optime exsiccata / inferant˜ horreis ⁊ aliquando in vicinum locum transfusa refrigerēt˜ Locus in quo frumenta ponunt˜. non sit nimium excellens in frigore uel calore quia vtrūq̄ segetes corrumpit. Cum legumina tarde serunt˜ / debent in aqua letaminis madida seminari ut citius germinare cogant˜. Omne granum quod in pingui solo oritur est pinguius. nutribilius et in pōdere grauius. quod autē in macra nascit˜ / est contrarium Frumentum ⁊ cetera grana / patenti campo letant˜ et eisdem / vmbre inferunt lesionem. Locis humidis et aquosis / frumenta sepe degenerant et in lolium et auenā aliquando conuertunt˜. Frumentū collis / grano robustiꝰ ē. sed mensure minus respondet Omne granum preter milium. in suis stipulis diutius q̄ excussum seruat˜. Omnia que tempore serunt˜ estiuo / solutam terrā requirunt. cretamq̄ refugiunt. quā sola milica si pinguis fuerit / nō formidat.

Incipiunt regule quarti libri. Et primo de quibusdam communibus

Quam multe inueniant˜ vinearum varietates / vnusquisq̄ morem sue terre et patrie obseruet. alioquin laboratorum eas procurantium patiet˜ defectum. Celum mediocris q̄litatis / vitis desiderat. tepidū magis q̄ frigidum. ⁊ siccum potius q̄ hum

brosum/procellas nimium ventosq̧ formidat. Aquilo vites sibi obiectas fecundat. auster nobilitat. In arbitrio itaq̧ nostro est/de vino plus habeamus an melius. Campi largius vinum ferunt. Colles vero/nobilius. Locis frigidis/a meridie vineta ponantur. Calidis/a septentrione. Temperatis/ab oriente vel occidente. Loca/naturā sepe vitibus mutant. ⁊ ideo earum genera cōuenienter aptent᷑. Plano loco vitem statuas/que nebulam sustinet ⁊ pruinas. Collibꝯ/que siccitatē ⁊ ventos. Pingui agro/graciles ⁊ fecundas. Macro/feraces ⁊ solidas. Frigido ⁊ nebuloso/eas q̄ hyemem celeri maturitate ꝑueniunt. aut que duris acinis/inter caligines securius florent. Ventoso/tenaces. Calido/grani tenerioris ⁊ humidi. Sicco/eas que pluuias ferre non possunt. Eligenda sunt grana/que ꝓfessione vicioꝝ suorum contraria loca diligunt his/in quibus durare non poterant. Placida sane regio ⁊ serena/tute genus omne suscipiet. Industrius uir probata diligat ⁊ in locis talibꝯ mandet/que imitari possint illa vnde sumuntur. Solum ad vineas ponendas/nec spissum nimis nec resolutum. nec exile. nec letissimū esse debꝫ nec campestre. nec ꝑceps. nec siccum. nec uligiosum. nec salsū nec amarum. sed quod inter omnes nimietates/tēpamentum tenebit. ⁊ ꝓximius raro q̧ denso fuerit. Ad vineas/rudes agros ⁊ maxime siluestres eligamus. Deterior omnibus ē/ī quo fuerint vineta vetusta. quo si necessitas coegerit/prius multis arationibus radices prioris vinee dissipent᷑.

Omnis locus pastinandus/priꝯ impedimentis omnibus liberetur/ne fossa terra post calcatu assiduo soli detur.

De electione plātaꝝ vitis.

Plante vitis que mense Octobris vel Marcii abscindūtur a vite/meliores sunt/q̧ que aliis temporibus colliguntur. De vinea nimis pingui/cum in loco exili plantare desideras/non sunt colligenda sarmenta. Eligenda sunt pangenda sarmenta/de vite media. quinq̧ vel sex gēmarum spacio/a veteri ꝓcedentia. Summa flagella repudiemus. preci pue cum in arbores; vineam plantare volumus. sed ⁊ pampinus qui de duro nascitur/ꝓ frugifero nō ponatur. Fertilitatis vitis certum est signum/si de duro aliquo loco fructum citabit. ⁊ fetu impleuerit ramulos/ex omni parte surgētes. Vno solo anno vitis fertilitas explorari non potest. sed in quatuor cognoscit᷑ vera generositas surculorum. Nouellus palmes nichil habens veteris in quo frequens nodus exuberat. debꝫ eligi ad pangendum.

De regulis plantationis vitis.

Si pinguis est terra/maiora inter vites spacia relinquamus. si exilis/āgusta. Non est vno genere vitiū omne pastinum conserendum. ne annus iniquus generi vindemie/spem omnem excludat. In aquosis locis/post hyemem. in siccis/ante hyemem vtilius vinea plantabitur ⁊ propago ducetur.

¶ De inſitione vitis.

TRũcus vitis inſerendus e ligatur ſolid9· qui humoris exuberet alimento.nec vlla vetuſtate aut iniuria laceratus areſcat· ¶ Juxta terram vel ſub ea/ vitis inſerit᷑·nam ſupra eam / diffi cilius cõprehendit. ¶ Jnſerendi ſurcu li/ ſint rotundi·ſolidi· gẽmis ſpiſſis ⁊ pluribus oculati . ex quibus duo vel tres in inſitione ſufficiunt. Jnſi ta vitis optime ligetur·⁊ a ſole ⁊ vẽ tis tegumento aliquo defendatur/ne ibi quatiant / hic adurat. ¶ Cum ca lor tẽporis inſitam vitem inuadit / ipſi piniculo tenuis hũor circa veſpe ras/debet frequenter effundi. ¶ Cum germen inſite vitis accipit nutrimen tum/ adiutorio alicuius pali debꝫ ã necti/ne motus aliquis/ fragilem ſar menti quaſſet etatem·

¶ De putatione vineaꝝ.

